contempletur et celum vnde originē traxit intueatur. Celumq́ꝫ videre iuſſit. ſic Cicero in legibus. cum cetera animalia abieciſſet ad paſtum: ſolum hominem erexit ad celi cognitionē. Sic modo. hoc inq̄t modo terra et ex illa rerum cōgerie fuit educta. et homines antea ſibi ignotos accepit: ex quorū varijs moribus quattuoꝛ diſtincte ſunt etates: que a metallorū noībus fuerunt appellate. Sic modo. nuper paulo ante. Sine imagine. ſine forma et facie. Induit. accepit. Conuerſa. in figuram eam quā habet cōmutata. Aurea prima ſata eſt etas. ex varijs hoīm moribus quattuoꝛ etates effecte videntur: q̄bus pro morū

Os homini ſublime dedit: celumq́ꝫ videre
Iuſſit: et erectos ad ſidera tollere vultus.
Sic modo q̄ fuerat rudis ⁊ ſine imagine tell⁹:
Induit ignotas hominū conuerſa figuras.
Aurea prima ſata eſt etas: que vindice nullo
Sponte ſua. ſine lege fidem rectūq́ꝫ colebat.
Pena metuſq́ꝫ aberāt. nec verba minātia fixo
Ere ligabantur. nec ſupplex turba timebat
Iudicis ora ſui: ſed erant ſine iudice tuti.
Nondū ceſa ſuis: peregrinū vt viſeret orbem:
Mōtibus in liq̄das pinus deſcēderat vndas:
Nullaq́ꝫ mortales preter ſua littora norant.
Nondū precipites cingebant oppida foſſe.
Non tuba directi. non eris cornua flexi:
Non galee. non enſis erat. ſine militis vſu
Mollia ſecure peragebant ocia gentes.
Ipſa quoq́ꝫ imunis raſtroq́ꝫ intacta: nec vllis
Saucia vomeribus p ſe dabat omnia tellus.
Contentiq́ꝫ cibis nullo cogente creatis

qualitate a metallis noīa impoſita fuere. Prima nanq́ꝫ aurea fuit appellata: ꝙ optimis morib⁹ illo tp̄e quo ſaturnus regnauit hoīes floruerint. Scđa argentea: ꝙ quo tp̄e regnare cepit iupiter: in vitia hoīes iclinare ceperunt. Tertia aurea quā bella occuparūt. Quarta ferrea. ꝙ in ea a nullo crudelitatis genere ſe hoīes abſtinuiſſe conſtat. Sata. ſeminata. ac ex moribus hoīm effecta Que vindice nullo. hoc eſt punitore et caſtigatore. Rectūq́ꝫ. honeſtū ac virtutes. Nec verba minantia. periphraſis eſt legū atq́ꝫ edictorū que in es inciſa vt ab oībus legi poſſent publicis parietib⁹ affigebanť. Nec ſupplex turba. nā auree etatis tp̄e nullus erat iudex: cuꝫ oēs eſſent pares ac ſponte recte agerent. primuꝫ aūt capitis iudicium in Areopago actuꝫ fuiſſe Plinius in ſeptimo naturalis hiſtorie narrat. Ora. faciem et vultum. Tuti. ſecuri et ab omni iniuria remoti. Nondū ceſa ſuis. tunc inquit nemo ad nauigandum naues fabricatus ē. vnuſquiſq́ꝫ enī ſuis locis contentus erat. Primus vero Danaus ex egipto in greciam aduectus eſſe naui ſcribitur. ante enim ratibus nauigabať in rubro mari ab erythra rege inuentis. Reperiunť tñ q̄ Myſos ⁊ troianos p̄ores illas excogitaſſe in Helleſponto putent: cū trāſirent aduerſus tracas. Peregrinū orbē. hoc ē alienas terras. totū enī pro pte p ſinegdochen poſitum ē. nā orbis pro tota poniť terra. vñ etiā orbē terrarū dicere ſolemus. peregrina aūt terra dr̄ in qua q̄s peragrat q̄ in ea nō ſit natus. peregrinus nāq́ꝫ dr̄ qui aliena loca peragrat. Viſeret. ad videndū iret. Pinus. arbor: ſpeciē enī pro gñe frequēter ponunt poete. Eſt autē pinus q̄ et picea diciť: arbor mōtana ex qua naues ꝯficiuntur. Mortales. hoīes. Nōdū p̄cipites. nulla tunc inq̄t oppida erāt. Primi vero Egiptij oppidū dioſpolim edificaſſe narrātur. in grecia aūt cecrops oppidū a ſe cecropiā appellauit q̄ nūc eſt arx athenis. aliq̄ argos a phoroneo rege añ cōditū volunt. q̄dā ⁊ ſicyonē. Precipites. alte. vñ ſe q̄s p̄cipitē dare p̄t. Nō tuba directi. Nulla tunc inq̄t bellica inſtrumēta in vſu erāt. nā tubas. buccinas ⁊ cornua: vt vegetius ſcribit in exercitu habebant romani. tuba vero q̄ directa eſt vocať buccina q̄ i ſemet ipſam ereo circulo flectiť. cornu q̄d ex vris agreſtibus argēto nexum tēperatū arte et ſpiritu canentis flatu ſonitum emittit. Tube autē eree inuentoꝛ omniū primus Piſeus tyrrhenus fuiſſe a plinio ſcribitur. Non eris cornua flexi. periphraſis eſt litui. nā lituus tuba eſt inflexa et virga qua augures templum deſignabant. Non galee. non enſis erat. galea tegmē eſt capitis ferreum. galeam vero gladium qui ⁊ enſis dicitur et haſtam lacedemonij inueniſſe traduntur. Sine militis vſu. ſine militis opera hoc eſt ſine bello et prelijs. Primi auteꝫ Afri prelium contra egiptios fecere fuſtibus quos phalangas vocant. Mollia ocia. ſuauia ⁊ delicata. ab effectu ꝙ molles mites ac delicatos homines reddunt. Peragebant. exigebant vſq́ꝫ ad vite finem. Ipſa quoq́ꝫ immunis. terra inquit ſine vllo cultu omnia victui animalium neceſſaria abūde ſuppeditabat. Immunis. aut a cultura: vt dicimus aliquem ab officijs ciuilibus immunem. aut ſine vllo ſeminum munere. Semina enim que terre committuntur munera in ipſam collata videntur. Raſtro ligone. ſarculo. eſt enim inſtrumentum ad excolendam terram accomodatum. Saucia vulnerata. cum enim terra proſcinditur aratris: maxima tunc vulnera pati videtur. Nullo cogente. nul

Arbuteos fetus montanaqꝫ fraga legebant:
Cornaqꝫ:et in duris herentia mora rubetis:
Et q̄ deciderāt patula iouis arbore glandes.
Ver erat eternū:placidiqꝫ tepentibus auris
Mulcebant zephiri natos ſine ſemine flores.
Mox etiā fruges tellus inarata ferebat.
Nec renouat⁹ ager grauidis canebat ariſtis:
Flumia iam lactis.iam flumia nectaris ibāt.
Flauaqꝫ de viridi ſtillabant illice mella.
Poſtqꝫ ſaturno tenebroſa in tartara miſſo:
Sub ioue mūdus erat:ſubiitqꝫ argentea ꝓles
Auro deterior.fuluo precioſior ere:
Jupiter antiqui contraxit tempora veris:

lo colente agros.qui ei agros colit cogere ipſos videtur vt fructus emittant. Arbuteos fetus. fructus arbuti q̄ eſt arbor admodū humilis poma ferens rubicunda. Montanaqꝫ fraga. Perite.nā in mōtib⁹ fraga rubicunda ex herbulis colligunt. Virgi. et humi naſcentia fraga. Cornaqꝫ.poma ſunt rubicunda q̄ propter duriciē nucleorū lapidoſa a virgilio dicunt. Lapidoſaqꝫ corna. Mora.poma q̄ in rubis naſcentia ſunt nigra.vnde et nomē maurū nāqꝫ ſignificat nigrū:que vero in arbore naſcunt ante mortē thiſbes alba fuiſſe dicunt. In duris rubetis.aſperis et ſpinoſis.rubetum aūt dicitur loc⁹ rubis et ſpinis cōſitus vt oliuetum oliuis. rubeta vero eſt rana preſentiſſimi veneni in rubetis viuens.vnde et nomē accepit. Et que deciderāt.glandibus quoqꝫ inquit: que ex quercubus arboribus Joui dicatis cadebant:veſcebant illi hoies primi. Ver erat eternum nulle tunc inqt erāt mutationes tēporꝫ:ſed zephiri aſſidue flantes ſine vllo ſemine naſcentes ſic fouebant flores vt ver ſp̄ eſſe videret. Mulcebant.leniebant:fouebāt:vt neqꝫ nimio calore neqꝫ frigore areſcerent. Nec renouatus ager. tunc minime opus erat agros renouare:cū ſingulis q̄buſqꝫ annis ſine vllo cultu frumenta ferrent.eſt aūt noualis periphraſis. Nouale eī ſiue noualis vtroqꝫ eī modo dicit.aruū ē q̄d alternis annis ſeritur vt Plinius ſcribit. Canebat.caneſcebat ⁊ canus fiebat.nā agri frumēti maturis quodāmodo caneſcere vident. Grauidis ariſtis. plenis granorū ſpicis. Ariſtas enī que ſunt ptes ſpice primum areſcētes: vnde ⁊ nomē ſumpſerunt pro ipſis ſpicis poſuit. Jam flumina nectaris ibant. Nectar potio deorū ſuauiſſima eſſe dicit. Flaua mella.a colore dicunt.flauus aūt color:vt inqt gelius ex viridi albo ⁊ ruffo conſtat. Stillabāt.guttatim cadebant. De viridi illice.ſpēm pro gñe poſuit. Nā illicem pro omī arbore accipimus. Illex aūt arbor eſt glādifera Joui conſecrata. Ea vero enumerat poeta quibus primi illi hoies vitā felicē viuebant. Poſtqꝫ ſaturno. Auree etati qua ſaturnus regnauit ſubnectit argentea:in qua regnauit iupiter: que vt aurea deterior:ſic eſt enea melior. Primus aūt oīm iupiter ver illud auree etatis ꝑpetuum in quattuor tempora

Argētea etas.

cōmutauit. Ver.eſtatem.autumnum.hyemem.tumqꝫ primū calores atqꝫ frigora aerē infeſtare ceperūt ideoqꝫ hoies antra ⁊ ſpeluncas ꝓ domibus habitare atqꝫ agros colere coacti ſunt. Poſtqꝫ ſaturno.hoc eſt poſtqꝫ mortuus eſt ſaturnus.nā illi mitti in tartara dicunt qui moriunt. Saturnus vero vrani ⁊ veſte filius auxilio titanum fretus cum Joue filio impiū orbis occupante cōgreſſus ab illoqꝫ crete regno pulſus ad Janū italie regē cōfugit a quo benigne ſuſceptus ⁊ in partē regni admiſſus: vrbē condidit in iis locis vbi nunc eſt roma:quā de ſuo nomine ſaturniā appellauit. Loca ſane edita vocari ſaturnia in ſicilia preſerti et italia Diodorus ſcribit. Eo q̄ ſaturnus vrbiū arces locaqꝫ munitiora apud omnes occuparit ſaturnus aūt eſt appellatus.vt Cicero ſcribit q̄ ſaturet annis. Ex ſe eī natos idcirco comediſſe fingit: q̄ conſumit etas tēporū ſpacia anniſqꝫ preteritis inſaturabiliter explet. ſaturno aūt ianus q̄ cū regnauit:cū ſubito nō cōparuiſſet ſaturnalia excogitauit. ac p̄mū terrā oēm ditioni ſue parentē ſaturniā noiauit. arā deinde illi ⁊ ſacra tanqꝫ deo cōdidit:q̄ ſaturnalia vocauit.obſeruare igit eū iuſſit maieſtate religionis q̄ſi vite melioris auctorē. Simulacrū eius indicio eſt:cui falcē inſigne meſſis adiecit. Hec et multo plura de ſaturno Macrobius. Eorū aūt ſequit opinionē poeta q̄ aiūt ſaturnū a ioue filio regno fuiſſe pulſum et apud inferos relegatū. Tenebroſa in tartara.tenebrarū plena.tartarus locus eſt apud inferos ꝓfundiſſimus.innuit aūt ſaturnū regē fuiſſe crete eoqꝫ mortuū ⁊ ad inferos detruſū. Sub ioue mundus erat.ſub imperio iouis qui filius ſaturni ⁊ opis fuiſſe ac eodē ptu cū iunone editus phibet.a nymphis aūt educatus cū adoleuiſſet contra titanas ob captos parentes bellū geſſit:illoſqꝫ liberauit. Patrem deīn quē vite ſue inſidias tetēdiſſe cōperit regno expulit ad inferoſqꝫ relegauit.iupit aūt dictus eſt vt ſcribit cicero q̄ſi iuuās pater:quē ꝯuerſis caſibus appellam⁹ a iuuādo iouē.a poetis pat diuū hoimqꝫ dr̄.a maiorib⁹ aūt noſtris optimus maximus ⁊ quidē ante optimus id eſt beneficentiſſimus q̄ꝫ maximus : quia maius eſt certeqꝫ gratius.prodeſſe hominibus.q̄ꝫ opes magnas habere. Eſt aūt ordo. Jupiter cōtraxit tp̄a antiqui veris:poſtq̄ ſub ioue mundus erat ſaturno miſſo in tartara tenebroſa. Cōtraxit abbreuiauit. An

tiqui veris. Illius ꝑpetui: quo aurea etas eſt gauiſa. Perqꝫ hyemes. Anni quattuor enumerat partes Ver: eſtatem: autumnū: hyemem. Hyems eſt. vt ſtoici definiūt: aer ſupra terrā algid⁹ ob ſolis in anteriora ꝓceſſum. Eſtuſqꝫ. eſtatē. Eſt aūt eſtas iminens terre aer calefactus ſolis curſu ad ſeptentrionem verſus. Et in equales autumnos. Scite. Nam autumnus modo frigoribus contrahitur. modo calorib⁹ diffunditur. Idcircoqꝫ morboſus habetur. Fit vero autumnus ſolis recurſu a nobis ad ea loca vnde flant auſtri. Et breue ver. Illius perpetui compatione ver breue dicitur. Eſt autem ver aeris temperies: quādo ſuo ad nos curſu ſol agitur. Exegit. digeſſit. Quattuor ſpacijs quattuor menſuris tempoꝝ. Singule nanqꝫ anni partes ex tribus menſibus conſtant. Canduit. candens ⁊ igneus eſt viſus ꝓpter nimiū eſtū. Glacies aſtricta. cōſtricta ⁊ ꝯgelata Ventis. nō oībus ſed borea alijſqꝫ frigidis. Vētoꝝ nanqꝫ frigore aqua in glaciem cōſtringitur. Pependit ab arborib⁹ ſpelūcarūqꝫ tegminib⁹ eſt intelligēdū. Dom⁹ antra fuerūt. Antrū latie ſpelūca dicit. Et denſi frutices. Inter arbores ⁊ herbas: frutices medij eſſe dicūtur. Nam et minores arboribus ſunt: nec hyeme vt herbe areſcūt. Semina tum primum. Tunc ꝓmum inquit homies ceperunt ⁊ arare ⁊ ſeminare. Cerealia ſemina. frumenta. Nam Ceres prima oīm frumenta hominib⁹ oſtēdit cū antea glāde veſcerent. Preſſiqꝫ iugo. boues iugare ⁊ arare cepit Bryges Athenięſis: vt alij triptolem⁹. Tertia poſt illā. Erea etas q̄ ⁊ enea dr̄ argēteā ē ſubſecuta: c⁹ hoīes bellicoſi qdē erāt. ꝓcul tn̄ a nefarijs ſcelerib⁹ aberant. Seuior ingenijs. durior aſperior qꝫ argētea foret. Horrida arma. horrorem incutientia. De duro eſt vltima ferro. vltima etas in qua nos quoqꝫ verſamur: a ferro metallorum. duriſſimo propter feros mores eſt appellata. Nam relictis virtutibus illius etatis homines vicia ita ſunt amplexi: vt omne honeſtum terras dereliquiſſe videatur.

Perqꝫ hyemes eſtuſqꝫ: ⁊ inequales autūnos:
Et breue ver ſpaciis exegit quattuor annum.
Tum primū ſiccis aer feruoribus vſtus
Canduit: ⁊ ventis glacies aſtricta pependit.
Tū primū ſubiere domos. dom⁹ antra fuerūt:
Et denſi frutices: ⁊ iuncte cortice virge.
Seminatum primum longis cerealia ſulcis
Obruta ſunt: preſſiqꝫ iugo gemuere iuuenci.
Tertia poſt illam ſucceſſit enea proles
Seuior ingeniis ⁊ ad horrida ꝓmptior arma:
Non ſcelerata tamē. de duro eſt vltima ferro.
Protinus irrupit vene peioris in euum
Omne nefas. fugere pudor verumqꝫ fideſqꝫ:
In quoꝝ ſubiere locum fraudeſqꝫ doliqꝫ
Inſidieqꝫ ⁊ vis ⁊ amor ſceleratus habendi.
Vela dabat vētis: nec adhuc bn̄ nouerat illos
Nauita: queque diu ſteterāt in mōtibus altis:
Fluctibus ignotis inſultauere carine.
Cōmunemqꝫ prius: ceu lumina ſolis ⁊ aure:
Cautus humum longo ſignauit limite mēſor.
Nec tantum ſegetes alimentaqꝫ debita diues
Poſcebatur humus. ſꝫ itum eſt ī viſcera terre
Quaſqꝫ recōdiderat: ſtigiiſqꝫ admouerat vm=
Effodiūtur opes irritamēta maloꝝ. (bris:

Erea etas

Ferrea etas

Protinus irrupit. cum impetu intrauit. Vene peioris. metalli deterioris. Nam vene non tantum animaliū dicūtur. ſed etiam metalloꝝ. Fugere pudor verumqꝫ fideſqꝫ. Per hec omnes virtutes ab hominibus fugiſſe dicūtur Et vis. violentia. Et amor ſceleratus habendi. Auaricie eſt periphraſis. que idcirco ſcelerata vocatur: qꝫ hominem ad omne ſcelus impellit ſceleratumqꝫ facit. Vela dabat ventis. Probat homines ferree etatis auaricie nimium ſtuduiſſe: cum imperiti nauigandi ſe tamen ventis: quorum naturam ignorabant: committerent. Nauita a naui idem eſt qui nauta. Queqꝫ diu ſteterant. erecte fuerant. Inſultauere. exultauere ac ſaltus quoſdam dediſſe ſunt viſe Communemqꝫ prius. Tunc primum inquit terra antea communis diuidi eſt cepta. Cautus menſor. Callidus et aſtutus menſurator. Longo limite. longo termino. Termini enim quibus agri diſcernuntur: longiores ſunt: quo profundius in terram defodiūtur. Nec tantū ſegetes. Non ſolum inquit fruges coacta eſt edere terra: ſed lapilli quoqꝫ precioſi et metalla ex eius viſceribus ſunt effoſſa. Sed itum eſt in viſcera terre. In intimas terre partes fodiendo deſcenſum eſt. Admouerat. appoſuerat. Stygiis. vmbris. Inferis. eorum ſequitur opinionē qui aiunt inferos in centro terre eſſe. Effodiuntur opes. Lapillos precioſos aurum et argentum opes appellat poeta. Irritamenta malorum. Incitamenta ac ſtimuli quidam ad mala perpetranda.

Iāq̃ꝫ nocens ferrum:ferroq̃ꝫ nocentius aurū.
Prodierat. ꝑdit bellū: quod pugnat vtroq̃ꝫ:
Sanguineaq̃ꝫ manu crepitātia cōcutit arma.
Viuit ex rapto.non hoſpes ab hoſpite tutus:
Non ſocer a genero.fratrū quoq̃ꝫ grā rara eſt.
Imminet exitio vir coniugis.illa mariti.
Lurida terribiles miſcent aconita nouerce.
Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Victa iacet pietas:et virgo cede madentes
Ultima celeſtum terras aſtrea reliquit.
Ne ve foret terris ſecurioꝛ arduus ether:
Affectaſſe ferunt regnum celeſte gigantes:
Altaq̃ꝫ congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
Tum pater oīpotens miſſo perfregit olympū
Fulmine:et excuſſit ſubiectū pelion oſſe.
Obruta mole ſua cum coꝛpoꝛa dira iacerent:
Perfuſam multo natoꝛum ſanguine terram
Immaduiſſe ferunt:calidūq̃ꝫ animaſſe cruoꝛē
Et ne nulla ſue ſtirpis monumēta manerent:
In faciem vertiſſe hominū:ſed et illa ꝓpago

Iamq̃ꝫ nocens ferrum.Ex eo nanq̃ꝫ cōficiuntur enſes quibus hoīes interimunť.ferrū aūt in creta Heſiodus ſcribit inueniſſe eos:qui idei dactili vocati fuerūt.Ferroq̃ꝫ nocentius aurum.vere:nā propter aurum adipiſcendum grauiſſima queq̃ꝫ fediſſimaq̃ꝫ ſcelera cōmittunť. vnde Vir.Quid nō moꝛtalia pectora cogis auri ſacra fames? Auri autem metalla et conflaturā cadmus phenix inuenit ad pangeū mōtem vt alij Thoas et eadis in panthia aut ſol oceani filius:cui gelius medicine quoq̃ꝫ inuētionē ex melle aſſignat.Quod pugnat vtroq̃ꝫ.ꝛ ferro et auro.Victoꝛia nāq̃ꝫ:vt Ariſtophanes inq̄t:ſolet in illis reſidere caſtris:in quibus plus auri pecuniaꝝ q̃ꝫ habeť. Sanguinea manu. ſanguinolenta.Bello aūt vt homini ꝛ manus et ſenſuꝫ ꝑ metonimiā attribuit poeta.Crepitantia. reſonātia. Viuiť ex rapto.rapina.Nō hoſpes ab hoſpite tutus. hoſpitem taꝫ qui hoſpitio aliuꝫ ſuſcipit: q̃ꝫ qui ſuſcipitur appellamus.Gratia.cōcoꝛdia Lurida.nigra ab affectu: q̇ nigra coꝛpoꝛa coꝛū qui illa comederint efficiunt.Aconita. venena.nā aconitum herba eſt maxime venenoſa ex ſpuma cerberi canis pꝛimū in cotibus nata.vnde et nomē accepit.nā aconi grece cotē ſignificat.vn̄ aconitum eſt deductū. Terribiles nouerce.crudeles in pꝛiuignos. Nouerca aūt diciť:vt ſcribit pōpeius:quam quis liberis ſublatis nouā vxoꝛem ducit arcēde familie gratia. Inq̇rit in patrios annos.vtrū multos annos pater ſit victurus an paucos. ſoꝛtilegos filius conſulit. Victa iacet pietas. ſuperata inq̇t ab īpietate pietas contēniť. pꝛopꝛie aūt pietas dr̄ cultus quē dijs:patrie:parentibus ſanguine cōiunctis:debemus Iacet.in nullo eſt pꝛecio. Virgo aſtrea hoc eſt iuſtitia:que aſtrei gigātis filia fuiſſe dicitur.Cede.ſanguinis effuſione. Ab eo eni qđ pꝛecedit id qđ ſequiť eſt intelligēdū.Cedes vero pꝛecedit ꝛ ſanguinis effuſio ſequiť. Neue foꝛet terris.Gigātes vaſtiſſimoꝛū coꝛpoꝛum homines terre filij ſine patre pedes ſerpentinos habentes non contenti cedibus terras fedaſſe:in tantum furoꝛē venerunt:vt e celo Iouem pellere ſint conati.Montes enim mōtibus imponētes viam ſibi munierant:qua Iouem celo detraherent.ſed iupiter fulminibus ꝛ gigantes interemit ꝛ montes in varias oꝛbis partes diſiecit. E terra aūt gigātū ſanguine madefacta nati feruntť homines ſanguinarij ac cedibus maxime gaudētes.gigātes aūt vt ſcribit macrobius q̄d aliud credendū eſt fuiſſe q̃ꝫ hoīn quandam impiā gentem deos negantē ꝛ ideo eſtimatā deum pellere de celeſti ſede voluiſſe. Arduus ether.altum celū. Affectaſſe.pꝛopꝛie dixit.Nam affectare ſignificat aliq̄d nimium appetere quod aſſequi non poſſis repugnante natura.Olympum.mons eſt macedonie olimpus altiſſimus. interdum tñ pꝛo ipſo celo ponitur.Unde olimpius iupiť fuit denomīatus.Excuſſit.q̄tiendo deiecit. Pelion oſſe.montes ſunt theſſalie notiſſimi.Obruta mole ſua.oppꝛeſſa ſua vaſtitate. magnitudine ac pondere. Dira coꝛpoꝛa.crudelia a deoꝛū ira miſſa. Unde et dire furie dicunť. Natoꝛum ſanguine. nam gigantes terre filij fuiſſe dicuntur.Calidum animaſſe cruoꝛem.hoc eſt animam calido cruoꝛi immiſiſſe. Et ne nulla.et vt aliqua memoꝛia ſue pꝛolis maneret ac reſtaret.Duas enim negationes in affirmationem conuerti certum eſt.Monumenta ſue ſtirpis.memoꝛia ſue pꝛolis.Monumētum enim dicitur quicquid ad poſteritatis memoꝛiam conficitur.Stirps autem cum pꝛolem ſignificat fēminini eſt generis. cum radicem truncumue ſignificat incerti.Vir.Imo de ſtirpe reciſum.Hoꝛatius. ſtirpeſq̃ꝫ raptas et pecus ꝛ domos. In faciem hominum.in figuram humanam ac deniq̃ꝫ in homines. non in ſimias vt quidam putant. id quod facile ex ijs que inferuntur colligi poteſt. Neq̃ꝫ enim ſimie aut deoꝛum ſunt cōtemptrices:aut cedis auidiſſime:aut violente.Quare intelligamus terrā gigantū ſanguīe madefactam in hoīes crudeles

Gigātum ſnaguis i homines crudeles.

gigantumqꝫ ſimiles fuiſſe conuerſam. Sed et illa propago. contemptrix ſuperum. verum inquit etiã illa progenies q̃ ex ſanguine gigantũ orta eſt: impia fuit in deos ab oĩqꝫ humanitate eq̃tateqꝫ aliena. propago aũt que et propages dr̃ cũ vitem vetulã terra obrutã ſignificat ex vna plures fiant: primam ꝓducit ſillabã. Vir. flexos ꝓpaginis arcus. cũ vero ꝓgeniẽ demõſtrat: eãdẽ corripit. Vir. ſi romana potẽs ita la virtute propago. Hinc fit ꝓpagare verbũ qđ ſignificat vitẽ vetulã ſuppͥmere vt ex vna plures nouelle fiant. interdũ extẽdere genus ac dilatare ſignificat. Scires. ſcire poſſes ex auiditate cedis ex gigantũ ſanguine genitã eſſe. eſt aũt figurata locutio. a tertia nanqꝫ ꝑſona ad ſcđam eleganter fit tranſitus.

Contẽptrix ſuperũ: ſeueqꝫ auidiſſima cedis:
Et violenta fuit. ſcires e ſanguine natam.
Que pater vt ſumma vidit ſaturnius arce:
Ingemit: et facto nondũ vulgata recenti
Feda lycaonie referens conuiuia menſe:
Ingentes animos. dignas ioue cõcipit iras.
Conſiliũqꝫ vocat. tenuit mora nulla vocatos.
Eſt via ſublimis celo manifeſta ſereno:
Lactea nomen habet: cãdore notabilis ipſo.
Hac iter eſt ſuperis ad magni tecta tonantis:
Regalemqꝫ domũ. dextra leuaqꝫ deorum
Atria nobilium valuis celebrantur apertis.
Plebs habitat diuerſa locis. a frõte potẽtes
Celicole clariqꝫ ſuos poſuere penates.
Hic locus eſt: quem (ſi verbis audacia detur)
Haud timeam magni dixiſſe palacia celi.
Ergo vbi marmoreo ſuperi ſedere receſſu:
Celſior ipſe loco ſceptroqꝫ innixus eburno:

Que pater vt ſumma. Jupiter cum eorũ hominũ crudelitatem: qui e ſanguine gigantũ nati erant foret cõtemplatus: ac in primis terrã lycaonis Arcadie regis feritatẽ ſecũ ipe cogitaſſet: nõ minꝰ indoluit: q̃ꝫ eſt in vniuerſũ genꝰ humanũ idignatus. q̃re diis omnibus congregatis ꝛ conſilium ſuũ de perdẽdo genere humano: ꝛ que a lycaone mala paſſus ſit exponit: ac quemadmodũ lycaonẽ ipſum Arcadie regem crudeliſſimũ rapaciſſimũqꝫ in lupum cõmutauit. Ut vidit. poſtq̃ꝫ vidit et contemplatus ẽ. Sũma arce. a ſummo celi vertice. Facto recenti. cauſa eſt cur nõdum vulgata eẽnt teterrima Lycaonis conuiuia. propter ſcelus nãqꝫ pauloante cõmiſſum nondũ erant cognita Lycaonis ꝯuiuia Joui appoſita. Referens. animo reuoluẽs Feda conuiuia. tetra et crudelia. nã Lycaon hoſpitio ſuſceptos non ſolum interficiebat: ſed etiam ꝯuiuis comedendos apponebat: qđ quidẽ cũ Jupiter cognouiſſet ſibiqꝫ eius domũ ingreſſo factas inſidias cõperiſſet et domum incendit et lycaonem in lupum animal rapaciſſimũ conuertit. fuit ꝛ alius lycaon priami filius pandari pater qui ab achille fuit interfectus. Sane lycaon apo tu liku. qui lupũ ſignificat denominatus videtur. Ingentes animos. maximas indignationes. Conſiliumqꝫ vocat. conſiliũ ꝛ multitudo dicitur ad conſulendũ cõgregata. et ratio faciende alicuius rei aut nõ faciẽde: vt ſeruitiũ et ſeruos et ſeruitutẽ ipam ſignificat. Conſiliũ vero multitudinẽ tantũ ſignificat ad conſultandũ cõgregatã. Eſt via ſublimis. lacteũ circulũ deſcribit: per quẽ ad regiam iouis iter diis eſſe ait. Eum vero circuluꝫ greci galaxiam vocant apo tu galaktos. hoc eſt a lacte. vnde et latini lacteum appellarunt. Nam candidus eſſe videtur. de quo ſi quis plura videre cupit legat Macrobiũ in ſomnium Scipionis. Celo manifeſta ſereno. Scite. nã vt inq̃t macrobius. lacteus circulus vnus ex oĩbus oculis noſtris conſpicitur: alii nãqꝫ ſola percipiuntur cogitatione. Candore notabilis ipſo. notatu et viſu facilis ob illius candorem. Magni tonãtis. periphraſis eſt iouis. Deorũ nobiliũ. hoc eſt clarorũ qui maiores gentiũ dii appellantur. vt inq̃t macrobius. Sunt aũt duodecim numero. et nomine quidẽ mulierum ſex. Juno. Veſta. Minerua Ceres. Diana Venus. Virorum autẽ nomine totidem. Jupiter. Mars. Mercurius. Neptunus. Vulcanus. Apollo. Atria. aule. Celebrantur. frequentantur. Valuis apertis. ianuis patentibus. value autẽ dicte ſunt: quod dum aperiuntur in ſe reuoluuntur. Fores vero proprie dicuntur: que foras aperiuntur. Plebs habitat diuerſa locis. plebem vocat multitudinem deorum minorum. A fronte. in frõte lactei circuli potentiores inquit dii habitant: ibiqꝫ edes ſuas collocauere. videtur aũt Ouidius alludere ad palatium Romanũ in quo iperatores cuꝫ principibus habitabant. Si verbis audacia detur. hoc ẽ ſi id aſſerere auderem. Palatia magni celi. hoc eſt regiam celi. palatiũ nãqꝫ vnus eſt ex collibus romanis in quo magnifice imperatorum edes conſpiciebantur. inde factum eſt vt ampliſſimas quaſqꝫ edes vulgus palatia vocet. Marmoreo receſſu. in interiore ediũ ꝑte marmoribus icruſtata. Celſior ipſe loco. ſublimior ceteris: vbi reges ſedere conſueuerunt. Sceptroqꝫ innixus eburno. ſceptro ex ebore confecto inherens

Ex quo colligimus reges quocꝫ apud antiq̄s nō ſedētes:vt fere nunc fit:ab ineptis et artis oratorie im
peritis.ſed ſtātes pncipibus ac populis orationes habuiſſe. Sceptrū aūt baculus eſt:quo priſci reges
vtebant̄:q̄libus nūc pontifices noſtri initi ſolent.Sceptrū vero in primis ioui attribuit̄:vt q̄ rex ſit hoīm
atcꝫ deorū.Terrificā ceſariē.terrorē incutientē. Cōcuſſit tercꝫ quatercꝫ. Sepius cōmouit atcꝫ agitauit
Hoc aūt habitu ſignificat iouē fuiſſe iratū.crebra enī cōcuſſio capitis indignationē ſigt̄.Cū qua.magnā
Jouis oñdit potētiā:q̄ vna cū capite totū mundū cōmouit. Talibus modis.hoc mō iratus atcꝫ indi=
gnatus Jupiter ē locutus.Nō ego
pro mundi regno.Hac oratione iu=
piter oſtēdit genus humanū dignū
eſſe ꝗ pdat̄ : cū dij quocꝫ ipſi apud
illū minime ab inſidijs ſint tuti. nā
Lycaon ipm̄ Jouē deorū hoimcꝫ
parentē interficere conatus eſt. At=
tentos aūt ſimul ⁊ beniuolos deos
reddit ⁊ rei magnitudinē oñdens ⁊
aīm ſuū pro ſalute eorū anxiū atcꝫ
ſollicitū eſſe demōſtrās.Nō ego ꝑ
mūdi regno.de mundi regno Jupi
ter cū gigantibus grauiſſimū bellū
geſſit eoſcꝫ tandē in phlegreis cam
pis ſuperauit:⁊ ad inferos detruſit
vt pauloante diximus. Quiſcꝫ an
guipedū. quiſcꝫ gigantū. nā angui
pedes dicti ſunt gigantes ꝗ angui
nos pedes habere viderent̄. vt ī q̄n
to faſtorū Ouidius ipſe narrat. qđ
ſigt̄ vt ſcribit Macrobius:nihil eos
rectū. nihil ſupnū cogitaſſe totius
vite eorū greſſu atcꝫ ꝓceſſu in infer
na mergente.Centū brachia.centū

Terrificam capitis concuſſit tercꝫ quatercꝫ
Ceſariem:cū qua terrā/mare/ſidera mouit.
Talibus inde modis ora indignantia ſoluit.
Non ego pro mundi regno magis anxius illa
Tempeſtate fui:qua centum quiſcꝫ parabat
Inijcere anguipedum captiuo brachia celo.
Nam q̄q̄ ferus hoſtis erat:tn̄ illud ab vno
Corpore/et ex vna pendebat origine bellum.
Nunc mihi qua totū nereus circūſonat orbē:
Perdendū eſt mortale genus.ꝑ flumina iuro
Infera ſub terras ſtygio labentia luco:
Cuncta prius tēptanda:ſꝫ īmedicabile vulnꝰ
Enſe recidendū eſt:ne pars ſyncera trahatur.
Sunt mihi ſemidei.ſunt ruſtica numina fauni
Et nymphe:ſatyricꝫ:et monticole ſiluani:
Quos quoniā celi nondū dignamur honore:

manus.Unde ⁊ gigantes centimani a centū manibus vocant̄.Alludere aūt poeta videt̄ ad Briareū gi
gantē ⁊ cottū ⁊ gigen illius fratres:quos Heſiodus in theogonia ſingulos cētū manus habuiſſe ait.Ce
lo captiuo.qđ captiuū reddere cupiebāt. Nā q̄q̄. Rationē aſſignat iupiter cur magis nūc ſit ſollicitus
q̄ cum gigātes celo manus inijcere conati ſunt.nā q̄uis inq̄t gigantes viri eſſent fortiſſimi. mihi tn̄ bel
lum minime cū toto hoīm gn̄e ſuſcipiendū fuit.ſed cū vna ſolū gigātū ꝓgenie.Ab vno corpore.ab vna
hoīm cōgregatione.nā corpus interdū ꝓ multitudinis cōgregatione ponit̄.Et cū vna origine. exponit
id qđ ab vno corpe dixit. Ab vna eni gigantū progenie Joui bellū fuit indictū.De gigantū aūt origine
varie ſunt priſcorū opiniones. Alij nācꝫ illos Titani et terre filios fuiſſe ſcribūt.Alij ex ſanguine titano
rū a ioue interfectorū ⁊ terra natos eſſe aiunt.Joſephus vero in antiq̄tatibus iudaicis cōtendit eos ex
coitu demonū cum mulieribus fuiſſe ꝓcreatos:cui q̄dē opinioni ⁊ Lactātius et ſacra hiſtoria aſtipulari
videt̄.Nunc mihi qua totū.Nūc inq̄t nō vnū hoīm corpus ſed totū genus humanū prorſus mihi ē per
dendū.Qua. quatenus et quouſcꝫ.Nereus deus eſt marinus: ſed pro oceano ponit̄ q̄ vniuerſaꝫ circūit
terram.Circūſonat.Circunſtrepit fluctibus.Per flumina iuro infera.Per ſtygem paludē iurat morta=
le genus totum eſſe perdendū.Stigys aūt numen dij fallere metuebant. vt ait Uir.Dij cuius iurare ti=
ment et fallere numen. Stigio luco.Nemori ſtygi paludi imminēti. Cūcta prius tēptanda.Omnia in
quit prius ſunt experienda q̄ genus humanum perdatur.ſed mali tamen ſunt perdendi ne boni pericli=
tentur. Sed immedicabile vulnus:Hac ſimilitudine colligit vniuerſum genus humanum eſſe perden
dum cum totum ſit corruptum.Ut enim corporis partes corrupte ſolent precidi ne reliquum corpus pu
treſcat. ſic genus humanum eſt perdendum:ne ſatyri.nymphe.ac fauni.hominum ſceleribus inquinen=
tur atcꝫ infeſtentur. Immedicabile.inſanabile. Pars ſyncera. integra ac ſana et incorrupta. Traha
tur.in putredinē et corruptionē ducatur.Argumentatur autem iupiter ab vtili et honeſto. Sunt mihi
ſemidei.quenaꝫ ſit ea pars ſyncera cui timet Jupiter ab humano genere exponit.Semidei. heroes alio
nomine vocantur.maiores enim hominibus ac dijs minores fuiſſe videntur. Fauni.Satyri.ſiluani dij
habiti ſunt ruſticani.Et nymphe Nympharū varia ſunt nomina.Alie nācꝫ dicuntur Nereides que ma
re incolunt.Alie Naiades q̄ fontes.Alie napee que ſaltus et ſiluas.Alie oreades:que montes.Alie drya
des.Alie amadryades que in ſiluis habitare vnacꝫ cum arboribus naſci moricꝫ dicuntur. ama nancꝫ ſi=
mul et drys dryos arborem et quercū ſignificat.Quos quoniā celi.occurrit tacite obiectioni.Poſſet eni

quis dicere.ſi times a genere humano ſemideis ⁊ nymphis ⁊ diis ruſticis:trāſferas ipſos in celum ac genus humanū inter ſe debacchari ꝑmittas.ſic eni ſua ſtultitia ſatis ſupꝗ punietur. At inq̄t iupiter nōdū illos cenſeo dignos:q̄ in celū recipiant. Dignamur. dignos cenſemus. Sic Virgi. Aut equidē tali me dignor honore. An ſatis o ſuperi:hoc argumēto a maiori ſumpto colligit genus humanū oīno eſſe perdendū. nā ſi mihi inq̄t cui imperiū eſt ⁊ deorū ⁊ hoīm inſidias ſtruere lycaon feritate ſua notiſſimus eſt auſus:quomodo dii minores ab humano genere poterūt eſſe tuti? Habeoꝗ rogoꝗ.hoc eſt. cōtineo et guberno.grecū aūt verbū expreſſit. nā cheo ⁊ habeo et cōtineo ſignificat. Notus. nobilis et famoſus ſua feritate. Cōfremuere oēs.ſimul oēs fremuere ⁊ murmurauere facinoris imanitate cōmoti. Studiis ardētibus.inflāmatis volūtatibus. Depoſcūt.ad penā ſubaudiendū eſt. Sic cū manus impia ſeuit. In Auguſti grām hec ab Ouidio referunt. Ut inq̄t totū genus humanū Julii Ceſaris indigna cede cōmotū eſt: qua in ſenatu ab igratis ipſiſꝗ ciuibus fuit affectꝰ:ſic dii auditis Joui ſtructis īſidiis inflāmati ſunt. Tametſi de cōiuratiōibus ⁊ inſidiis cōtra auguſtum Ceſarem ſtructis hec mihi dicta potius eſſe vident. ſic eni ⁊ ioui et deorū indignationi pulcherrime accōmodatur hec ſimilitudo.nā vt iupiter a lycaone q̄uis inſidiāte nō fuit iterfectus: ita ne Auguſtus quidē a cōiuratorū quoꝗ fuit oppreſſus.cū alii aūt multi variis tpibus vt ſcribit Suetoniꝰ.in Auguſtum cōiurarūt: tū Telephus mulieris ſeruus nomenclator:is eni q̄ſi debita ſibi fato dn̄atione ⁊ ipm ⁊ ſenatū aggredi deſtinauerat.quondā etiā iuxta cubiculū eius lixa q̄dā ex illyrico exercitu ianitoribus deceptis noctu deprehēſus eſt cultro venatorio cinctus.inops ne mētis an ſimulata demētia incertū. Nihil eni exꝓ̄mi queſtione potuit. de inſidiis aūt Auguſto ſtructis potius eē intelligendū q̄ de Julii Ceſaris cede facile ex ipſius Ouidii verbis ꝑcipi ṗt cū inq̄t Nec tibi grata minꝰ pietas Auguſte tuorū q̄ fuit illa ioui. Hoc vero ab iſtis ſcalforniis ſi q̄ ingenio inductiōe forent:notandū erat.mihi certe prior expō vt de Julii ceſaris cede intelligamꝰ: nō ꝓbat. Manus impia.impiorū cōiuratorū multitudo.nā ſexaginta ⁊ amplius. C. Caſſio. M.ꝗ ⁊ Decio Bruto ṗncipibꝰ.vt refert Sueto.in Juliū ceſarē cōiurarūt:eūꝗ in ſenatu tribus ⁊ viginti vulneribꝰ trucidarunt. Seuit extinguere.ſeuit vt extingueret.poetica eni locutio eſt. Sāguine ceſareo. Julii ceſaris cede.ſiue potius Auguſti. Attonitū.ſtupefactū. Romanū nomē.qđ iulius ceſar geſtis ſuis clariſſimū reddiderat. Nec tibi grata minus pietas .nō minus inq̄t pietas ppli romani: q̄ tuos inſidiatores vltus ē tibi grata fuit:q̄ Joui deoꝝ idignatō:quā ꝯceperūt:cū audiſſēt īſidias Joui ipſi a lycaōe fuiſſe ſtructas Qui poſtq̄ voce manuꝗ.geſtū exprimit eorū q̄ ſilentiū indicūt. Cōpreſſit.cōpeſcuit. Subſtitit vt clamor:poſtq̄ ceſſauit clamor Jouis auctoritate cohibitus. Silētia rupit.locutꝰ eſt.ſic Uir.q̄d me alta ſilētia cogis rūpere? Ille q̄dē.lycaon inq̄t.ille feritate conſpicuus penas dedit. nā ſoluere penas eſt pati penas ⁊ ſuſtinere. Curā hanc dimittite. ipm depoſcēdi ad penā.ē aūt parētheſis. Quod tn̄ admiſſū. q̄uis inq̄t dederit penas lycaon volo vos tn̄ docere ⁊ peccatū qđ admiſit:⁊ penā qua fuit affectus. Cōtigerat noſtras. Narrat iupiter queādmodū inq̄ſiturus hoīm ſcelera e celo deſcēdit in terras: ſuſceptaꝗ humana figura orbē terraruꝫ peragrarit :ac tandē ad lycaonē arcadie regē hoſpites crudeliſſime interficiētē puenerit:quē in lupū idcirco ſe ait ꝯmutaſſe.q ſe q̄ꝗ iterficere conatus ē. Infamia tpis.ignominia ſeculi: q̄ teterrima queꝗ ſcelera cōmittebant. Quā cupiēs falſā. Deus eni vult oēs hoies bonos eē. Luſtro.pagro.circūeo.alias luſtrare eſt purgare ⁊ illuſtrare. Lōga mora eſt enumerare.lōga mora eēt inq̄t ſi enūerare vellē q̄tū vbiꝗ ſceleris inueneri. Noxe.culpe. ſceleris.noxa eni ⁊ culpā et ſcelus et maleficium ſigt

Quas dedimus:certe terras habitare ſinamꝰ
An ſatis o ſuperi tutos fore creditis illos:
Cum mihi qui fulmen.q̄ vos habeoꝗ regoꝗ
Struxerit inſidias notus feritate lycaon.
Confremuere oēs.ſtudiiſꝗ ardentibꝰ auſum
Talia depoſcunt.ſic cum manus impia ſeuit
Sanguine ceſareo romanū extinguere nomē:
Attonitum tanto ſubite terrore ruine
Humanū genus eſt:totuſꝗ phorruit orbis.
Nec tibi grata minus pietas auguſte tuorū:
Q̄ fuit illa ioui:qui poſtq̄ voce manuꝗ
Murmura compreſſit:tenuere ſilentia cūcti.
Subſtitit vt clamor preſſus grauitate regētis
Jupiter hoc iterum ſermone ſilētia rupit.
Ille quidē penas(curam hāc dimittite)ſoluit.
Quod tamē admiſſum:q̄ ſit vindicta docebo.
Contigerat noſtras infamia temporis aures:
Quā cupiens falſaꝫ ſummo delabor olympo:
Et deus humana luſtro ſub imagine terras.
Longa mora eſt:quantū noxe ſit vbiꝗ reptū

Jupiter i hominez.

Enumerare. minoꝛ fuit ipſa infamia vero.
Menala tranſieram latebꝛis hoꝛrēda ferarũ:
Et cum cyllene gelidi pineta lycei.
Arcados hinc ſedes et in hoſpita tecta tyrãni
Ingredioꝛ: traherēt cũ ſera crepuſcula noctē.
Signa dedi veniſſe deũ: vulguſqꝫ precari
Ceperat. irridet pꝛimo pia vota lycaon.
Mox ait experiar deus hic diſcrimīe aperto:
An ſit moꝛtalis. nec erit dubitabile verum.
Nocte grauem ſomno nec opina ꝑdere moꝛte
Me parat. hec illi placet experientia veri.
Nec contentus eo eſt. miſſi de gente moloſſa
Obſidis vnius iugulum mucrone reſoluit.
Atqꝫ ita ſemineces partim feruētibus artus
Mollit aquis. partim ſubiecto toꝛruit igni.
Quos ſimul īpoſuit mēſis: ego vīdice flāma
In dominum dignos euerti tecta penates.
Territus ipſe fugit: nactuſqꝫ ſilentia ruris
Exululat: fruſtraqꝫ loqui conatur. ab ipſo
Colligit os rabiem: ſoliteqꝫ cupidine cedis
Vtit᷑ in pecudes: ⁊ nũc quoqꝫ ſanguīe gaudet
In villos abeunt veſtes. in crura lacerti.

Unde noxius declinari videt᷑. Sane noxa interdũ etiã penã ſigt. vnde apud iuriſcõſultos Noxe dedere. hoc ē pene tradere ob dãnũ illatũ: vñ et noxales actões ab iiſdē appellãt᷑ que ex noxa atqꝫ maleficio ſeruoꝛũ aduerſus dños inſtituunt᷑. Minoꝛ vero. eo ꝙ verũ erat. maioꝛa nãqꝫ ſcelera et plura ab Ioue deꝓhēſa fuere ꝙ̃ ferebant᷑. Menala trãſierã. deſcribit iter quo ad lycaonē ꝑuenit. Menalus aũt mõs eſt arcadie celeberrimus. Latebꝛis. latibulis. Et cũ cyllene. cyllene mons arcadie mercurio dicatus. vñ etiã cyllenius appellat᷑. Pineta. loca pinis cõſita. vt oliueta. Lycei. mons eſt arcadie lyceus pani ſacer. Et in hoſpita. in hoſpitalia. Arcados tyrãni. Lycaonis arcadie regis. Tyrãnꝰ q̇dē apđ pꝛiſcos etiã ꝓ bono pꝛincipe accipiebat᷑. Virgi. Pars mihi pacis erit dextrã tetigiſſe tyrãni. vſꝰ deinde obtinuit vt pꝛo eo demũ poneret᷑: q̇ dñatu crudeliter abuteret᷑. Arcas ſane ⁊ ꝓpꝛiũ filij Calliſtus nomē eſt ⁊ gentile. vñ arcadius ⁊ arcadicus deriuat᷑. arcadia vero ab arcade Calliſtus filio denoīata eſſe videt᷑. nã antea tũ parrhaſia. tũ lycaonia. tũ gigantis. tũ azania. tum pania. vt inq̇t Stephanus qui de vrbibus ⁊ ppl̕is ſcripſit diligētiſſime vocabat᷑. Traherent cũ ſera crepuſcula noctē. hoc eſt. cũ adueſperaſceret Traherent. deducerēt. Sera. crepuſcula. crepuſculũ dicit᷑ dubia lux. nã creperus dubiũ ſignificat. Unde et decrepiti ſenes dicũtur: quoꝛũ vita in dubio ē ꝯſtituta. Signa dedi. hoc eſt ſignificaui me eſſe deũ. Precari colere ac venerari. Pia vota. pioꝛũ ꝑces. Mox ait experiar. Pꝛimo inq̇t lycaõ pioꝝ vota: q̇ me venerabãt᷑ irridere cepit. deinde periculũ facere de mea diuinitate cogitauit. Diſcrimīe apto. manifeſto ꝑiculo. hoc eſt experientia. Nec erit dubitabile verũ. nemo inquit poterit dubitare an deus ſit an moꝛtalis. ſi eni deꝰ erit interfici nõ poterit. ſin hõ fuerit: facile perimet᷑. Nec opina. inopinata. Nec cõtentus eo. nec ſatis inq̇t ei viſum eſt me velle ꝑdere: niſi etiã mihi in cenã carnes humanas ꝑti elixas. ꝑti toꝛtas appoſuiſſet De gente moloſſa. moloſſi ppl̕i ſunt epiri. a q̇bus bello victis lycaon obſides acceperat: quoꝛũ vnũ iugulauit: vt ipſum ioui apponeret epulanduꝫ. Reſoluit. aperuit. Semineces artus. ſemimoꝛtua mēbꝛa ⁊ adhuc palpitãtia. Mollit aquis. coq̇t et mollia reddit. Quos ſimul impoſuit menſis. Poſtqꝫ ait humane ille carnes mihi appoſite fuerunt: ego ſtatī edes lycaonis incēdio coꝛripui dignas q̇ in tã crudelē dñm euerterent᷑. Ceterũ ipſe territus in ſiluas aufugit: ⁊ in lupũ feritati ſue maxime cõuenīēs aīal fuit cõmutatus. Vindice flãma. vltrice. Tecta domũ. a parte eni totũ intelligimus. Dignos penates. q̇ incēderentur cum tam ſceleratũ dñm pati poſſent. Territus. incēdio ediũ ꝑterritus. Exululat. valde vlulat. iã eni in lupũ fuerat conuerſus. nã vlulare qđ facticiũ eſt verbũ: lupoꝛũ eſt ꝓpꝛiũ. Ab ipſo colligit os rabiē q꞉ inq̇t loq̇ nõ poterat in rabiē actus ē: quã ab hoībus in pecudes tranſtulit. Et nũc quoqꝫ. quēadmodũ cũ erat hõ. In villos abeunt veſtes. in pilos inq̇t veſtes mutate fuerunt. bꝛachia aũt in crura. ſicqꝫ Lycaon in lupum fuit conuerſus. quod q̇dem idcirco fingitur: q꞉ lycaon auaricie deditus ex rapto tanqꝫ lupus viuebat. Auari nãqꝫ lupis q̇ nunqꝫ ſaciantur pecudũ cede: ꝙ̃ ſimillimi eē vident᷑. hoīes aũt in lupos cõuerti rurſuſqꝫ reſtitui ſibi falſum eē contēdit Plinius. vñ tñ iſta vulgo infixa ſit fama: intãtũ vt in maledictis verſi pelles habeant᷑: oſtēdit cũ inq̇t. Euãtes inter auctoꝛes grecie nõ ſpꝛetus tradit Arcades ſcribere: ex gente Antei cuiuſdã ſoꝛte familia electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci: veſtituqꝫ in quercu ſuſpenſo tranare atqꝫ abire in deſerta: transfigurariqꝫ in lupum ⁊ cum ceteris eiuſdem generis congregari per annos nouem. Quo tempore ſi homine ſe abſtinuerit: reuerti ad idem ſtagnum: et

cum tranauerit: effigiē recipere ac pſtinū habitum addito nouē annorū ſenio. Addit & Fabius candē recipere veſtē. Hec vero plinius fabuloſa eē putat. Et veteris. adhuc inqt ſigna pſtine forme retinet. nā eandē ꝛ caniciē ꝛ vultus violētiā hꝫ. oculi pterea ipſi vt prius lucēt: ac demū eandē feritatē: quā etiā prius exercet. Occidit vna domus. poſteaq̄ iupiter exēplo lycaonis oſtendit: q̄ tetris ſceleribus infecti ſint hoīes: ꝯcludit totū genus humanū penit9 eē perdēdū. ſicq̄ poeta fabulā cū fabula ac mutationē cū mutatione cōnectit. Narraturus enī queadmodū lapides a Deucalione ꝛ pyrrha poſt terga iacti partim in mares ptim in femias fuere cōuerſi: ante deſcribit diluuiū q̄ gen9 humanū fuit extinctū.

Fit lupus: et veteris ſeruat veſtigia forme.
Canicies eadem eſt. eadem violentia vultus.
Jidem oculi lucent. eadē feritatis imago eſt.
Occidit vna dom9: ſed nō domus vna perire *
Digna fuit. q̄ terra patꝫ: fera regnat erynnis.
In facinus iuraſſe putes. dent ocius omnes
Quas meruere pati (ſic ſtat ſententia) penas.
Dicta iouis ps voce pbāt: ſtimuloſq̄ fremēti
Adiciunt alii. partes aſſenſibus implent.
Eſt tamen humani generis iactura dolori
Omnibus: et que ſit terre mortalibus orbe
Forma futura rogāt. quis ſit laturus in aras
Thura. feris ne paret populādas traderē terras
Talia querentes (ſibi enim fore cetera cure)
Rex ſuperū trepidare vetat: ſobolēq̄ priori
Diſſimilem populo promittit origine mira.
Jāq̄ erat in totas ſparſurus fulmina terras.
Sꝫ timuit ne forte ſacer tot ab ignibus ether
Conciperet flāmas: totuſq̄ ardeſceret axis.
Eſſe quoq̄ in fatis reminiſcitur affore tēpus:
Quo mare. quo tellus correptaq̄ regia celi
Ardeat: et mundi moles operoſa laboret.
Tela reponunt manibus fabricata cyclopū.
Pena placet diuerſa. gen9 mortale ſub vndis
Perdere: et ex omni nimbos demittere celo.

ſed nō domus vna perire. Oēs inqt hoim domus ſunt euertende nō vna. vbiq̄ enī nefanda ſcelera ppetrant. Fera erynnis. feritas. impietas. Erynnis enī dicit furia infernalis diſcordia contentioneq̄ gaudēs. In facinus iuraſſe putes. poſſes inqt putare oēs hoīes ſe mala ppetraturos cōiuraſſe. Facinus. ſcelus: q̄uis in bonā quoq̄ accipiat ptē. Dēt ocius oēs penas. hoc ē. cito ac repēte oēs puniantur. Dare ꝛ pſoluere penas dicunt q̄ puniūt. ſic ſtat ſentētia. talis eſt inqt ſentētia mea: vt oēs pdant. Stat. fixa ē ꝛ immota. eſt aūt parētheſis Dicta iouis. oēs inqt dij Jouis ſententiā ptim verbis: ptim nutu approbauere. Aſſenſibus. nutibus ꝛ manibus ſe Joui aſſentire ſignificāt. Jactura. pditio. Orbe. priuate. Rogant. īterrogāt iouē. Quis ſit latur9 in aras thura. quis ſit dijs ſacrificaturus. Populandas. vaſtādas ac depredādas. Sibi enim fore cetera cure. ſubaudiendū ē ait verbū: qđ eleganter in hmōi preter mittit locutione. eſt aūt parētheſis Rex ſuperū. Jupiter. Origine mira. q: lapides: vt paulopoſt narrabit in hoīes fuere cōuerſi: qđ quidē maxime mirandū eſt. Jāq̄ erat. ſtatim inquit iupiter fulminib9 genus humanū pdidiſſet: niſi veritus eſſet ne celū quoq̄ terrarū īcendio cōflagraret: cū pſerti in fatis meminerit eē: vt aliqñ totus mūdus igne abſumatur. quare nō fulminibus ſed aquarū inundatiōe genus humanū pdere decreuit. Jāq̄. ſtatimq̄. Sacer ether. ſacrū celū. Tot ab ignibus: quot opus eſſet ad totā terrā cōburēdā. Conciperet. cōtraheret. Totus axis. totū celū. ſynecdoche eſt. Axis enī qui ps eſt celi p toto ponit celo. Nam axis ppꝛie illud ē plauſtri lignū circa quod rote vertūtur: ad cuius ſimilitudinē axis in mūdi ſphera vocat: circa cuius cacumina ſphera ipſa rotat: qbus ꝯtigui ſunt duo poli q̄ et vertices dr̄: quibus veluti cardinibus: vt ſcribit apuleius maxime ſphera nitit. arcticus ꝛ antarcticus ſiue borealis ꝛ auſtralis. Eſſe q̄q̄ in fatis. in diſpoſitiōe fatorū. Alia rō eſt qua deterritus ē ab incēdio Jupiter: ne id eueniret qđ in fatis eē ſciebat ne videlꝫ totus mūdus cōflagraret. eſt aūt fatū vt ſtoici aiūt: cōnexa rerū ſeries p quā mūdus adminiſtrat Affore. aduenturū eſſe. Et mūdi moles. machina mūdi. Operoſa. multi operis. Laboret. in labore ꝛ periculo ppter incendiū futura ſit. Hoc aūt maxime cū dogmate chriſtiano cōuenit. Nos enim credimus mundū in nouiſſimo die conflagraturum. Tela reponunt. fulmina a Ciclopibus cōfecta. Cyclopes eñ ioui fulmina cōfeciſſe dicunt. fuerunt autē populi Sicilie vnū in media fronte oculū habentes. Pena diuerſa. contraria. Diluuiū enim incendio contrariū eſt. Nimbos. pluuias. Demittere. deorſum mittere

Protinus eolijs. Statim inq̄t Jupiter clauſis in ſpelunca ijs vētis q̄ inducūt ſerenitatē: auſtrū pluuia gaudentē emiſit. In eolijs antris. in eoli ſpeluncis. Notius ē aūt Eolum iouis ex aceſta filiū regē eſſe vētorū: q̄ꝫ vt hoc loco ſit exponendū. Quodq̄dē idcirco fictū eſt qđ (vt Plini⁹ ait) Eolus vētoꝝ ratonē inuenit. Cum enim ſeptem inſularū iuxta fretum ſiculū q̄ ab illo eolie fuerunt cognoiate: princeps eſſet ac ex nebulis et fumo Hiere inſule ardentis ventos prediceret futuros: creditus eſt illos in ſua habere ptāte. Flamina. a flando venti flamina dicunt. Madidis notus euolat alis. Elegāter auſtri venti deſcribit effigiē. Sic eni apud priſcos pingebat. Ale aūt ventis aſſignantur ꝓpter velocitatē. Tectus vultū hoc eſt tectum vultū hn̄s. eſt autē poetica ſynecdoche. Picea caligine. Nigris nubibus. nā auſter nubiloſus eſt vētus. Barba grauis. plena. Nimbis. pluuijs. Unda. aqua. Rorant. ſtillant in roris ſimilitudinem. Utq̄ꝫ manu late. Poſtq̄ꝫ inq̄t notus manibus nebulas cōpreſſit: maxime pluuie eſſe ceperūt. Fit fragor. ſtrepitus ꝓprie rerū fractarum. Dēſi nimbi. crebre pluuie. Cōcipit iris aquas. Iris nuncia iunonis a poetis fert. interdū aūt etiam Jouis. Fit aūt iris vt ſcribūt phiſici ex reflectione radiorū ſolis lune ve in nubibus pluuie tp̄e. Sternuntur ſegetes. Frumenta in agris exiſtētia in terrā ab aq̄s deijciunt. Seges aūt dicit frumētū nōdum demeſſū. Sternere vero interdū in terrā deijcere. interdū ſignificat cooperire: vt cū dicimus ſternere menſā. Vota deplorata. Spes valde ploratas. vota aūt vocat frumēta multis votis et precibus expetita. Colonis. agricolis. Irritus. van⁹ ac ſine vllo fructu. Ceruleus frater. Periphraſis neptuni. Auxiliaribus vndis. aq̄s auxiliū afferētibus ad perdendū genus humanū. Auxiliares aūt milites ꝓprie dicunt qui in auxiliū mittuntur. Cōuocat hic ānes deos fluuiorū. amnis eni fluuius dr̄ ab ambiendo vt Varro ait: qđ oīa flumia circūeunt. Un̄ etiā cornua pinguntur. Tyranni ſui. regis ſui. Tyrānus nāq̄ꝫ apud āti q̄s in bonā q̄ꝫ accipiebat ptem. Virgi. Pars mihi pacis erit dextrā tetigiſſe tyrāni. Hortamine. hortatu. exhortatione. Apite domos. fontes: qui fluuiorū domus eē vident. Mole. obſtaculo. Fluminib⁹. fluxibus. Totas habenas. trāſlatio ab eq̄s ſūpta q̄ habenis inhibent. Defrenato. effrenato ac ſine vllo retinaculo. Ipſe. Neptun⁹. Tridēte ſuo Ut Joui fulmē: ſic Neptuno tridēs attribuit. q̄ dū ꝑcutit terrā: ſꝑ fit terremotus. Expatiata. late ſparſa. Penetralia cū ſuis ſacris: hoc ē. penetralia cū dijs penatibus. nā penetralia vt Sex. Pom. ſcribit ſūt penatiū deorū ſacraria. Rapiunt. vi abſtrahunt. Si qua domus māſit. ordo eſt. Si qua domus remāſit indeiecta. Indeiecta. nō deiecta in terram. Culmē tn̄. culmen eſt tecti ſūmitas a culmo dictum: q̄ culmo antiq̄tus domus tegerent. Preſſe. ſubmerſe. Sub gurgite. ſub mari. eſt aūt tapinoſis. Nam gurgitem q̄ proprie locus eſt in flumine ꝓfundior ꝓ mari poſuit poeta. Sic Vir. Apparēt rari nantes in gurgite vaſto

Protinus eoliis aquilonē claudit in antris:
Et quecunq̄ꝫ fugant inductas flamina nubes
Emittitq̄ꝫ notū. madidis notus euolat alis
Terribilem picea tectus caligine vultum.
Barba grauis nībis. canis fluit vnda capillis
Fronte ſedēt nebule. rorant penneq̄ꝫ ſinuſq̄ꝫ.
Utq̄ꝫ manu late pēdentia nubila preſſit:
Fit fragor: ⁊ denſi fundūtur ab ethere nimbi.
Nuncia iunonis varios induta colores
Cōcipit iris aquas: alimētaq̄ꝫ nubib⁹ affert.
Sternuntur ſegetes: et deplorata colonis
Vota iacent: longiq̄ꝫ perit labor irritus anni
Nec celo contenta ſuo eſt iouis ira: ſed illum
Ceruleus frater iuuat auxiliaribus vndis.
Conuocat hic amnes: qui poſtq̄ꝫ tecta tyrāni
Intrauere ſui. non eſt hortamine longo
Nunc ait vtendū. vires effundite veſtras.
Sic opus eſt. aperite domos ac mole remota
Fluminib⁹ veſtris totas immittite habenas.
Juſſerat. hi redeūt: ac fontibus ora relaxant.
Et defrenato voluuntur in equora curſu.
Ipſe tridente ſuo terram percuſſit. at illa
Intremuit: motuq̄ꝫ vias patefecit aquarum.
Expatiata ruunt per apertos flumina cāpos.
Cumq̄ꝫ ſatis arbuſta ſimul pecudeſq̄ꝫ viroſq̄ꝫ:
Tectaq̄ꝫ cunq̄ꝫ ſuis rapiūt penetralia ſacris.
Si qua domus māſit: potuitq̄ꝫ reſiſtere tāto
Indeiecta malo: culmen tamen altior huius
Unda tegit: preſſeq̄ꝫ latēt ſub gurgite turres.

Inde fit verbum ingurgito quod ⁊ deuoro et repleo ſignificat. Unde macrobius in ſaturnalibus ſcribit fabium ciuẽ romanum virũ triũphalẽ a deuorato patrimonio gurgitẽ fuiſſe cognoiatum. Nullũ diſcrimen. nullam diſcretionem ac differentiam. Alias diſcrimẽ periculum ſignificat. Omnia põtus erat. omnia mare occupauerat. pontus autẽ proprie id mare eſt qđ euxinũ appellatur. ſed ꝓ quocũqꝫ mari frequẽter ponit̄ pontus etiã prouincia eſt aſie bithynie finitima euxinoqꝫ adiacens: vnde ponticus deriuat̄. Occupat hic collem. Alius inqt ex hoibus in montẽ ꝯfugiebat. alius in cymbã. ꝓprie aũt occupari dicunt̄ loca poſſeſſoribus vacua. Cymba adunca. Perite nã cymbe et prorã ⁊ puppim adũcas habẽt. Et ducit remos. remigat. Ville. villa proprie dr̄ domus in agro. Sũma in vlmo. Sic Horatius hoc idem diluuiũ deſcribẽs. Piſciũ ⁊ ſũma pecus heſit vlmo. Sic ſors tulit. ſic caſu euenit. eſt aũt parentheſis. Anchora quidẽ a latinis aſpirat̄ q̄uis apud grecos aſpiratiõe careat: eſt aũt anchora inſtrumentũ ferreũ: qđ ad cõtinendas naues in mare iaci cõſueuit. vñ anchorarij funes dicunt̄: q̇bus anchore ligãtur. Vineta loca dicũtur vineis ⁊ vitibus ꝯſita. Et modo. pauloante. Graciles capelle. macre et agiles capre. Gramen. herbã: ſpẽm ꝓ gñe poſuit. Deformes phoce. turpes et vaſte. phoce a latinis vituli marini appellant̄. Nereides. nymphe ſunt marine a nereo appellate. Delphines. delphin ⁊ delphinus a genitiuo greco delphinos fit nominatiuus latinus. Incurſant. frequẽter currũt. Agitata. ipulſa. Robora. ligna ac truncos. Pulſant. percutiunt. Nat. natat. Eſt aũt perq̄ laſciua et lepidiſſima deſcriptio: quã quidẽ ſeneca reprehendit: q2 in re triſti ludere poeta videt̄. Unda vehit tigres. tigris fera ẽ truculẽta mirande velocitatis: in armenia indiaqꝫ naſcẽs. tigris etiã eſt fluuius armenie a velocitate qua decurrit ſic appellatus. nã tigris lingua perſica ſagittã ſigt̄. Ubi ſiſtere poſſit. in q̇bus terris ſe firmare poſſit. ſiſtere aũt ẽ ſtare facere. idem vero cũ ſto verbo. ꝑteritũ hꝫ et ſupinũ. Volucris vaga. hirundinis eſt periphraſis. nã hirũdines vagos maxime volatus hñt. Nec vires fulminis apro. tanto impetu apri venatores aggrediuntur: vt vires fulmini ſimiles hr̄e dicant̄. Ablato. abrapto ab vndis. Laſſatis. defatigatis. Obruerat tumulos. cooperuerat mõtes. obruere nãqꝫ eſt aq̄ terraue opire. tumuli ꝟo mõtes dicunt̄ a tumore. Pulſabãt. ꝑcutiebãt. Noui fluctus. magne vnde ⁊ inuſitate. Montana cacumina. mõtiũ ſũmitates. Maxima ꝑs. hoim ſubaudiat̄. Quibus vnda pepcit. hoc eſt qui ſubmerſi nõ fuerũt fame periere. Separat aonios. Topographia ⁊ loci deſcriptio. mõtẽ eni ꝑnaſum deſcribit: in cuius cacumẽ ſua altitudine ab vndis tutũ Deucalion ⁊ pyrrha ſe receperũt. Phocis regio ẽ inter boetiã ⁊ atticam: a phoco denoiata: in qua mõs parnaſus duobus collibus eminẽs cõſpicit̄. Ab acteis aruis. ab attica regione. Nam attica apte a littore qđ acti dr̄: ſiue ab acteo rege fuit appellata. eſt ei maritĩa regio ac fere littus eſſe videt̄. Terra ferax. fertilis. Mõs noie ꝑnaſus. ꝑnaſus mõs eſt phocidis: a ꝑnaſo antiq̇ſſimo vate cognomiatus. Unde ꝑnaſus ꝑnaſiacus. ꝑnaſſias ꝑnaſſis. ⁊ ꝑnaſſeus deriuãtur. prius aũt larnoſſos fuit appellatus. qđ illuc deucalionis arca q̄ grece larnax dicit̄: fuerit appulſa. Petit aſtra. tendit in altũ ſidera verſus. Duobus verticibus. duobus cacuminibus. quorũ alterũ tithoreã alterum hymapeum appellat herodotus. quãuis Seruius heliconem et Cytheronem putet: quos boetie

Iãqꝫ mare ⁊ tellus nullum diſcrimẽ habebãt.
Omnia põtus erat: deerãt quoqꝫ littora põto.
Occupat hic collẽ: cymba ſedet alter adũca:
Et ducit remos illic: vbi nuper ararat.
Ille ſupra ſegetes aut merſe culmina ville
Nauigat. hic piſcẽ ſumma deprendit in vlmo.
Figitur in viridi (ſic ſors tulit) anchora prato.
Aut ſubiecta tegunt curue vineta carine.
Et mõ qua graciles gramẽ carpſere capelle:
Nũc ibi deformes ponũt ſua corpora phoce.
Mirantur ſub aqua lucos vrbeſqꝫ domoſqꝫ
Nereides: ſiluaſqꝫ tenent delphines: et altis
Incurſant ramis: agitataqꝫ robora pulſant.
Nat lupꝰ int̄ oues. fuluos vehit vnda leones.
Unda vehit tigres. nec vires fulminis apro.
Crura nec ablato proſunt velocia ceruo.
Queſitiſqꝫ diu terris vbi ſiſtere poſſit:
In mare laſſatis volucris vaga decidit alis.
Obruerat tumulos immenſa licentia ponti:
Pulſabãtqꝫ noui mõtana cacumia fluctus.
Maxima pars vnda rapit̄. q̇bus vnda pepcit:
Illos longa domãt inopi ieiunia victu.
Separat aonios acteis phocis ab aruis
Terra ferax: dũ terra fuit. ſed tempore in illo
Pars maris: ⁊ latus ſubitarũ cãpus aquarũ.
Mõs ibi verticibꝰ petit arduus aſtra duobus
Nomie ꝑnaſſus: ſuperatqꝫ cacumine nubes.

Parnaſus.

Hic vbi deucalion (nā cetera traxerat equor)
Cum ſorte thori parua rate vectus adheſit.
Corycidas nymphas ⁊ numina mōtis adorāt:
Fatidicāq; themin: que tunc oracla tenebat.
Non illo melior quiſquā: nec amantior equi
Vir fuit: aut illa reuerentior vlla deorum.
Jupiter vt liquidis ſtagnare paludibus orbē:
Et ſupereſſe virum de tot modo milibus vnū:
Et ſupereſſe videt de tot modo milibus vnā:
Innocuos ambos. cultores numinis ambos:
Nubila diſiecit: nimbiſq; aquilone remotis
Et celo terras oſtendit: et ethera terris.
Nec maris ira manz: poſitoq; tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi: ſupraq; ꝓfūdū
Extantē: atq; humeros innato murice tectū
Ceruleum tritona vocat: conchaq; ſonanti
Inſpirare iubet: fluctuſq; et flumina ſigno
Jam reuocare dato. caua buccina ſumitur illi
Tortilis in latum: que turbine creſcit ab imo
Buccina: que in medio cōcepit vbi aera pōto:

montes eſſe cōſtat lōge a ꝑnaſſo diſtantes. parnaſſus aūt totus ⁊ apollini ⁊ muſis ⁊ baccho eſt conſecratus. Hic vbi deucalion. Deucalion ꝓmethei filius vir integer ac pius vna cum pyrrha vxore diluuio inualeſcente ad cacumē ꝑnaſi cōfugit: vbi poſt finitū diluuiū themidē ꝯſuluerunt: quō genus humanū raparare poſſent: quibus themis reſpondit id poſſe reparari: ſi antiq̄ matris oſſa poſt terga iecisſent. que Deucalion lapides eſſe cōiectauit. nā lapides oſſa terre vident̄ eſſe: que antiq̄ſſima oīm eſt mater. Qui igit̄ lapides a deucalione fuerūt poſt terga iacti in mares. q̄ a pyrrha in feminas fuere conuerſi. Hoc aūt idcirco fictum eſt: q̄ vt ſcribit Euſebius in chronicis regnāte athenis cecrope maxima aq̄rū illuuies maiorē ꝑtē ppl'orū theſſalie abſumpſit paucis ꝑ refugia mōtiū liberatis maxime in mōte ꝑnaſſo in cuius circuitu deucalion tūc regno potiebat̄: qui tunc ad ſe ratibus cōfugientes: vt narrat iuſtinus: ſuſcepit: ac ꝑ ſūma ꝑnaſſi iuga fouit: ac idcirco genus humanū ab illo fuiſſe repatū aiunt. Hic vbi. eleganter hic et vbi ita iungunt̄: vt id et qđ: cum vbi et qđ grāmatice locutioni ſatis eſſe videant̄: vt cum dicimus. tibi morem geſſi id qđ fratri ſum pollicit⁹ nā qđ ſum pollicitus ſatis eſſet. Nam cetera. parentheſis eſt: reliqua inquit loca mare occupauerat. Cum conſorte thori: hoc eſt vxore. nā vxor lecti mariti conſors eſt. Corycidas nymphas corycū antrū eſt parnaſſi nimphis ſacrum. vnde corycides nymphe dicunt̄ eſt aūt forma patronimica pro poſſeſſiua. eſt etiā coryc⁹ cilicie ⁊ vrbs ⁊ mōs ⁊ antrū vbi optimū naſcitur crocū. eſt preterea corycus: vt ſtephanus ſcribit mons ionie altiſſimus: et portus ⁊ inſula. eſt et promontoriū crethe ⁊ port⁹ ethiopie corycia appellatus. Et numina montis: apollini baccho ⁊ muſis parnaſſus dicit̄ eſſe cōſecratus. Fatidicamq; themim. themi archana fatorū p̄dicentē. themis aūt dea fuit: que vt inq̄t Sextus Pompeius: precipiebat hominibus vt a diis peterent id qđ fas eſſet. vnde etiam nomē accepit. nam themis apud grecos fas ac iuſtum ſignificat. Non illo melior quiſq;. hec eo pertinent vt oſtendat poeta deucalionē ⁊ pyrrham ob pietatē in deos merito fuiſſe incolumes cōſeruatos. Jupiter vt liquidis ſtagnare. poſteaq; inq̄t iupiter vidit totū orbem terrarū ſic aquis eſſe obrutum: vt ſtagnū eſſe videretur: ac ex oībus ſolos deucalionem et pyrrham ſupereſſe reducta ſerenitate diluuiū ita decreſcere cepit: vt terre ceperint apparere. Stagnare. ſtagnū ⁊ lacū eſſe effectū. ſtagnare enī ꝓprie dicunt̄ terre aquis non defluentibus cooperte. ſtagna ſiquidē paludes lacuneq; ac lame vocant̄. Supereſſe. ſuꝑuiuere. Innocuos. inſontes innocentes. Nubila diſiecit. nubes diſſipauit. Nimbis aquilone remotis. ab aq̄lone depulſis. eſt enī aquilo ventus nubila expellens: ac ſerenitatē inducens. Et celo terras oſtendit. elegāter. nā ita aquis tegebant̄: vt aeri occulte eſſent terre. Celo. aeri. Jra maris. tempeſtas. Manet. ꝑmanet. ꝑſtat perſeuerat. Tricuſpide telo. periphraſis eſt tridentis. tres enī cuſpides habet. vnde et tridens dictus eſt. Mulcet aquas. mitigat mare tumidū atq; iratum. Rector pelagi. neptunus. Jnnato murice. ingenita et naturali purpura. murex enī piſcis eſt: ex cuius ſanguine purpureus ꝯficitur color. Tectum humeros. ſynecdoche poetica. tectos enim et coopertos humeros habētem intelligimus. Ceruleum tritona. ceruleū mare ꝓprie dicitur: et quicq̄d colorem habet maris. Triton aūt fert̄ eſſe tubicen Neptuni: cui mandat vt receptui canat: fluuioſq; in ſuos fontes reuocet. Conchaq; ſonanti. triton pro tuba concha longiore vtit̄ Re vera aūt inueniunt̄ tritones conchis canētes: vt Plinius refert. Signo dato. facto ſigno vt redeant. Caua buccina. deſcribit concham: qua pro tuba vti ſolet triton. Tortilis in latum. retorta in latitudinem. Que turbine creſcit ab imo. que ab ore anguſto incipit: et in amplū deſinit: ad turbinis ſimilitudinē. Buccina que in medio. elegans anadiploſis: qua buccine laus exprimitur. cum enim inflatur: omnia littora reſonant. Concepit vbi aera. poſtq; inflari cepit. Sub vtroq; phebo. ſole et oriente et occidente. eſt autem

hyperbole poetica. Ab oriente enī ad occidentē tube illius ſonitū audiri affirmat: qđ omnē excedit verita tem Tum quoqꝫ vt ora dei. hoc eſt poſtqꝫ ori tritonis fuit admota. Rorātia. ſtillantia. Iuſſos receſſus. re greſſus fluuiorū a neptuno imperatos. Coercuit. inhibuit ⁊ continuit. Iam mare littus habet. quo paulo ante carebat. Subſidūt. diminuunt et minus profunda fiunt. Poſtqꝫ diem longā. poſt longū tēpus. Nu data. folijs priuata atqꝫ ſpoliata. Redditus orbis erat. hoc eſt ſibiipſi orbis reſtitutus eſſe videbatur. De ſolatas. deſtitutas animātibus. O ſoror o cōiunx. pathetica eſt oratio ⁊ affectus plena: qua deucalion ma ximopere ſibi pirrhā deuincit. Et pa truelis origo. deucalion ⁊ pyrrha pa trueles fuerūt. nā Iapetꝰ duos ſuſtuliſ ſe filios dr̄. Prometheū q̇ deucalionē et epimetheū q̇ pyrrhā genuit. Dein de thorus. lectus ⁊ nuptie. Erepta. li berata ab hoc diluuio Miſerāda. mi ſericordia digna. Paternis artibus. nā ꝓmetheus vt ſupius iā diximꝰ: ter ram in imaginē hoīs figurauit: eiqꝫ aī mā ex igne eductā immiſit. Infunde re. īmittere. genus mortale. genus hu manū Sic viſum eſt ſuperis. parēthe ſis eſt: qua vti ſolemus: cū cauſā alicu ius rei aſſignare neſcimus. Hoīmqꝫ exempla manemus. exempla ꝓ exem plaribus poſuit. exemplū eſt enim qđ aut ſequamur: aut vitemus. Exēplar autē eſt ex quo aliud ſimile faciamus Per ſacras ſortes. per ſacra oracula ⁊ deorū reſponſa. Cephiſidas vndas cephiſis fluuius ē ad parnaſſi radices vnde patronymicū finxit poeta. Et nondum liquidas. nondum puras ac lipidas. ſed limo turbidas. Sed iam vada nota ſecantes. ſed iam alueos ſu os tenentes. neqꝫ enim ripis egredie bantur. ſecare nanqꝫ interdum incide re: interdum tenere ſignificat. vnde ſe ctas philoſophorum dictas eſſe Ser uius ait: qꝫ propoſitū teneant. Virgi. ille viam ſecat ad naues. Inde vbi. antiqui templa ingreſſuri deoſqꝫ pre caturi id quod nos quoqꝫ facimus: pri us ſe aqua aſpergebant: quam conſue tudinem Deucalion ⁊ pyrrha dijs ſup plicaturi ſeruarunt. Irrorauere. in ſperſere. Libatos liquores. hauſtas aquas. Ad delubra. ad templa. nam delubrum modo ſimulacrū dei: modo templum ſignificat. Sacre dee. the midis. Quorum faſtigia. ſūmitates nam faſtigium eſt altitudo ac ſummi tas cuiuſcunqꝫ operis. Turpi muſco muſcus herbula ē minutiſſima in locꝭ humidis naſcēs. Squallebāt. ſqual lida ⁊ deturpata erāt. Stabātqꝫ ſine ignibus are. altaria ſine ſacrificijs erāt Vt templi tetigere gradus. modum adorādi pulchre deſcribit. Procum bit. procidit.

Littora voce replet ſub vtroqꝫ iacētia phebo.
Tum quoqꝫ vt ora dei madida rorātia barba
Contigit: et cecinit iuſſos inflata receſſus:
Omnibus audita ē telluris et equoris vndis:
Et quibus eſt vndis audita: coercuit omnes.
Iā mare littus hꝫ. plenos capit alueꝰ amnes:
Flumina ſubſidunt: colleſqꝫ exire videntur
Surgit humꝰ. creſcūt loca decreſcētibꝰ vndis
Poſtqꝫ diem longā nudata cacumina ſilue
Oſtendunt: limumqꝫ tenent in frōde relictū.
Redditus orbis erat: quem poſtqꝫ vidit aptū:
Et deſolatas agere alta ſilentia terras
Deucalion lacrimis ita pirrhā affat' abortis.
O ſoror o coniunx. o femina ſola ſuperſtes:
Quam ꝯmune mihi genus ⁊ patruelis origo:
Deinde torus iunxit. nūc ipſa pericula iūgūt:
Terrarū: quaſcunqꝫ vident occaſus et ortus:
Nos duo turba ſumus. poſſedit cetera pōtus.
Hec quoqꝫ adhuc vite non eſt fiducia noſtre
Certa ſatis. terrent etiā nūc nubila mentem.
Quis tibi ſi ſine me fatis erepta fuiſſes:
Nunc animꝰ miſerāda foret: quo ſola timorē
Ferre modo poſſes: quo conſolante dolores:
Nāqꝫ ego (crede mihi) ſi te quoqꝫ pōtꝰ hēret:
Te ſeqrer ꝯiunx. et me quoqꝫ pōtus haberet.
O vtinā poſſem populos reparare paternis
Artibus: atqꝫ animas formate īfundere terre
Nunc genus in nobis reſtat mortale duobus.
(Sic viſū eſt ſuperis) hoīmqꝫ exēpla manemꝰ.
Dixerat. et flebant. placuit celeſte precari
Numen: et auxiliū per ſacras querere ſortes.
Nulla mora ē. adeūt parit' cephiſidas vndas:
Et nōdū liquidas: ſed iam vada nota ſecātes
Inde vbi libatos irrorauere liquores
Veſtibus et capiti: flectunt veſtigia ſacre
Ad delubra dee: quorum faſtigia turpi
Squallebāt muſco: ſtabātqꝫ ſine ignibus are.
Vt templi tētigere gradus: procūbit vterqꝫ

Pronus.ſupplex. Remolleſcunt. mollia et mitia fiunt. Precibus iuſtis. precibus iuſtorum hominum Merſis rebus.deletis et oppreſſis. Sortemqꝫ dedit.oraculū et reſpōſum qꝺ ſubijcit. Et velate. operite ac tegite. Obſtupuere diu.ꝑ longū tp̄s ſtupentes fuere admirati quidnā ſibi vellet tale reſponſuꝫ. Rupit ſilentia voce.locuta eſt. Pauido ore.timido vultu. Pauetqꝫ.qꝛ timet.cauſa ē nāqꝫ qua pyrrha merito vult videri veniā rogare. Maternas vmbras.matris animā. Repetūt.mente reuoluūt. Cecis latebris.obſcuris velaminibus. Volutant.cogitant. Inde promethides.Deucalion promethei filius. Epimetida. pyrrham Epimethei filiā. Mulcet. mitigat ac ſolatꝫ. Solertia. ingeniuū prudētia.ꝓprie aūt acumē ingenij ac velocitas ſolertia dicitꝫ Nullū nefas. nullā impietatē. Suadent. mandāt. iubent.tametſi ſuadere proprie hortari ſignificat. Magna parens terra ē. recte oraculū interpretatus eſt Deucalion.nā terra merito magna parens dicitur:cū animata omnia atqꝫ inanimata ex ea naſcantꝫ. Coniugis augurio. mariti vaticinio. Titania pyrrha. Iapeti titanis neptis. Diffundūt nō credunt. Sed quid tēptare nocebit.aiūt ſubaudiatur. Velantqꝫ caput. tegūt cooperiūt. Sua poſt veſtigia:poſt ſua terga.veſtigia aūt pedū ſigna dicuntꝫ ſed frequēter pro ipſis pedibus ponūtur. Mittūt.iaciunt. Quis hoc credat.parentheſis cū interrogatione admirationis plena.qua id qꝺ incredibile eſt: veriſimile fieri videtꝫ.cū enim id priſci teſtentur: nobis quoqꝫ eſt credēduꝫ. Vetuſtas.antiquitas.que maxime eſt auctoritatis.hoc aūt idcirco fingitur ꝙ deucaliō rex theſſalie poſt diluuiū quo tota grecia fuit.inūdata: rudes homines ac feros: moribus ac legibus inſtruxit:quibus duriciem oēm ac feritatē depoſuere. Molliri.mollia fieri. Ducere formaꝫ.accipere formam ⁊ figuram humanam Mitior. mollior. Vt quedā.quandā quidem inquit formam habere videbātur ſaxa illa.ſed non humanā aperte pre ſe ferebant figuram.talem autem habebant qualem ſtatue marmoree inchoate. Sed vti.ſed tanq̄ꝫ. Non exacta.exculta.perfecta. Rudibus ſignis.impolitis inelaboratiſqꝫ ſtatuis. ſigna enim etiā ſtatuas ſignificant. Que tamen ex illis.terrene inquit partes lapidum molles ⁊ humide in carnem fuere conuerſe.ſolide vero et dure in oſſa: vene autem in venas.nam ⁊ lapides venas ſuas habēt. Corporis.carnis.corpus enim proprie viuentium dicitur. caro mortuorum. Superorū numine.deorum voluntate. Traxere. concepere. Faciem virorum. figuram marium.

Pronus humi:gelidoqꝫ pauens dedit oſcula
Atqꝫ ita.ſi ꝑcibus dixerūt numia iuſtis (ſaxo
Victa remolleſcūt.ſi flectitur ira deorum:
Dic themi q̄ generis dānuꝫ reparabile noſtri
Arte ſit:et merſis fer opem mitiſſima rebus.
Mota dea eſt:ſortēqꝫ dedit. diſcedite tēplo:
Et velate caput:cinctaſqꝫ reſoluite veſtes.
Oſſaqꝫ poſt tergum magne iactate parentis.
Obſtupuere diu:rupitqꝫ ſilentia voce
Pyrrha prior:iuſſiſqꝫ dee parere recuſat.
Detqꝫ ſibi veniā pauido rogat ore:pauetqꝫ
Ledere iactatis maternas oſſibus vmbras.
Interea repetunt cecis obſcura latebris
Verba date ſortis ſecum:intra ſeqꝫ volutant.
Inde ꝓmethides placidis epimetida dictis
Mulcet.et aut fallax ait eſt ſolertia nobis:
Aut pia ſunt:nullumqꝫ nefas oracula ſuadēt.
Magna parēs terra eſt.lapides in corpe terre
Oſſa reor dici.iacere hos poſt terga iubemur.
Coniugis augurio q̄q̄ꝫ titania mota eſt:
Spes tñ in dubio eſt:et adhuc celeſtibꝰ ambo
Diffundūt monitis.ſed quid tēptare nocebit.
Diſcedunt:velantqꝫ caput:tunicaſqꝫ recigūt:
Et iuſſos lapides ſua poſt veſtigia mittunt.
Saxa(q̄s hoc credat niſi ſit pro teſte vetuſtas)
Ponere duriciem cepere ſuumqꝫ rigorem:
Molliriqꝫ mora: mollitaqꝫ ducere formam.
Mox vbi creuerunt:naturaqꝫ mitior illis
Contigit:vt quedā ſic non manifeſta videri
Forma pōt homis: ſed vti de marmore cepta
Nō exacta ſatis: rudibuſqꝫ ſimillima ſignis.
Que tamen ex illis aliquo ꝑs humida ſucco
Et terrena fuit:verſa eſt in corporis vſum.
Quod ſolidū ē:flectiqꝫ nequit:mutatꝫ in oſſa:
Que modo vena fuit:ſub eodem noīe manſit.
Inqꝫ breui ſpacio ſuperorum numine ſaxa
Miſſa viri manibus faciem traxere virorum.
Et de femineo reparata eſt femina iactu.

Inde genus duruz ſumus experiēſq́ʒ laborū.
Et documēta damus qua ſimus origine nati.
Cetera diuerſis tellus animalia formis
Spōte ſua pepit: poſtq́ʒ vetus humor ab igne
Percaluit ſolis: cenumq́ʒ vdeq́ʒ paludes
Intumuere eſtu: fecundaqʒ ſemina rerum
Viuaci nutrita ſolo ceu matris in aluo
Creuerunt: faciemqʒ aliquā cepere morādo.
Sic vbi deſeruit madidos ſeptēfluus agros
Nilus: et antiquo ſua flumia reddidit alueo:
Ethereoq́ʒ recens exarſit ſidere limus:
Plurima cultores verſis animalia glebis
Inueniunt: ⁊ in his quedā mō cepta p ipſum
Naſcendi ſpaciū quedā imperfecta. ſuiſq́ʒ
Trunca vidēt humeris: et eodē corpore ſepe
Altera pars viuit. rudis ē pars altera tellus.
Quippe vbi tēperiē ſūpſere humorq́ʒ calorq́ʒ:
Concipiunt: et ab his oriūtur cūcta duobus.
Cūq́ʒ ſit ignis aq̄ pugnax: vapor humid⁹ oēs
Res creat. et diſcors ↄcordia fetibus apta ē.
Ergo vbi diluuio tellus lutulenta recenti
Solibus ethereis altoq́ʒ recanduit eſtu:
Edidit innumeras ſpecies. partimq́ʒ figuras
Reddidit antiq̄s. parti noua mōſtra creauit.
Illa quidē nollet: ſed te quoq́ʒ maxime pythō
Tū genuit: populiſqʒ nouis īcognite ſerpēs
Terror eras: tantū ſpacii de monte tenebas.
Hunc deus arcitenens et nūq́ʒ talibus armis
Ante niſi in damis capreiſqʒ fugacibus vſus:
Mille grauem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit effuſo per vulnera nigra veneno.
Ne ve operis famam poſſet delere vetuſtas.

Experiens laborū. patiens laborū. ſic Vir. Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem. vnde hoies nati durū genus. Et documenta. experimēta. alias documenta ſunt exempla: vt ait Varro: que docendi cauſa dicuntur. Qua ſimus origine nati. quā originē ſimus ſortiti. cū eni tā patientes laborum ſimus: facile oſtendimus nos de lapidibus eſſe generatos. Cetera diuerſis. Reliqua inq̄t aīalia ex terra humida ⁊ ſole calefacta orta ſunt: id q̄ꝺ fieri poſſe facile Egyptus eſt documēto. nā poſt nili inundationē glebe in varias animaliū figuras cōmutanť. hec aūt idcirco a poeta interſeruntť: vt ↄmodius daphnes in laurū metamorphoſin cum ſuperiore cōnectat. Vde paludes. humide. Eſtu. feruore. Viuaci ſolo. terra vitā ſubminiſtrāti. Ceu matris in aluo. tanq́ʒ in vtero matris. Cepere. cōcepere. ↄtraxere. Faciē aliquā formā ⁊ figurā. Septēfluus nilus. exemplo declarat reliqua aīalia ex terra ſponte fuiſſe orta. Nilus autem fluuius ſingulis quibuſq́ʒ annis egyptum inundans: fecundā non ſolū frumētorum. ſed variorū quoq́ʒ animaliū eam reddit. Septemfluus idcirco dicitur q̄ ſeptē hoſtijs in mare erumpit: quorū noīa hec a diodoro memoranť. pelluſiacū q̄ꝺ ad orientē vergit. paniticū mendeſiū pheniticum. ſebeiniticum. bolbiticum. canopicū. Nili aūt ortus adeo eſt incertus: vt ipſum aſtopon id eſt ortā ⁊ tenebris equā vocēt. Sane nilus varijs noibus fuit appellatus. nā primum a curſus velocitate ꝓfunditateq́ʒ aquarū aquila fuit vocatus. Deinde ab egypto rege egyptus. tum a nilo rege nilus. Alueo. ſyneresis eſt duarū vocaliū in vnā. Ethereo ſidere. igneo ſole. Modo cepta. tm̄modo inchoata. Quippe vbi tēperiem. ex humore et calore ſm̄ phiſicos ait oīa generari. Cūq́ʒ ſit ignis aque pugnax. q̄uis inq̄t ignis aque ſit cōtrarius: calor tn̄ cū humore ↄmixt⁹ oīa generat. Et diſcors cōcordia. acute dictū q̄uis fatue videatur. nā calor et humor ſeparati pugnāt ⁊ diſcordes ſūt. iuncti atq́ʒ mixti concordes ad agendū atq́ʒ generandū videntur. Fetibus. partubus. Lutulēta. lutoſa. Recāduit. calefacta fuit. Reddidit. repſentauit ac reſtituit. illa q̄dē nollet generaſſe ſubaudiendum. Sed te quoq́ʒ maxime python tum genuit. pythonē maximū ſerpētē ex terra ortuz eſſe ab apollineq́ʒ fuiſſe interfectū narratur. a quo et pythius apollo fuit cognoiatus. et pythia ludi ad ꝑpetuā rei memoriam fuere inſtituti: in quibus qui viciſſet eſculea corona anteq́ʒ laurus eſſet coronabať. Eſt aūt apoſtrophe ad ſerpentē. python quoq́ʒ eſt vt ſolinus ſcribit in aſia cāpus patētiſſinus: quo primo aduētus ſui ciconie aduolant. Porro pythopolys duarū eſt vrbium nomē quarū altera myſie altera carie eſt. Tm̄ ſpacij de monte tenebas. acclamatio eſt qua magnitudo ſerpentis declarať. Tenebas. occupabas. Deus arcitenens. Apollo qui cū arcu et pharetra pingebať. Capreiſq́ʒ fugacibus. capree capre ſunt ſilueſtres velociſſime. Exhauſta. euacuata. pharetra aūt ſagittarū eſt repoſitoriū. Per vulnera nigra. hypallage eſt. nigrū eni venenū p vulnera

effuſum intelligimus. Hic iuuenū q̄cunq;. q̄ſquis inq̄t pythia viciſſet aut pugnis. aut curſu. aut curru eſculea corona donabat̄. Rota ve vel curru. vt a p̄te totū intelligamus. Eſculee frondis honorē. coronā ex frōdibus eſculi cōfectā. nā eſculus arbor eſt glandifera dicta ꝙ priſci ex illius fructu eſcā ſumerent. Nondū laurus erat. Cōcinne mutationē ſequētē cū ſuperioribus cōnectit. aſſignans enī cauſā cur pythiorū victores eſculeā coronā acciperent: laurū qua poſtea qui viciſſent fuere coronati: nondū fuiſſe ait. ſicq; deſcribit quēadmodū Daphne penei fluuij filia ab apolline fuit amata. qua cū nec prece nec p̄cio potiri poſſet: ad vim ſe ſe cōuertit. ipſa vero fuga ſibi cōſulēs cū in eo eſſet vt caperet̄: patrē rogauit vt ſibi auxiliū ferret. ille vero p̄cibus filie motus eā ĩ arborē ſui noīs cōmutauit. daphne enī laurus interp̄tat̄. eſt etiā daphne vt ſtrabo ait. antiochie vicinū ꝛ amenitate inclytū nemus octaginta ſtadiorū ambitu: quo in loco antiochenſiū cōuentus agitabat̄. Appellatū eſt aūt a daphne Ladonis filia vt Arrian⁹ ſcribit. Dionyſius vero ſacra tempe locus eū vocauit. Decētia tp̄a pulchrū caput vt a p̄te totū p̄ ſynecdochē intelligamus. Lōgo crine. lōgis capillis. Peneia. penei fluuij filia. poſſeſſiua enī frequēter p̄ patronimicis ꝛ cōtra p̄ poſſeſſiuis patronimica ponūtur. Aphthonius vero daphnē Ladonis filiā fuiſſe ait. Sors ignara. fortuna imperita: q̄ nullū rerū hȝ delectuȝ. Sed ſeua cupidinis ira. ſȝ magna dei amoris indignatō. cupido nāq; maſculini generis deū ſiḡt amoris. feminini vero cupiditatē. Duos vero cupidines eſſe plato in ſympoſio ſcribit. alterū celeſtē ꝛ diuinū: alterū vulgarē atq; plebeiū. id q̄d Ouidius in faſtis ſecut⁹ eē videt̄: cū inq̄t Alma faue dixi geminorū mater amorū. Greci cupidinē erota vocāt. vn̄ heroes denoīatos eē plato ait in cratilo. Deus autē q̄ amori cōtrarius eſt amorēq; diſſoluit: anteros vocat. qui vt cicero in tertio de natura deorū ſcribit. ex venere natus eſt ꝛ marte. Delius hūc nup̄. quomodo in amorē daphnes apollo inciderit: poeta deſcribit ita p̄ſpicue vt nulla fere ſit opus expoſitione. Delius apollo. a delo īſula cognomīatus: in qua vna cū diana natus eſſe p̄hibet̄. Adducto neruo. geſtū exp̄mit ſagittariorū. Tot iugera. iugerū tm̄ terre dr̄ quātū par boū ī die vno arare p̄t. Strauimus. p̄ſtrauim⁹ interfecimus. ſterni enī ſtātia dn̄r cū in terraȝ deijciunt̄ Tumidū. inflatū. ſup̄bia elatū. Neſcio quos amores. cū quodā contēptu hec dicunt̄: ac ſi diceret leues molles atq; viris negligendos. Irritare. p̄uocare. ſtimulare. Tua face. tibi ꝯueniēte. fax aūt cupidini attribuit̄: q̄ iuuenū aī amore iflāmant̄. Nec aſſere. arroga. vendica. Filius huic veneris. Cupido. Figat tuus. ſȝ cōiūctio ſubintelligēda vt̄. licet inq̄t tuus arcus oīa aīalia figat: meū tn̄ tu effugere non poteris. Sicq; gl̄ia tua tanto minor eſt q̄ȝ noſtra: q̄to aīalia q̄ tu feris deo ſunt inferiora. Eliſo aere. impulſo. Percuſſis pēnis. alis. Nā alatus Cupido pingit̄. Arce. cacumine. vertice. Prōpſit. deprōpſit. excepit. Diuerſorū operū. ꝯtriorū effectuū. Fugat. fugere facit ꝛ depellit. Obtuſū. ſine cuſpide. Hoc obtuſo. ad propinquius enī hoc p̄nomen refert̄. illud ad longinquius. Traiecta p̄ oſſa

Daphne i laurum.

Fibula 9.

Inſtituit ſacros celebri certamine ludos:
Pythia perdomite ſerpētis nomine dictos.
Hic iuuenū quicūq; manu pedibusve rotave
Vicerat: eſculee capiebat frondis honorem.
Nondum laurus erat. longoq; decentia crine
Tempora cigebat de qualibet arbore pheb⁹.
Primus amor phebi daphne peneia: quē nō
Sors ignara dedit: ſed ſeua cupidinis ira.
Delius hunc nuper victo ſerpente ſuperbus
Viderat adducto flectentē cornua neruo.
Quidq; tibi laſciue puer cum fortibus armis
Dixerat. iſta decēt humeros geſtamina nr̄os:
Qui dare certa fere. dare vulnera poſſum⁹ ho
Qui mō peſtifero tot iugera vētre p̄mētē (ſti.
Strauim⁹ inumeris tumidū pythona ſagittis.
Tu face neſcio quos eſto contentus amores
Irritare tua: nec laudes aſſere noſtras.
Filius huic veneris. figat tuus omnia phebe:
Te meus arcus ait. quātoq; animalia cedūt
Cuncta deo: tāto minor eſt tua gloria noſtra.
Dixit. et eliſo percuſſis aere pennis
Impiger vmbroſa parnaſſi conſtitit arce.
Deq; ſagittifera prompſit duo tela pharetra
Diuerſorū opep̄. fugat hoc. facit illud amorē.
Quod facit auratū ē: et cuſpide fulget acuta.
Quod fugat obtuſū ē: ꝛ hȝ ſub arūdine plūbū.
Hoc deus in nimpha peneide fixit. at illo
Leſit apollineas traiecta per oſſa medullas.
Protin⁹ alt̄ amat. fugit altera nomē amātis:

tranſeunte. Exuuijs. pellibus. Exuuie dicūtur ſpolia non ſolum que hominibus detrahuntur: ſed etiam que alijs animalibus: exuuie autem ferarū pelles dicuntur. Captiuarum. captarum. Innupteqꝫ emula phebes. imitatrix Diane: que ꝑpetua gaudet virginitate. Uitta coercebat. quomodo Daphne dianę eſſet imitatrix exponit. nam neqꝫ ornatu capitis gaudebat: et viros omnes aſpernabatur. Uitta tegmen eſt capitis muliebre.. Sine lege. ſine ordine. Auerſata aſpernata. Luſtrat. peragrat. circumit. Nec quid hymen. Deus eſt nuptiarū qui ꝛ hymeneus dicit̄. pro nuptijs aūt ponit̄. Tedas iugales. nuptias: a parte enī totū intelligimus. nouis enī nuptijs faces accenſe preferebantur. teda autē arbor eſt ex qua optime conficiuntur faces. Uerecundo rubore. pudico et a verecundia proueniente. Blandis lacertis. pro ipſa blanda. Sic Uirgili. Sceleratā intorſerit haſtam. pro ipſe ſceleratus. eſt enim hypallage qua frequenter poete vtuntur. Dedit hoc pater ante Diane. Exemplo perſuadere nititur patri: vt ſe virginem viuere permittat. nam et iupiter conceſſit Diane filie: vt perpetua frueretur virginitate Pater. iupiter. Ille quidem obſequitur. Peneus pater morem gerit tibi inquit Ouidius. Eſt autem apoſtrophe ꝛ conuerſio ſermonis ad puellam. Decor iſte. pulchritudo iſta tua excellens. Tuo voto. tue cupiditati. Fallunt. decipiunt. id enī ſperabat qꝺ minime eſt aſſecutus. Utqꝫ leues ſtipule. Duplici ſimilitudine: et ſtipularum et ſepium ardentiū oſtēdit poeta ꝙ vehementi amore Daphnem proſequeretur apollo. Adolentur. ardent comburuntur. Demptis ariſtis. ablatis ſpicis. partem enim pro toto poſuit. ariſte nanqꝫ partes ſunt ſpice acutiſſime ſic dicte ꝙ primum areſcant. Ut facibus ſepes ardēt. ſepes ex arbuſtis conſtant: quibus ab ingreſſu agrorum viatores arcentur. Quas forte viator viator a via ſiue potius a vio qꝺ niſi in compoſitione in vſu non eſt: vt obuio deuio deriuatur: atqꝫ is ꝓprie dicitur qui iter aliquod ſuſcipit ꝑagendum. tametſi apud romanos ij viatores dicebantur: qui magiſtratus ex agris in vrbem euocabant: vt Plinius ſcribit Uel nimis admouit. vel nimis prope ſepes poſuit. Sub lucem. circa lucē diei aduenientē. ſolent enim viatores noctu faces ſecum ferre: quas aduenīente luce iuxta ſepes relinquunt. In flammas abijt. Accenſus et inflammatus eſt amore Daphnes. Sterilem amorem. vanum ex quo nullam voluptatem eſt habiturus. Ecquid ſi comantur ait. ecquid dictio eſt interrogantis ꝛ per c. ſcribitur. Comantur. ornentur ac ſi diceret. ſi ornarentur capilli multo decentiores eſſent. Micantes. fulgētes. Uidet oſcula. parua ora. non baſia. Eſt enim ab ore diminutiuum. os autem paruum maxime virginem commendat. Que non eſt vidiſſe ſatis. illa enim etiam oſculari cupiebat. Laudat digitoſqꝫ. morem exprimit elegantum amatorum: qui omnia amicarum ſuarum membra laudare ſolent. Et nudos lacertos. mulierū

Siluarum latebris captiuarumqȝ ferarum
Exuuiis gaudens: innupteqꝫ emula phebes
Uitta coercebat poſitos ſine lege capillos:
Multi illam petiere. illa auerſata petentes:
Inpatiens experſqꝫ viri nemora auia luſtrat.
Nec q̄d hymē. q̄d amor. q̄d ſint ꝯnubia curat.
Sepe pater dixit. generum mihi filia debes.
Sepe pater dixit. debes mihi nata nepotes.
Illa velut crimen tedas exoſa iugales
Pulchra verecundo ſuffundens ora rubore:
Inqꝫ patris blandis herens ceruice lacertis:
Da mihi perpetua genitor cariſſime dixit
Uirginitate frui. dedit hoc pater ante diane.
Ille q̄dem obſeq̄tur. ſȝ te decor iſte qꝺ optas
Eſſe vetat: votoqꝫ tuo tua forma repugnat.
Phebꝰ amat: viſeqꝫ cupit cōnubia daphnes:
Quodqꝫ cupit ſperat: ſuaqꝫ illū oracula fallūt
Utqꝫ leues ſtipule demptis adolētur ariſtis.
Ut facibus ſepes ardent: quas forte viator
Uel nimis admouit: vel iam ſub luce reliquit:
Sic deus in flāmas abiit. ſic pectore toto
Uritur: et ſterilem ſperando nutrit amorem.
Spectat inornatos collo pendere capillos.
Ecquid ſi comant̄ ait: videt igne micantes
Sideribus ſimiles oculos. videt oſcula: q̄ nō
Eſt vidiſſe ſatis. laudat digitoſqȝ manuſqȝ
Brachiaqȝ: et nudos media plꝰ ꝑte lacertos.

romanarum babitum deſcribit qui nunc quoqꝫ multis eſt in vſu. Si qua latent meliora putat. non de pudendis: vt inq̄t Fabius: eſt intelligendum: ſed de iis omnibus corporis partibus que veſte occultantur. Neqꝫ reſiſtit. neqꝫ conſiſtit: neqꝫ remoratur curſum. Reuocantis. Apollinis. Nympha precor. hac oratione apollo conatur daphne perſuadere ne ſe fugiat: ſed in ſuos deueniat amplexus. Nympha mane. Elegās repetitio amatorie orationi maxime ꝯueniens. Sic agna lupum. his ſimilitudinibus oſtēdit apollo ſe vt hoſtem a daphne vitari: cum ipſam amore captus ſequatur. eſt autē hypozeugma. fugit enim verbum eſt ſubaudiendū. lupum vero vt hoſtem oues natura: et cerui leones: ac deniqꝫ omnia animalia bruta ſuos quoqꝫ fugiunt hoſtes. Penna trepidante. cū quodam timore properantibus alis. aquila vero ab aq̄lo hoc ē fuſco ⁊ ſub nigro colore eſt dicta: q̄uis quidaꝫ ab acute videndo illam denominatam velint vt ſcribit pompeius. Me miſerum ne prona cadas. ex arte ſe ſollicitum eē ſignificat de ſalute puelle: qua potiri cupiebat. Notent ſentes. pungant ac lacerent ſpine: ſentes enim numero plurali ſpine dicuntur. Moderātius curre. modeſtius. lentius. Fugamqꝫ inhibe. contine fugam: noli fugere. Horridus obſeruo. incultus cuſtodio. Armenta gregeſqꝫ. Armentū id genus pecoris appellat̄: vt ait Sex. pompeius. quod ē idoneum ad opus armorum. grex vero fit ex capris. porcis ouibuſue et ſimilibus etiam ex bobus: vt grex ſit generalius nomen. armentum ſpecialius. Cicero in philippicis. cecidit greges armentorū. Mihi delphica tellus. artificioſe ⁊ potentiaꝫ et genus et preclara inuenta cōmemorat apollo. vt ad ſe amandū daphnem alliciat. Horum nanqꝫ ſingulis mulieribus animi maxime capiuntur Delphica tellus. delphi vrbs eſt phocidis ad parnaſſum vbi templum apollinis et opibus et certis oraculis clariſſimū fuit. vnde oracula delphica ſunt dicta. delphi auteꝫ fuere cognoīati: q apollo delphini ſimilis illuc nauigauit. delphis autem eſt aditum ex quinqꝫ lapidibus extructuꝫ opus Agamenis ⁊ trophonii. Et claros. vrbs eſt lycie apollini dicata. vnde clarius cognominatur Et tenedos. tenedos inſula eſt ad heleſpontum vna ex ſporadibus: que prius Leucophris fuit appellata. a tene autē tenedos eſt dicta quaſi tennuedos. hoc eſt tenne ſolum. Unde tenedius deriuatur. eſt etiam tenedos vrbs lycie vel vt alii aſſerunt Pamphilie: quam ſub tutela ſua eſſe apollo ait. Patarea regia. patara vrbs eſt lycie a pataro apollinis ⁊ lycie filio appellata: in qua apollo maxime colebatur. vnde et patareus fuit cognoīatus Alexander aūt ſcribit: vt ſtephanus refert. feliciam puellam ex ophionide ſacra apollini afferentē in pataris in via depoſito vaſe quieuiſſe. Illa vero erant pemmata. lyre arcus et ſagitte quibus infantes ludunt. vento autem flante pataram hoc eſt ciſtam in mare fuiſſe delatam. puellam autem flentem domum rediiſſe. pataram vero ad lyciorum cheroneſum aduectā fuiſſe. quendā autem ex profugis a felicia in pataram incidiſſe: et que in illa erant pēmata ꝯbuſſiſſe. ac cheroneſum apollini conſecraſſe totāqꝫ illam regionem a patara vaſe patara denominaſſe. patara autem grece interpretatur ciſta. vnde patareus et patareius declinantur.

Si qua latent meliora putat. fuit ocior aura
Illa leui. neqꝫ ad hec reuocātis verba reſiſtit.
Nympha p̄cor peneia mane. ñ ĩſequor hoſtis
Nympha mane. ſic agna lupū: ſic cerua leonē.
Sic aquilā penna fugiunt trepidante colūbe:
Hoſtes q̄qꝫ ſuos. amor ē mihi cauſa ſequēdi.
Me miſerum ne prona cadas: indigna ve ledi
Crura notant ſentes: ⁊ ſim tibi cauſa doloris.
Aſpera q̄ ꝓperas: loca ſunt. moderātius oro
Curre: fugāqꝫ inhibe. moderātius inſeq̄r ipſe.
Cui placeas inquire tñ. non incola montis.
Non ego ſum paſtor. non hic armēta gregeſqꝫ
Horridus obſeruo. neſcis temeraria. neſcis
Quē fugias: ideoqꝫ fugis. mihi delphica tellꝰ:
Et claros et tenedos patareaqꝫ regia ſeruit.
Iupiter eſt genitor. ꝑ me quod eritqꝫ fuitqꝫ
Eſtqꝫ patet. ꝑ me concordāt carmina neruis.
Certa quidem noſtra eſt. noſtra tñ vna ſagitta
Certior: in vacuoqꝫ vulnera pectore fecit.
Inuentū medicina meū eſt: opifexqꝫ ꝑ orbem
Dicor: ⁊ herbarum ſubiecta potentia nobis.

Jupiter eſt genitor. Apollo nanqꝫ iouis ex latona filius fuiſſe ꝓhibetur. Per me qđ eritqꝫ. apollo ſe deum eſſe vaticinationis ſignificat. Per me cõcordant carmina neruis. hoc eſt muſices ⁊ harmonie ego ſuȝ inuentor. Carmina. cantilene. Neruis. chordis. Certa quidem noſtra eſt. ſe peritum quidem eſſe ſagittarium ꝓfitetur. ſed cupidinem a quo eſt ꝑcuſſus peritiorem eſſe ait. In vacuo pectore. libero amoris affectu. Opiferqꝫ. opem faciens ⁊ ferens auxiliũ. Interdum opifex opus faciens. Hei mihi. dolet apollo ꝙ null am inueniat medicinam: que amorem leuet. Hei aũt dolentis eſt interiectio que cũ datiuo copulatur. Timido curſu. hypallage eſt ipa eñ timida intelligitur. Tunc quoqꝫ viſa decẽs. quum inquit curreret daphne viſa eſt decora ⁊ pulchra. Corpora. corporis membra ⁊ carnes. Corpus eñ viuentiũ. caro dicat mortuoꝝ. Vibrabãt. vẽtilabant agitabant. Retro dabat. retro vertebat. Juuenis deus. cauſa ẽ cur non ſuſtinuerit vltra blandiri. Idcirco eñ diutius ſuſtinere non poterat quia iuuenis erat. Perdere blanditias. proijcere blanda verba. Admiſſo paſſu. velocibus paſſibus. Ut canis in vacuo. pulchra ſimilitudine declarat ⁊ daphnes fugientis ⁊ apollinis inſequentis velocitatem. Canis gallicus. qui nũc leporarius vulgo appellatur. In vacuo aruo. in aruo demeſſo. Pedibus. pedũ velocitate. Stringit veſtigia. radit pedes leporis. Sic Uirgilius. Stringentem ripas ⁊ amena loca ſecanteȝ. Extenſo roſtro. porrecto ore. Fugacis. fugientis puelle. Crinem ſparſum ceruicibus. capillos per collum ſparſos. Afflat. flatu et ſpiritu attingit. Cite fuge. velocis curſus. Si flumina numen habetis. diuinitatem ac ſuccurrendi facultateȝ Qua nimium placui. Tellus hiſce. Tellurem rogat: vt ſe vel abſorbeat: vel in aliam tranſmutet figurã. Qua In qua. Hiſce. aperire. vt me accipias. alias hiſcere ſignificat loq̇. Perde. deſtrue. Torpor grauis. magnus ſtupor. Mollia precordia. partes cordi preiacentes precordia dicũtur. Tenui libro. tenui cortice et ſubtili. Modo. pauloante. Pigris radicibus. lẽtis immobilibꝰ. ſignificat auteȝ pedes in radices fuiſſe conuerſos. Ora cacumen habent. hoc eſt os ⁊ facies daphnes in cacumen ⁊ ſummitatem lauri fuere conuerſa. Nitor vnus. ſolus ſplendor. ſola pulchritudo. Hanc q̊qꝫ phebus amat. arborem ſubaudiamus. Nam laurus apollini dicata eſſe ꝓhibet. Phebꝰ aũt epitheton eſt apollinis puruqꝫ ſcat. Sol. n. ab omni fece ẽ alienꝰ. In ſtipite. ĩ trũco. Trepidare. palpitare. Cui deꝰ: ordo eſt. Cui deus dixit. ſemꝑ habebunt. Te coma. eleganter ea enume-

Hei mihi: ꝙ nullis amor ẽ medicabil' herbis.
Nec ꝓſunt domino: q̃ ꝓſunt omnibus artes:
Plura locuturum timido peneia curſu
Fugit: cumqꝫ ipſo verba imperfecta reliquit.
Tũc quoqꝫ viſa decẽs: nudabant corꝑa venti:
Obuiaqꝫ aduerſas vibrabãt flamina veſtes:
Et leuis impulſos retro dabat aura capillos.
Aucta fuga forma eſt. ſed enĩ nõ ſuſtinet vltra
Perdere blãditias iuuenis deꝰ. vtqꝫ monebat
Ipſe amor: admiſſo ſequitur veſtigia paſſu.
Ut canis in vacuo leporem cũ gallicus aruo
Uidit: ⁊ hic ꝓdam pedibus petit. ille ſalutem.
Alter inheſuro ſimilis iamiamqꝫ tenere
Sperat: ⁊ extenſo ſtringit veſtigia roſtro.
Alter in ambiguo eſt: an ſit cõprẽſus: ⁊ ipſis
Morſibus eripitur: tangẽtiaqꝫ ora relinquit:
Sic deus: ⁊ virgo eſt. hic ſpe celer. illa timore.
Qui tamen inſequitur pennis adiutꝰ amoris
Ocior eſt: requiemqꝫ negat: tergoqꝫ fugacis
Imminet: ⁊ crinem ſparſum ceruicibꝰ afflat.
Uiribus abſumptis expaluit illa: citeqꝫ
Uicta labore fuge: ſpectans peneidas vndas
Fer pater inquit opẽ: ſi flumĩa numẽ habetis.
Qua nimium placui: tellus ait hiſce: vel iſtam
Que facit vt ledar: mutando perde figuram.
Uix prece finita torpor grauis occupat artꝰ.
Mollia cinguntur tenui precordia libro.
In frondes crines: in ramos brachia creſcũt.
Pes modo taȝ velox pigris radicibus heret.
Ora cacumẽ hñt. remanet nitor vnꝰ ĩ illa (tra
Hãc quoqꝫ phebꝰ amat: poſitaqꝫ ĩ ſtipite dex/
Sẽtit adhuc trepidare nouo ſub cortice pectꝰ

Complexuſq; ſuis ramos vt mēbra lacertis:
Oſcula dat ligno. refugit tamen oſcula lignū:
Cui deus. at qm̄ coniunx mea nō potes eſſe:
Arbor eris certe dixit mea. ſemper habebunt
Te coma. te cythare. te noſtre laure pharetre.
Tu ducibus letis aderis: cum leta triūphum
Vox canet: et longas viſent capitolia pōpas.
Poſtibus auguſtis eadem fidiſſima cuſtos
Ante fores ſtabis: mediamq; tuebere quercū.
Utq; meū intonſis caput eſt iuuenile capillis:
Tu quoq; ꝑpetuos ſp gere frōdis honores.
Finierat pean. factis modo laurea ramis
Annuit: vtq; caput viſa eſt agitaſſe cacumen.
Eſt nemus emonie ꝑrupta qđ vndiq; claudit
Silua. vocant tempe: per que peneus ab imo
Effuſus pindo ſpumoſis voluitur vndis:
Deiectuq; graui tenues agitantia fumos
Nubila conducit: ſummiſq; aſpergine ſiluis

rat que lauro ornantur. Nam et come ꝛ cythare ꝛ pharetre lauro cingebantur. Tu ducibus letis. imperatores triumphantes lauream geſtabant coronam. Leta vox. militum qui canentes Jo triumphe imperatorem ſequebantur triumphantem. Longas pompas. Captiuoꝝ ac rerū omniū ꝑcioſarum in bello captarum. ſimulachroꝝ ꝑterea vrbium expugnatarū. Hec em̄ omnia in triumpho geſtabantur. Viſent. videbunt. Capitolia. ſcite. Nam triumphantes in capitoliū vſq; aſcendebant capitolio Joui ſacrificaturi. Nam laurus: vt ſcribit Plinius triūphis ꝓprie dicatur: vel gratiſſima domibus. Janitrix ceſarum pontificūq; que ſola et domos exornat ꝛ ante limina excubat. Eadem pacifera ē: vt quā ꝑtendi etiam inter armatos hoſtes q̄etis ſit indicium. Romanis ꝑcipue leticie victoriarumq; nuncia. Additur litteris ꝛ milium lanceis. piliſq;: Faſces imperatoꝝ decorat: ex ijs in gremio iouis optimi maximi deponitur: quotiens leticiam victoria nouam attulit. q̄ non: quia ꝑpetuo viret: nec q꞉ pacifera eſt ꝑ̄ferenda vtiq; myrto: ꝛ olee eſt. Sꝫ quia ſpectatiſſima in monte parnaſſo ideoq; etiam grata Apollini aſſuetis eo dona mittere iaꝫ ꝛ regibus teſte. L. Bruto. Fortaſſis etiam in argumētū quoniam ibi libertatem publicam is meruiſſet lauriferaꝫ tellurem illā oſculatus ex reſponſo. Et q꞉ manu ſatarū receptarumq; in domos fulmine ſola non icitur. Ob has cauſas equidē crediderim honorē eis habitū i triūphis potius q̄ꝫ q꞉ ſuffimentū ſit cedis ꝛ purgatio: vt tradit Maſſurius. Unius āt arboꝝ latina lingua nomē imponitur viris. Mediāq; tuebere quercū. in medio aere palatine cōſtitutam. Quercus eſt arbor glandifera dicta ꝙ id genus arboris graue ſit ac durum tum etiam in ingentem euadat amplitudinem vt tradit Sex. Pompeius. Querqueraꝫ em̄ grauē ꝛ magnā quidam dici putant. Querquera item frigida interꝑ̄tatur ꝛ cum tremore febris. Perpetuos honores frōdis. periphraſis eſt folioꝝ. Laurus em̄ nunq̄ꝫ folia abijcit. Finierat. pean. apollo pean dicit̃ apo tu pein hoc eſt a feriendo. Nam indignatus ſagittis ferit. Juuenalis. Parce ꝑcor pean ꝛ tu depone ſagittas. Nil pueri faciunt. ipaꝫ configite matrem Amphion clamat. Pean quoq; hymnus dicitur in apollinem compoſitus. Virgilius. Letum peana canentes. Laurea. Laurus. laurea quoq; dicitur corona ex lauro confecta. Cacumen. ſummitatem. Caput enim viſa eſt cōmouere quod erat cacumen. Eſt nemus emonie. Tempe ameniſſimā emonie vallē deſcribit poeta q̄ cōmodiꝰ Jus inachi amnis filie metamorphoſin i vaccam cū ſuꝑiore ꝯnectat. Nā iux̄ tēpe eſt ſpelūca penei fluuij daphnes patris: ad quē ꝯſolandū omēs vicini amnes ꝯuenerunt: ꝑter inachū: qui amiſſam filiā lugebat. Jo nanq; inachi amnis filia ab ioue ꝓmū ꝯpreſſa: Deinde iunone ſuꝑueniente in iuuēcam fuit cōuerſa. Verū Juno id qđ erat ſuſpicata: Jouē rogauit vt ſibi tam pulchram donaret iuuēcam. Ei vero tandē dono accepte argū centū oculis ꝑditū cuſtodē appoſuit. Sꝫ iupiter amice miſericordia motus mercurio mādauit: vt argū interficeret quē iuno cū vidiſſet occiſum in pauonē ꝯuertit: cētūq; ipius oculos caude appoſuit. Eſt nemꝰ emonie. topographia ē. Tēpe nāq; deſcribit vallē theſſalie ameniſſimā. Emonie. theſſalie. Emonia. n. theſſalia đꝛ ab emone chlori pelaſgi filio: theſſali aūt p̄re. Vocāt tēpe. tempe: vt dixi: nemꝰ ē theſſalie q̄nq; milibꝰ paſſuū in lōgitudinē tendens adeo amenū vt ameniſſima queq; loca tēpe vocent̃: vt Seruiꝰ ſcribit. Prerupta ſilua. alta. Per q̄ peneus. ꝑ media tēpe labit̃ Peneꝰ fluuiꝰ q̄ claritate cūctos theſſalie fluuios añcedēs: iuxta gōphos naſcit̃ i radicibꝰ pindi mōtis īterq; oſſā ꝛ olympū nemoroſa ꝯualle defluit. q̄ngētis ſtadijs dimidio eiꝰ ſpacio nauigabilis. Jn eo curſu vocant̃ tēpe: vt Pliniꝰ tradit. q̄nq; miliū lōgitudine ꝛ ferme ſex latitudine vltra viſuꝫ hominis attollētibꝰ ſe dextra leuaq; leuit̃ ꝯuexis iugis. intꝰ ſua luce viridāte. Allabit̃ peneꝰ calculo amenus viridi circa ripas gramīe. canorus auiū cōcētu. Deiectuq; graui. vehemēti curſu. Sūmiſq; aſꝑgie ſiluis

Influit.hoc eſt influere videtur p altas ſiluas aſpergine humidarū nebularū que ex illius vndis excitātur Et ſonitu pluſq̄ vicina fatigat.Nō ſolū inquit vicini ſed longe q̄z diſtantes ſtrepitū illius ſentiūt. Hec ſūt penetralia.loca domus ſecretiora in quib⁹ dijs penatib⁹ ſacrificebat:penetralia dicebāt. Antro.ſpelunca De cautib⁹.de lapidib⁹.Cautes aūt ⁊ cotes dicūtur. Dabat.reddebat.Jus.n.ppꝛie reddi dicit. Gratētur.gratulētur Peneo q daphne filia in laurū fuit ꝯuerſa.an cōſolent q filiā amiſit. Popularia flumīa vicina ac ex eodez pplo.Alibi popularis gratus pplo dicitur. Populifer ſperchius.populos arbores ferens.Sperchius aūt fluuius eſt theſſalie qui ex pelio monte ortus i malia cū labitur ſinū. Eniphe⁹ fluuius eſt theſſalie ex othry monte in apidanum defluens.Eridanuſq̄ ſenex. Sic quidem legit:ſed corrupte vt mihi q̄dē videtur.Cū em̄ ppoſuerit fluuios pplares theſſalicoſq̄ cōueniſſe ad peneum cuius filia daphne in laurū fuerat cōuerſa:nō video qua rōne eridanū gallie ciſalpine fluuiū:qui alio noīe dicit padus:admiſceat.Quare apidan⁹ legatur ne ineptus eſſe Ouidius videat Eſt em̄ apidanus theſſalie fluui⁹ quē idcirco poeta ſenē appellat: q̄d tarde ad modū fluit:donec enipheū admittat. Leniſq̄ amphriſus. hic q̄z fluuius eſt theſſalie leniter fluens:iux quē Admeti regis armenta pauit apollo. vñ Lucanus libro ſexto.Et flumīe puro irrigat Amphriſus famulantis paſcua phebi.Et eas.fluui⁹ ē epiri iuxta muros dirachij labēs. Inachus vn⁹ abeſt.Inachus fluui⁹ ē achaie ab inacho rege dictus.eius filiā Io cum deꝑhendiſſet iupiter ſpatiantem:cōpreſſit:ac ne id a iunone agnoſceret:ipſam mutauit in iuuencam: Merens itaq̄ inachus ꝓpter amiſſam filiā ſe domi cōtinebat. Natāq̄ miſerrim⁹ Io luget vt amiſſam.Io accuſatiuus ē grecus.Nam io ius grece declinat. vt calypſo calypſus.Quis ionis ⁊ calypſonis quidā latine malint declinare. An ſit apud manes.an ſit mortua. Illi enim apud manes eſſe dicuntur qui obiere. Manes autem anime ſunt mortuorum quibus honoris gratia deorum vocabulum additum eſt Dij nanq̄ manes dicuntur:vt ſcribit Apulleius de demonio ſocratis.Martianus vero capella in nuptijs philologie tradit manes tam bonos eſſe q̄ truces:in quos cum poteſtatem habeat pluto:merito ſummanus vocatur quaſi manium ſummus.Manes autem dicti ſunt vel a mano quod bonum apud priſcos ſignificabat.Unde immanis malus crudeliſq̄ dicitur:vel a manando vt ait Pompeius:q eos per omnia manare putabant. Sed quam non inuenit vſq̄.hoc eſt quam nullo in loco inuenire poteſt:eam in rerum natura non eſſe putat.Uſq̄ autem et nuſq̄ aduerbia tam in loco q̄ ad locum ſignificent. Uſq̄ autem in aliquo loco ita ſignificat:vt fere ſemper cum negatione ponatur in oratione. Atq̄ animo peiora veretur. Mortuam enim eam eſſe putabat. Uiderat a patrio.Hic incipit deſcribere quēadmodum iupiter in ious amorem incidit. A patrio flumine.ab inacho achaie fluuio. Tuo toro.tuo lecto:ac tuis nuptijs. Torus autem et pro lecto et pro ſede ponitur a toris herbis dictus. Unde citra aſpirationem ſcribi debet:quāuis fere in exemplaribus cum aſpiratione ſcriptum legatur.Torus etiam eminentiorem ſignificat pulpam. Unde Toroſa iuuentus a Perſio vocatur.Uirgilius tertio georgicon.Luxuriatq̄ toris animoſum pect⁹ Ambas vmbras.et dextras et ſiniſtras.Hoc autem ex poete perſona dicitur.Exponit enim poeta quas vmbras dixerit iupiter inachi filie petendas. Dum calet.donec calor eſt.Hortatur autem puellam Jupiter:vt meridiei eſtum fugiat. Latebras ferarum:ſiluas in quibus occultātur fere.Sz qui celeſtia magna.

Io in iuuencam

Influit:⁊ ſonitu pluſq̄ vicina fatigat.
Hec dom⁹.hec ſedes.hec ſūt penetralia ma/
Amnis.i his reſidēs fctō de cautib⁹ ātro (gni
Undis iura dabat:nymphiſq̄ colētib⁹ vndas
Conueniunt illuc popularia flumina primum
Neſcia gratentur:conſolenturue parentem.
Populifer ſperchius:⁊ irrequietus emphe⁹:
Apidanuſq̄ ſenex:leniſq̄ amphryſus:⁊ eas
Moxq̄ amnes alii:qui q̄ tulit impetus illos:
In mare deducunt feſſas erroribus vndas.
Inachus vnus abeſt:imoq̄ reconditus antro
Fletibus auget aquas:natāq̄ miſerrimus Io
Luget vt amiſſam.neſcit vita ne fruatur:
An ſit apud manes.ſed quā nō inuenit vſq̄:
Eſſe putat nuſq̄:atq̄ animo peiora veretur.
Uiderat a patrio redeuntem iupiter illam
Flumine:⁊ o virgo ioue digna:tuoq̄ beatum
Neſcio quē factura toro:pete dixerat vmbras
Aut hoꝝ aut hoꝝ nemoꝝ:⁊ mōſtrauerat ābaſ.
Dum calet:⁊ medio ſol eſt altiſſimus orbe.
Quod ſi ſola times latebras intrare ferarum:
Preſide tuta deo nemoꝝ ſecreta ſubibis:
Nec de plebe deo:ſed qui celeſtia magna

Sceptra manu teneo:ſꝫ q̇ vaga fulmĩa mitto
Ne fuge me(fugiebat em̃)iam paſcua lerne
Conſitaqꝫ arboribꝰ lycea reliquerat arua:
Cum deus inducta latas caligine terras
Occuluit:tenuitqꝫ fugã:rapuitqꝫ pudorem.
Interea medios iuno deſpexit in agros.
Et noctis faciẽ nebulas feciſſe volucres
Sub nitido mirata die:non fluminis illas
Eſſe:nec humenti ſenſit tellure remitti.
Atqꝫ ſuus cõiunx vbi ſit circũſpicit:vt que
Deprenſi totiẽs bene noſſet furta mariti.
Quẽ poſtꝗ̃ celo nõ repperit:aut ego fallor:
Aut ego ledor ait.delapſaqꝫ ab ethere ſũmo
Conſtitit in terris:nebulaſqꝫ recedere iuſſit.
Coniugis aduentũ ꝑ̃ſenſerat:inqꝫ nitentem
Inachidos vultus mutauerat ille iuuencã.
Bos quoqꝫ formoſa ẽ.ſpẽm ſaturnia vacce
Quanꝗ̃ inuita ꝓbat:necnõ ⁊ cuius.⁊ vnde
Quo ve ſit armẽto:veri q̃ſi neſcia querit.
Iupiter e terra genitã mentitur:vt auctor
Deſinat inquiri.petit hanc ſaturnia munus.
Quid faciat:crudele ſuos abdicere amores:
Nõ dare ſuſpectũ.pudor ẽ qui ſuadeat illud.
Hinc diſſuadꝫ amor.victus pudor eẽt amore
Sed leue ſi munus ſocie generiſqꝫ toriqꝫ
Vacca negaretur:poterat non vacca videri.
Pellice donata non ꝓtinus exuit omnem
Diua metũ:timuitqꝫ iouem:⁊ fuit anxia furti
Donec ariſtoride ſeruandã tradidit argo.
Cẽtũ lumĩbus cinctũ caput argus hẽbat.
Inde ſuis vicibus capiebãt bina quietem.
Cetera ſeruabant:atqꝫ in ſtatiõe manebant.
Conſtiterat quocunqꝫ loco:ſpectabat ad Io.
Ante oculos Io ꝗ̃uis auerſus habebat.
Luce ſinit paſci.cum ſol tellure ſub alta eſt:
Claudit:⁊ indigno circundat vincula collo.

Sed qui celi imperiũ habeo.ſignificat autẽ ſe eſſe Iouem maximũ deoꝝ:quo facilius illi ꝑſuadeat: vt ſibi morem gerere velit. Vaga fulmina.hoc eſt nõ in rectũ ſed in obliquũ euntia.Fulmia em̃ in obliquũ ferũtur. Iam paſcua lerne.lerna palus eſt argiuoꝝ:in qua habitauit hydra ſerpens ab hercule interfecta. Lycea arua.arcadica.Lyceꝰ nanqꝫ mons eſt arcadie pani paſtoꝝ deo dicatus. Occuluit.occultauit.Tenuit fugam.cohibuit fugam.illamqꝫ fugientez retinuit. Rapuitqꝫ pudorẽ.hoc eſt illaz ſtuprauit erubeſcẽdiqꝫ cauſam eripuit.In tenebris nanqꝫ minus vnumquẽqꝫ pudet veneri indulgere. Deſpexit.deorſum aſpexit.Alibi deſpicere cõtemnere ẽ. Nebulas volucres.q̃ vt aues volare videntur. Sub nitido die.ſereno. Nõ fluminis illas eſſe.Phiſici aiũt nebulas aut a fluuijs aut a vaporibꝰ terre generari. Vt q̃.vtpote q̃. Furta.ſtupra.

Bos q̃ꝫ formoſa eſt.Io inq̇t vt virgo erat formoſa:ſic ĩ iuuẽcaz q̃ꝫ verſa pulchra videbat. Spẽm.pulchritudinẽ. Probat.laudat. Cuiꝰ.ſit verbum ſubaudiatur. Et vnde.venerit. Quo ve ſit armento.Armentũ id genus pecoris dicitur. vt tradit ſextꝰ põpeius qḋ eſt idoneũ ad opus armorũ. Quanꝗ̃ varro ab arando deriuare videatur quaſi aramẽtũ tertia littera detracta. Vt auctor deſinat inq̇ri.Vt dñs vacce a iunone non inueſtigetur. Abdicere.abdicare.alienare ⁊ ab ſe amouere. Nõ dare ſuſpectũ.non tradere inquit petitã vaccam Iunoni: ſuſpecta res eſſꝫ:cogeretqꝫ iunonem aliquid mali ſuſpicari. Qui ſuadeat illḋ dare. Hinc.ab illa iunoni tradenda. Socie generiſqꝫ toriqꝫ.naz iuno ⁊ ſororem eſſe ⁊ vxor iouis fingit qḋ pro aere ponit qui leuitate etheri q̇ idẽ eſt cum Ioue ſimilis eſſe ſubijciqꝫ videtur.nam ether aere ſuꝑior eſt. Pellice.cõcubina.nã pellex dicitur q̃ cum eo viro cui vxor eſt ſe miſcet. Greci illam pallaca vocãt.Et fuit anxia furti.hoc eſt fuit ſollicita ne ſibi furto auferret. Ariſtoride argo.argꝰ ariſtoris filiꝰ centũ habuiſſe oculos fingit quoꝝ ſemꝑ octo ⁊ nonaginta vigilabãt.bini vero ſolum dormiebãt. Capiebãt quietẽ.dormiebant. Seruabant.cuſtodiebant.atqꝫ in ſtatione manebant.hoc eſt vigilabant.Trãſlatio ẽ a militibꝰ ſumpta qui in ſtatione nunc manere dicuntur cum diligenter excubias agunt. Spectabat ad Io.accuſatiuus eſt grecus. Non enim permittit ſibi declinare Io Ionis.vt Dido didonis. Quãuis auerſus.quanuis in aliam partem vultum auerſum haberet. Luce ſinit paſci.Tempore inquit diei eam paſcere permittit Argus. Nocte vero ad preſepe eaz ligans in ſtabulis claudit. Indigno collo.Ceruici vincula non merenti propter molliciem atqꝫ pulchritudinem.

Amara herba. ipi filie Inachi amara: non vaccis quibus eſt ſuauis. Incubat terre. cubat in terra et ia cet Gramen. herbam ⁊ ſtramen. Limoſa. lutoſa ac ceno infecta. Tendere. porrigere. Brachia. manus iunctas vt illũ ad miſericordiam cõmoueret. Et conata queri. cõqueri lamentari. Mugitꝰ edidit ore. mu gire verbũ eſt facticium a ſono vocis boum deductũ. Edidit. emiſit. Inachidas ripas. inachias patrony micum ꝓ poſſeſſiuo poſitũ. Noua cornua. ſibi nouiter nata. Fugit. fugere conata eſt. neqꝫ em̃ ſeipſam fu gere poterat. Naiades ignorãt. nõ agnoſcũt ſororẽ. Admirãtibus. patri ⁊ nymphis. Lãbit. lingit. Oret

Frondibus arboreiſ ⁊ amara paſcitur herba.
Proqꝫ toto terre non ſemꝑ gramen habenti
Incubat infelix: limoſaqꝫ flumina potat.
Illa etiã ſupplex argo cum brachia vellet
Tẽdere: nõ habuit q̃ brachia tẽderet argo.
Et conata queri mugitus edidit ore.
Pertimuitqꝫ ſonos: ꝓpriaqꝫ exterrita voce ẽ.
Uenit ⁊ ad patrias: vbi ludere ſepe ſolebat:
Inachidas ripas: nouaqꝫ vt cõſpexit ĩ vndã
Cornua: ꝑtimuit: ſeſeqꝫ exterrita fugit.
Naiades ignorãt. ignorat ⁊ inachus ipſe
Que ſit. at illa patrẽ ſeq̃tur: ſeq̃turqꝫ ſorores:
Et patitur tangi: ſeqꝫ admirantibus offert.
Decerptas ſenior porrexerat inachꝰ herbas.
Illa manus lãbit: patriiſqꝫ dat oſcula palmis
Nec retinet lachrymas: ⁊ ſi mõ verba ſuꝑſint:
Oret opem: nomenqꝫ ſuũ caſuſqꝫ loquatur.
Littera ꝓ verbis: quã pes ĩ puluere duxit:
Corporis indicium mutati triſte peregit.
Me miſeꝝ exclamat pater inachꝰ: inqꝫ gemẽ
Cornibus ⁊ niuee pẽdens ceruice iuuẽce (tis
Me miſeꝝ ingemiat. tu ne es q̃ſita ꝑ omnes
Nata mihi terras: tu nõ inuẽta: reperta es:
Luctus erat leuior: retices: nec mutua nr̃is
Dicta refers. alto tm̃ ſuſpiria ducis (mugis
Pectore: quodqꝫ vnũ potes: ad mea verba re
At tibi ego ignarꝰ thalamos tedaſqꝫ parabã.
Speſqꝫ fuit generi mihi pria. ſecũda nepotũ.
De grege nũc tibi vir: ⁊ de grege natꝰ hñdus.
Nec finire licet tantos mihi morte dolores.
Sed nocet eſſe deum: p̃cluſaqꝫ ianua leti
Eternum noſtros luctus extendit in euum.
Talia dicenti ſtellatus ſummouet argus:
Ereptaqꝫ patri diuerſa in paſcua natam
Abſtrahit ipſe ꝓcul mõtis ſublime cacumen
Occupat: vñ ſedens ꝑtes ſpeculatur in oẽs.

orare vellet. Caſus. infortunia. Lit tera ꝓ verbis. loco verboꝝ inquit lit tera quã pedibus in puluere vacca ef fecit: indicauit patri filiam. Bouis ei pes i et o litteras exꝓmere videtur: q̃s cũ vidiſſet inachus: eam eſſe filiam co gnouit. Duxit. effecit. Duci aũt pro prie dicunt littere cum fiunt. Uñ etiã litteraꝝ ductus a fabio appellant̃. In dicium triſte. ſignificatiõem meſtã ab effectu: qđ merore affecit patrem. gra uius nanqꝫ pater dolebat filiã in iuuẽ cam fuiſſe tranſmutataꝫ q̃ſi mortua eſſet. Peregit. effecit. Me miſerũ. O ſubintelligatur: qđ frequẽter in ex clamationibꝰ omittit̃ leuioribꝰ. Pẽ dens in cornibꝰ ⁊ ceruice. hoc eſt cor nua ⁊ ceruicẽ amplectẽs. Iuuẽce autẽ magnitudo ſignificatur a cuius corni bus ⁊ ceruice inachus illa amplectẽs pendere videbatur. Ingeminat. ex clamationem illam o miſerum dupli cat. Tu ne es queſita per omnes. or do eſt. Tu ne es nata ⁊ filia mihi ꝑ om nes terras queſita? Tu nõ inuẽta re perta es? ſignat driam inter inuenire ⁊ reperire poeta Inuenimꝰ. n. q̃rẽtes. re ꝑimꝰ caſu. Luctꝰ erat leuior. ſi nõ re ꝑta eſſes. grauiꝰ. n. fert pr̃ ꝙ in vaccaꝫ filia ſit ꝯuerſa: q̃ſi mortua eſſet. Nec mutua nr̃is dicta refers. hoc ẽ nec viciſ ſim mihi rñdes. Qđ vnũ. qđ ſolũ fa cere potes. Thalamos tedaſqꝫ. hoc ẽ nuptias. De grege nũc tibi vir. mari tus inq̃t de armẽto tibi ẽ hñdꝰ. vñ fili os vitulos tollas. Iuuẽcarũ nãqꝫ ma riti iuuẽci ſunt. Nec finire lꝫ. nec poſſũ inq̃t morte tãtis doloribꝰ ĩponere finẽ cũ deꝰ ſim ĩmortalis. Sꝫ nocꝫ eẽ deũ Deo q̃ꝫ elegãter dr̃. Dij aũt ita ſunt ĩ mortales: vt ne ſibi q̃dẽ mortẽ ꝯſciſce re poſſint. Precluſaqꝫ ianua leti. mor tis. Qm̃ inq̃t ſum deus: tãtos dolores morte finire nõ poſſum: verũ ſemꝑ me in luctu eſſe oportet. Dij em̃ athanati ſunt atqꝫ imortales. Extẽdit. ꝓducit ꝓlongat. Stellatus argus. ꝙ eius oculi ad ſilitudinem ſtellaꝝ micarent. Abſtrahit. violẽter abducit. Ipſe ꝓ cul. ipſe inq̃t argꝰ in ꝓpinquũ mõtẽ a ſcẽdit: vñ ſedẽs in oẽs ꝑtes ſpectabat. Procul. ꝓpe. Occupat. celerit̃ aſcẽdit. Cacumẽ. verticẽ ⁊ ſũmitatẽ

Nec ſuper rector mala tāta phoronidos vltra
Ferre poteſt: natūq̧ vocat: quem lucida ptu
Pleias enixa eſt: letoq̧ det imperat argum.
Parua mora ē: alas pedibus virgāq̧ potēte
Somniferā ſumpſiſſe manu: tegimēq̧ capilꝭ.
Hec vbi diſpoſuit: patria ioue natus ab arce
Deſilit in terras. illic tegimenq̧ remouit:
Et poſuit pennas. tm̄mō virga retenta eſt.
Hac agit vt paſtor p deuia rura capellas.
Dū vehit adductas: ⁊ ſtructis cātat auenis:
Voce noue captus cuſtos iunonius artis:
Quiſq̄s es: hoc poteris mecū cōſidere ſaxo:
Argus ait. neq̧ enī pecori fecundior vllo
Herba loco ē: aptāq̧ vides paſtorib⁹ vmbrā.
Sedit atlātiades: ⁊ euntem multa loquendo
Detinuit ſermone diē: iunctiſq̧ canendo
Vincere arūdinibus ſeruātia lumina tēptat.
Ille tamen pugnat molles euincere ſomnos.
Et q̄uis ſopor eſt oculoꝝ parte receptus:
Parte tñ vigilat. querit quoq̧ (nāq̧ reperta
Fiſtula nuper erat) qua ſit ratione reperta.
Tum deus arcadie gelidis ī mōtibus: inquit
Inter hamadryadas celeberrima nonacrias
Naias vna fuit. nymphe ſyringa vocabant.
Nō ſemel ⁊ ſatyros eluſerat illa ſequentes:

Phoronidos. phoronei neptis. Phoroneus nanq̧ Inachi pater fuit. Narrat autem quemadmodū Argus a mercurio fuit interfectus eiuſq̧ oculi caude pauonis fuerūt a Junone appoſiti. Natumq̧ vocat. mercuriū. Nam mercurius Jouis fuit filius ex maia vna ex pleiadibus: que ſeptem atlantis filie fuere non ex electra: ſed ex pleione nympha ſuſcepte. Vñ ⁊ pleiades ſunt noīate. He in ſydera trāſlate ac in humero tauri collocate Virgilie a latinis vocātur: qđ veris tpe orlantur. Lucida pleias. maia pleiadū ſplendidiſſima. Leto det. interficiat. Parua mora eſt ſumpſiſſe. figura eſt poetica. Alas pedibus. hoc eſt talaria alata q̃ idcirco mercurio attribuuntur qđ planetarū oīm ſit velociſſimus. Virgaꝫ ſomniferam. caduceum dicit. de quo et Virgilius. Tum virgaꝫ capit. hac animas ille euocat orco Pallētes. alias ſub triſtia tartara mittit. Dat ſomnos adimit ꝫ ⁊ lumina morte reſignat. Tegimēq̧ capillis. petaſum ⁊ pileū. Joue natus. mercurius iouis filius ex maia. Obiter autem mercurij quoq̧ metamorphoſin ī paſtorē poeta deſcribit Et poſuit pennas. hoc eſt depoſuit talaria alata. Per deuia rura. per inuias ſiluas. Dum vehit adductas. dū inquit ducit capellas congregates. Tametſi vehi ꝓprie dicantur que geruntur. Structis auenis. tibia quam ex auenis conſtruxerat: eſt autem auena genus frumenti notius q̄ vt ſit exponendum: ex cuius calamis tibie etiā nunc a ruſticis conficiuntur. Voce. ſono. Noue artis. tibie nouiter a mercurio inuētē. Cuſtos Junonius argus a iunone cuſtos Jo ī vaccā cōuerſe appoſit⁹. Hoc ſaxo. hoc mōte Vtrūq̧ em̄ frequēter ꝓ altero ponit a poetis. Fecūdior. vberior. Paſtoribus. ocio ⁊ quieti paſtoꝝ. Atlantiades. mercurius nepos atlantis ex maia. Jūctis arūdinibus. ſono tibie. Vicere. ſupare. in ſomnū inducere. Tēptat. conatur. Seruātia lumina. oculos obſeruantes atq̧ cuſtodiētes vaccam. ille tam̄ inquit ſuaues ſomnos a mercurio imiſſos repellere conat. Nāq̧ reperta phiſtula nup erat. parētheſis ē. cām cōtinēs inq̄ſitiōis argi. Tā ꝯcinne aūt fabulā fabule ꝯnectit poeta vt cū m̄ltas ſiml' dſcribat trāſfiguratiōes mīme tñ a ꝓpoſito diſcedat. Exponit ei queadmodū ſyrinx nīpha ladonis fluuij filia ardēter a pane deo amata: ne virginitatē amitteret: in arūdinē apđ ladonē fluuiū fuit ꝯmutata: ex q̄ pan ad mitigādos amoris ardores ſibi phyſtulā ꝯpoſuit. vñ virg. Pan pm⁹ calamos cera ꝯiūgere plꝭs Inſtituit Tum de⁹ inq̄t. tūc mercuri⁹ narrare cepit. Arcadie gelidis ī mōtib⁹. Arcadia regio ē achaie ꝯterminā ab arcade Jouis ⁊ caliſt⁹ filio denoīata. varijs em̄ noīb⁹ antea fuit appellata. Nā ⁊ pelaſgia ⁊ parrhaſia fuit vocata. Sūt q̄ illā ⁊ gigātida ⁊ azanian ⁊ panian appellarint. Int hamadryadas nonacrinas. nymphas arcadicas Nonacris nāq̧ vrbs ē arcadie. vñ nonacrine nymphe ſūt appellate. Hamadryades aūt nymphe dicunt q̄ vna cū arborib⁹ ⁊ oriunt ⁊ occidūt: vñ ēt hamadryades ſunt dicte ama em̄ ſiml' drys dryos arbor apđ veteres grecos dicebat q̄uis nūc ꝓ q̄rcu ponat. Naias vna fuit. naiades fluminū ac fōtiū ſūt nymphe apo tu nain. hoc ē a fluēdo dicte. nīphaꝝ eī alie ſt fluminū q̄ naiades vt dixi vocāt. alie nēoꝝ ſiluarūq̧ q̄ driades napee. hamadryades. alie mōtiū q̄ oreades ꝯgnoīant nīphe ſyriga vocabāt. Ab illi⁹ noīe tibia a grecis ſyrix appellat Nō ſel' ⁊ ſatyros. Sepi⁹ iq̄t ⁊ ſatiros ⁊ reliq̧s ſiluarū deos eluſit. Dianā eī imitabat virgitatēq̧ ſuā ſeruerat. Satyri āt dij eē ſiluestres crediti ſūt: q hmōi aīalia ī deſertis ſolū pſerti ethiopie īuen tunt

Et quoſcunq; deos. Siluanos Faunos ac panos ait. Hos nanq; ſiluarū ac nemoꝝ deos antiquitas putabat. Ortygiā deā. hoc ē Dyanā. Ortygia nāq; inſula ē q̄ alio noīe delos frequētius vocat̃ ſic dicta. vt ait Solinus qđ in ea p̄mū ſunt viſe coturnices quas greci ortygas vocant. Eiuſdē noīs inſula eſt in mari ſiculo. Ritu Diane. more diane. Latonia. diana latone filia. Sic q̃z fallebat. q̃uis inquit ſyrinx corneū habeat arcum: diana tñ eſſe videbat̃ adeo illi ſilis erat. Pan videt hanc. pan deus eſt paſtoꝝ ⁊ nemoꝝ. Pinu acuta. corona ex pinu confecta. pinus em̄ pani deo dicata fertur. vnde etiam ea coronat̃. Votis cede. cupiditati obſequere.

Et quoſcūq; deos vmbroſaq; ſilua feraxq;
Rus habet. ortygiam ſtudiis ipſamq; colebat
Virginitate deam. ritu quoq; cincta diane
Falleret: ⁊ poſſet credi latonia: ſi non
Corneus huic arcus. ſi non foret aureus illi.
Sic quoq; fallebat. redeūtem colle liceo
Pan videt hanc: pinuq; caput p̄cinctus acuta
Talia verba refert. tibi nubere nympha volē=
Votis cede dei. reſtabat plura referre. (tis
Et precibus ſpretis fugiſſe per auia nymphā:
Donec harenoſi placidi ladonis ad amnem
Venerat. hic illā curſum impediētibus vndis:
Vt ſe mutarent: liquidas oraſſe ſorores.
Panaq; cū prenſam ſibi iam ſyringa putaret:
Corpe p nymphe calamoſ tenuiſſe paluſtres
Dumq; ibi ſuſpirat: motos i harūdine ventos
Effeciſſe ſonum tenuem ſimilemq; querenti.
Arte noua vociſq; deū dulcedine captum
Hoc mihi conſiliū tecum dixiſſe manebit.
Atq; ita diſparibus calamis cōpagine cere
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puelle.
Talia dicturus vidit cyllennius omnes
Succubuiſſe oculos: adoptaq; lumia ſomno.
Supprimit extemplo vocē: firmatq; ſoporez
Languida pmulcens medicata lumina virga.
Nec mora falcato nutantem vulnerat enſe:
Qua collo eſt cōfine caput: ſaxoq; cruentum
Deiicit: ⁊ maculat p̄ruptā ſanguine rupem.
Arge iaces: quodq; in tot lumia lumē hēbas
Extinctū ē: centūq; oculos nox occupat vna.
Excipit hos: volucriſq; ſue ſaturnia pennis
Collocat: ⁊ gemmis caudā ſtellātib⁹ implet.

Tibi nubere volentis. te vxorem ducere cupientis. Nubere em̄ viris mulieres dicuntur. Reſtabat plura referre. hoc eſt. reſtabāt plura q̄ a mercurio referrentur de ſyringe: eaq; deſcribit ouidi⁹. Sed cum videret mercurius argum ſomno oppreſſum: ſtatim vocem cohibuit: ipſumq; interfecit. Et precibus. deſcribit ea q̄ mercurio narranda de ſyringe reſtabant Per auia. per loca inuia. Ladonis ad amnem. Ladon fluuius eſt Arcadie leniter fluens. Liquidas ſorores naiadas. Calamos paluſtres. Cān⁹ in paludibus naſcentes. Dumq; ibi ſuſpirat. ibi in calamo ſuſpirat ſyrinx Hoc mihi cōſilium. Volo inq̄t pan hoc conſilium mihi tecum eſſe cōmune. Vt enim tu in arundine quereris. ita ego hac eadem arundine meos ſolabor ardores. Diſparibus. inequalibus. Compagine. coniunctione. Cōpago autem et compages in eadez dicitur ſignificatione. Nomen puelle. Greci nanq; tybiam ſyringa vocant Succubuiſſe. victos fuiſſe. Languida lumina. oculos ſomno occupatos. Medicata virga. caducei eſt periphraſis. Falcato enſe. in falcis modum recuruo gladio. Nutantem caput. concutientem: vt dormitantes faciunt. Qua collo eſt confine caput. qua caput coniungitur cum collo. In tot lumina. per tot oculos. lumē nanq; et oculum et lucem ſignificat. Occupat. opprimit. Vna nox. vna obſcuritas et mors. Vna enim omnes extincti ſunt. Excipit. ex capite agri capit. Excipere autem modo ſuſcipere cadentia ſignificat et verba dicta cum ſcribuntur. modo excludere et ab aliis ſeparare. Vnde exceptiones apud iuriſconſultos et oratores dicuntur excluſiones. quibus id excluditur quod in intentionem ab actore eſt deductum. Interdum excipere eſt inſidiis aliquem capere. Virgilius. Excipit incautum. Vnde excipule deriuantur: quibus piſces capiuntur. Saturnia. Iuno ſaturni filia. eſt eniz antonomaſia. Appellatio nanq; pro nomine poſita eſt. Collocat. apponit. Sue volucris pennis. periphraſis ē pauonis. Nam pauones ſub tutela Iunonis eſſe dicuntur. Stellantibus. more ſtellaꝝ fulgētib⁹.

Protinus exarſit:nec tempora diſtulit ire:
Horriferamq; oculis aïoq; obiecit erinnym
Pellicis argolice:ſtimuloſq; in pectore cecos
Condidit:ꝛ ꝓfugam ꝑ totum terruit orbem.
Ultimus immenſo reſtabas nile labori:
Quē ſimul ac tetigit:poſitiſq; i margine ripe
Procubuit genibus:reſupinoq; ardua collo
Quos potuit ſolos tendēs ad ſidera vultus:
Et gemitu et lachrymis ꝛ luctiſono mugitu
Cū ioue viſa queri eſt:finemq; orare maloꝝ.
Coniugis ille ſue complexus colla lacertis:
Finiat vt penas tandē rogat:inq; futurum
Pone metus inquit:nunq̄ tibi cauſa doloris
Hec erit:et ſtygias iubet hoc audire paludes.
Ut lenita dea eſt:vultus capit illa priores:
Fitq; quod ante fuit. fugiunt de corpore ſete.
Cornua decreſcunt. fit luminis arctior orbis.
Cōtrahitur rictus. redeūt humeriq; manuſq;
Ungulaq; in q̄nos dilapſa aſſumitur vngues.
De boue nil ſupeſt:forme niſi candor in illa.
Officioq; pedum nymphe contenta duorum
Erigitur:metuitq; loqui:ne more iuuence
Mugiat:et timide verba intermiſſa retēptat.
Nunc dea linigera colitur celeberrima turba.

Jo in priſtinam figuram.

Protinus exarſit. inflammata ē ira. naz in Jo vaccam indignata eſt Juno:cuius cauſa argus fuerat interfectus. Quare illi furorem imiſit:q̄ ꝑ totū terraꝝ orbē acta eſt. Cū aūt ad nilū ꝑueniſſ;:miſeratione Jouis ꝓſtinā recuꝑauit figurā:deaq; effecta Jſis fuit appellata. Nec tpa diſtulit ire. hoc ē nec vindictā i altō diſtulit tp̄s. Horriferā erinnym. horrēdā furiā. Erinyes ei furie dicūt̄ īfernales. Pellicis argolice. Jos Jnachi argiuoꝝ fluuij filie Ab argo nāq; clariſſima vrbe peloponeſi:cuius rex fuit Jnachus:argolicus declinat̄. Stimulos cecos. furores occultos. Condidit. abſcondidit. Profugā. ꝓcul fugatā. Reſtabas nile. apoſtrophe ad nilum:qui fluuiꝰ ē egypti: a nilo rege noīatus:vt Diodorus ait. Quem ſimul ac tetigit. ad quē poſtq̄ ꝑuēit Luctiſono mugitu. luctū ſonāte ꝛ referente. Et ſtygias iubet hoc audire paludes. hoc eſt ꝑ paludē ſtygē iurauit: cuius numē dij fallere non audebant. vt Uirgilius ſcribit. Ut lenita dea ē. poſtq̄ Juno fuit mitigata. Fitq; qđ ante fuit. hoc ē humane reſtituit̄ figure. Fugiunt. celeriter cadūt. Sete. pili duriores. Decreſcūt. diminuunt̄. Fit lumis arctior orbis. hoc eſt oculoꝝ orbes ſtrictiores fiunt. Cōtrahit̄ rictus. os diminuit̄. Redeūt humeriq; manuſq;. hoc ē. armi in hūeros pedeſq; anteriores i manꝰ ꝯuerti fuerūt. Qui nāq; in alijs aīalibus armi in hoīe hūeri vocantur. Ungula dilapſa. diuiſa. Jn q̄nos vngues. inter vnguē ꝛ vngulā dr̄ia ſignatur. Ungula nanq; eſt aut ſolida:vt eq̊rum:aut bifida: vt boū. Ungues vero ſunt multifidi:vt hoīm ꝛ leonū. Neq; em̄ vngues hoīm ſunt tm̄:vt imperiti putāt:ſed alioꝝ q̊z aīalīū. De boue nil ſupeſt. de figura bouis nil reſtat. Nymphe. Jo nympha Jnachi filia. Eſt em̄ noīandi caſus nymphe:eoq; ſine diphthongo ē ſcribēdū. Et timide verba intermiſſa retēptat. hoc ē. cū timore iteꝝ loqui conat̄. Uerba intermiſſa. verba diu omiſſa. nā intermittere ē ad tēpus omittere atq; deponere. Retēptat. iterū tēptat experit̄qz an loq̄ poſſit. Nūc dea. nūc inq̄t Jo ꝓ dea Jſide colit̄ ab egyptijs lineas veſtes geſtātibus. Jſidis nanqz ſacerdotes lineis veſtibꝰ vtebant̄. Jſidē vero egyptij:vt tradit Diodorus:lunā eſſe putāt:vt oſiridē ſolē:interꝑ̄tariqz antiquā ſumpto noīe ab eterno ꝛ antiq̄ illius ortu Addūt illi cornua ꝓpter aſpectū. ſic em̄ videt̄:quo tp̄e ꝑ̄mis diebus appꝑet tum q: bos illi ab egyptijs ſacrificatur. Quidā aūt Jſidē Jouis egypti regis filiā fuiſſe:eādemqz cū cerere eſſe:q̄ ab oſiride fratre vxor accepta multa cōtulerit ad vſum vite hūane. Prima em̄ triticū ꝛ hordeū q̄ ꝑ̄us incognita hoībus caſu inter ceteras herbas oriebant̄:inueniſſe fertur. Leges q̊z Jſidē ſtatuiſſe ferūt. quibus iuſticia eq̄ oībus ſeruaret̄ vi atqz iniuria timore pene ſublatis. Hac de cā ꝑ̄ſci greci Jſidē legiferā appellarūt tanq̄ ꝑ̄mā legū inuētricem. Oſiride aūt marito interfecto iuraſſe dr̄ Jſis ſe nulli alij nupturā:ac iuſto deinceps imperio regnaſſe: beneficijſqz in ppl̄os omnis alios reges ſuperaſſe:ac poſt obitū deoꝝ honores cōſecutam. ꝛ in Uulcani tēplo apud memphim ſepultā fuiſſe. Aſſerunt aūt egyptij:id qđ fere poete oēs teſtantur:Jſidez plurima inueniſſe ad morbos medicamēta:mediceqz arte multū cōtuliſſe:ac in deoꝝ q̊z numerū relatā gaudere hoīm culti inqz eoꝝ valitudine ꝑ̄cipue verſari. quin etiam in ſomnis palā ijs opitulari:quos cenſuerit dignos. Et qui illius monitis obtemperent:ꝑ̄ter opiniōem curari etiam quorum medici ſalutem deſperarint. Uiſu q̊z aut alia quapiam corpis parte debiles illius dee numen implorantes in ꝑ̄ſtinam reſtitui valitudinem. Signa vero hoꝝ eſſe dicunt:non grecas fabellas:ſed opera ꝑ totū nanqz terrarū orbē Jſidē coli ꝓpter manifeſtas illius morboꝝ curationes. Hec ꝛ multo plura de Jſide Diodorus. Ceterum Ouidius grecorum

figmenta ſectatur. Hinc epaphus. Epaphi ac phaetontis iurgia idcirco deſcribit poeta: vt cõmodius: & librũ ſecundũ cũ primo: et mutationẽ ſororũ phaetontis ipſius in populos cum ſuperiore tranſformatiõe cõnectat. Epaphus enĩ iouis. et Jus filius in altercatione phaetontẽ nõ eſſe apollinis filium dixit: qua contumelia phaetõ indignatus Clymenem matrem rogauit vt ſibi verum oſtenderet genitorem. illa apollinem eſſe aſſeuerauit. vtqꝫ ſe ad apollinis regiã cõferret: ac ab ipſo ſciſcitaret: hortata eſt. Eo cũ veniſſet phaetõ accepit ſe apollinis filium eſſe: a quo hortatus vt quicqd vellet peteret: ſe eni nihil negaturũ: impetrauit a patre: vt ſolis currũ vnũ diem regeret cũ vero nõ terras modo: ſed celũ quoqꝫ imperitus equos ſolis gubernandi cõbureret. iouis fulmine in padũ fluuium precipitatus eſt. Huius vero ſorores cum ſine lachrimis nõ imponerẽt: deorũ miſeratiõe in populos arbores: earũqꝫ lachryme in electrũ conuerſe ferunt. Hinc epaphus. ex hoc inqt epaphus iouis filius eſſe credit. ꝙ Jo mater eius ab egiptijs tanqꝫ dea colebat. Phaeton apollinis et clymenes nymphe fuiſſe filius dicitur. eſt aũt nomen triſyllabum nõ biſyllabũ: vt quidã putant precipientes cum ae diptõgo eſſe ſcribẽdũ. Non tulit inachides epaphus inachi nepos. Et tulit ad clymenẽ matrẽ. clymene nympha fuiſſe fertur Oceani et thetyos filia: ex qua apollo ſuſtulit phaetontẽ. En ego liber ille ferox. idignatur phaeton: ꝙ cũ alias et liber et ferox in reſpõdẽdo eẽ cõſueuerit: nihil tunc epaphi conuicijs reſpõderit. en ꝑticula eſt indignãtum propria. Refelli. confutari. Ede notam. oſtende ſignũ. Meqꝫ aſſere celo. hoc eſt me tua defenſiõe celo aſcribe. me defende ac preſta deũ eſſe. Et implicuit. iniecit. Meropiſqꝫ caput. ꝑ vitã meropis viri. nam clymene poſt phaetontẽ ex apolline ſuſceptũ meropi nupſit. meropes ſane homines ab Homero dicũtur a vocũ diuerſitate. merizo nãqꝫ diuido. opſopos vox dicitur. meropes etiã ſunt aues apibus infeſte. vñ etiã apiaſtre vocant ꝙ apes comedãt. Virgi. in geor. meropes alieqꝫ volucres. Tedaſqꝫ ſororũ. nuptias ſuarũ ſororũ quas matri cure eſſe ſciebat. Dicti criminis. obiecti criminis. Per iubar hoc. ꝑ hunc ſolis ſplendorẽ. nã iubar proprie ſignificat luciferũ ſtellam ꝙ iubas lucis effundat. Virgi. Jt portis iubare exorto delecta iuuentus. a lucifero aũt oĩs ſplendor iubar appellatur. Inſigne. ornatum clarũ. vnde inſignia dicũtur ſigna et ornamenta virtute adepta Radijs coruſcis. fulgentibus. micantibus. radius autem nõ ſolum fulgor micans dicit: ſed virga quoqꝫ qua geometre lineas deſignant. Virgi. Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. eſt etiã inſtrumentũ textorium. Virgi. Excuſſi manibus radij. eſt et inſtrumentum quo menſure equantur qd etiã hoſtoriũ dicitur. Plautus. dij deeqꝫ omẽs tantam nobis leticiam tot gaudia ſine radio cumuletis. eſt etiã radius oliue genus oblonge: de qua Virgilius. Nec pingues vnã in faciem naſcũtur oliue. Orcades et radij et amara pauſia bacca. rote quoqꝫ radios habere dicunt. Quod nos auditqꝫ videtqꝫ. hoc ex ſententia Homeri dictum eſſe videtur. nam (vt ſcribit Plinius) Sol fertur medius planetarum ampliſſima magnitudine: ac poteſtate: nec temporum modo terrarumqꝫ: ſed ſiderum etiam ipſorum celiqꝫ rector. Hunc mundi eſſe totius animum ac planius mentem. hunc principale nature regimen ac numen credere decet opera eius eſtimantes. hic lucem rebus miniſtrat: aufertqꝫ tenebras. hic reliqua ſidera occultat. hic vices temporum annumqꝫ ſemper renaſcẽtem ex vſu nature temperat. hic celi triſticiam diſcutit: at etiã nubila humani animi ſerenat. hic ſuum lumen ceteris quoqꝫ ſideribus fenerat. preclarus. eximius. omnia intuens. omnia etiã exaudiens: vt pricipi litterarũ Homero placuiſſe in vno eo video

Phaetõtis Epaphiqꝫ certamen.

Hinc epaphus magni genitus de ſemine tãdẽ
Creditur eſſe iouis: perqꝫ vrbes iuncta parẽti
Tẽpla tenet: fuit huic animis equalis & annis
Sole ſatꝰ phaetõ: quẽ quõdã magna loquẽtẽ:
Nec ſibi cedentẽ pheboqꝫ parente ſuperbum
Non tulit inachides: matriqꝫ ait omia demẽs
Credis: & es tumidus genitoris imagie falſi.
Erubuit phaeton: iramqꝫ pudore repreſſit.
Et tulit ad climenẽ epaphi conuicia matrem.
Quoqꝫ magis doleas geitrix ait. en ego liber
Jlle ferox tacui. pudet hec opprobria nobis
Et dici potuiſſe: et non potuiſſe refelli.
At tu: ſi modo ſum celeſti ſtirpe creatus:
Ede notã tanti generis: meqꝫ aſſere celo.
Dixit: et implicuit materno brachia collo:
Perqꝫ ſuũ meropiſqꝫ caput tedaſqꝫ ſororum
Traderet orauit veri ſibi ſigna parentis.
Ambiguũ eſt clymene ꝑcibꝰ phaetõtis an ira
Mota magis dicti ſibi criminis. vtraqꝫ celo
Brachia porrexit: ſpectanſqꝫ ad lumina ſolis
Per iubar hoc inquit radiis inſigne coruſcis
Nate tibi iuro: quod nos auditqꝫ videtqꝫ:

Tempat.regit ac gubernat.nā ſolis calore oia tēpanṫ.Si ficta loquor.hoc eſt ſi mētior ꝛ falſa dico.oīe eni fictū falſum eſt.fictū eſt eni quod non eſt factū:ſed fieri potuit.falſū aūt vanū ꝛ fictū differūt:vt ſcribit Donatus.nā falſū eſt fictū mendaciū ſimile veritati.Vanū nec poſſibile:nec veriſimile. fictū totū ſine vero:ꝫ veriſimile.falſū loq̇ mendacis eſt.fictū callidi.vanū ſtulti.falſū loq̇ culpe eſt.fictuꝫ virtutis. vanū vecordie falſis decipimur.fictis delectamur.vana cōtemnimus. Neget ipſe videndū ſe mihi.ſubtrahat ſe mihi aſpiciendū.optat aūt clymene vt moriaṫ ſi mentiṫ phaetonti. Sitq̄ʒ lux iſta nouiſſima. hoc lumē ſolis vltimū ſit mihi. Nec longus patrios.nec lōgo inq̇t tibi labore opus eſt:vt cognoſcas et videas patris tui domū. Noſſe.cognoſcendi. eſt eni cōſtructio greca.naꝫ greci infinitis pro gerundijs vtuntur. Patrios penates.patri tui edes. Cōtermina.ꝯfinis. Noſtre terre.ethiopie. Ethiopia nanq̄ʒ indie vnde ſol oritur videṫ:finitima eſt. Si modo fert anim⁹ hoc eſt:ſi modo ad hoc te inclinet animus vt eas ad patri edes vidēdas. Et ſcitabere.inueſtigabis. ſcitari nāq̄ʒ eſt rogare vt ſciam⁹. Emicat.exilit. Et cōcipit ethera mēte.hoc eſt oia magna ſibi promittit.nā etherem quoq̄ʒ ſe ꝑtrāſire poſſe ſperabat. Ethiopaſq̄ʒ ſuos e q̇bus phaetō erat vn⁹. ethiones aūt ab ethiope vulcani filio q̇ ethiopiaꝫ a noīe ſuo appellauit: vt in ſexto narrat plinius:fuere cognoīati. Sub ignib⁹ ſidereis.ſub feruoribus ſolis. indi vero populi ſunt orientis:ab indo fluuio cognoīati. ¶ Primi libri finis

Hoc te quem ſpectas.hoc te qui tēperat orbē
Sole ſatum. ſi ficta loquor:neget ipſe vidēdū
Se mihi:ſitq̄ʒ oculis lux iſta nouiſſima noſtris
Nec long⁹ patrios labor ē tibi noſſe penates.
Unde oriṫ:terre domus eſt cōtermina noſtre.
Si mō fert anim⁹:gradere:ꝛ ſcitabere ab ipō.
Emicat ex templo letus poſt talia matris
Dicta ſue phaeton:et cōcipit ethera mente:
Ethiopaſq̄ʒ ſuos:poſitoſq̄ʒ ſub ignib⁹ indos
Sidereis trāſit:patrioſq̄ʒ adit impiger ort⁹.

## P. Ouidii Naſo.metamorpho.liber ſecūdus

REgia ſolis erat ſublimibus alta columnis:
Clara micante auro. flāmāq̄ʒ imitāte pyropo:
Cuius ebur nitiduꝫ faſtigia ſumma tegebat.
Argenti bifores radiabant lumine value.
Materiā ſuperabat opus.nam mulciber illic
Equora celarat medias cingētia terras:
Terrarumq̄ʒ orbem:celūq̄ʒ qđ imminet orbi.
Ceruleos habet vnda deos tritona canorum:
Proteaq̄ʒ ambiguum:balnearūq̄ʒ premētem

¶ Raphaelis regij in ſcđm metamorphoſeos Ouidij librū enarrationes.

Regie ſolis deſcriptio.

REgia ſolis erat Secundū librum auſpicatur Ouidius a deſcriptiōe edium ſolis ad quas ꝑuenerat phetoon a clymene matre exhortatus: vt ipm rogaret apollinē an ſibi pater eſſet. concinne igitur huius libri initiū cū ꝓoris fine cōnectit.videṫ aūt Ouidius regiā ſolis deſcribere ad imitationē palacij romani vel capitolij.nā magnificentiſſimū quodq̄ʒ in hac deſcriptione edificiū mente cōcepit. Regia.domus regis q̄ baſilica cepta eſt dici Clara.lucida illuſtris. Micante.ſplēdente. Pyropo.pyropus videṫ is eſſe lapillus quē nos carbūculū appellamus.pyropus nāq̄ʒ dr̄ ꝙ ignis habeat aſpectū.pyr nāq̄ʒ ignē.opa aſpectū greci dicūt. Cuius ebur nitidū.ſplendidū. tecta aūt regie ſolis eburnea fuiſſe ait: vt fores argēteas. Bifores value.duplices.value aūt dicte ſunt ꝙ in ſeuoluanṫ. Materiā ſuꝑabat op⁹.ꝑcioſiſſime materie ꝑcioſior ars fuit adhibita.in valuis nāq̄ʒ argenteis q̄ttuor elemēta cūaīalibus ſuis a vulcano fuerāt ſculpta.videṫ aūt Ouidius homerū imitari in achillis clipei a vulcano fabricati deſcriptiōe. Mulciber vulcan⁹ a molliēdo ferro ē dictus mulciber.nā mulcere ē mollire(vt Pōpeius ſcribit). Celarat. ſculpſerat. Eq̇ra cingētia terras.ꝑiphraſis eſt oceani. Celūq̄ʒ.aerē q̇ terrarū orbē ꝯplectiṫ. Tritona canorū.tritō vt iā diximus:tubicē ē neptuni cui⁹ ꝛ ſalacie nymphe filius eē ferṫ:ſic dict⁹ ꝙ ꝓmū in tritonide libye palude viſus eē dicaṫ.tritō ēt fluuius eſt lybie maxim⁹(vt ſcribit herodotus)tritonidē paludē efficiēs. Proteaq̄ʒ ambiguū.proteus deus eſt marinus:paſtor pecorū neptuni: qui idcirco ambiguus dicīṫ: ꝙ in varias figuras ſe ꝯmutare fingaṫ:vt difficile videaṫ q̇d ſit agnoſcere.mō nāq̄ʒ fit vrſus:mō leo:mō aq̄:mō ignis.vn̄ Hora. q̇ teneā vult⁹ mutātē ꝓtea nodo? Immania terga balenarū. maxia.ibalene autē belue ſunt marine maxie: q̄ et cete dicūṫ.ꝛ piſtrices(vt ſextus ait). Suis lacertis.brachijs.nā egeon centū brachia fingitur habuiſſe

Egeona ſuis immania terga lacertis:
Doridaqꝫ et natas: quarū pars nare videtur.
Pars in mole ſedēs virides ſiccare capillos.
Piſce vehi quedam. facies non omibus vna.
Non diuerſa tamen: qualez decet eſſe ſororū.
Terra viros vrbeſqꝫ gerit ſiluaſqꝫ feraſqꝫ
Fluminaqꝫ et nymphas ⁊ cetera numīa ruris.
Hec ſuper impoſita eſt celi fulgentis imago.
Signaqꝫ ſex forib⁹ dextris totidēqꝫ ſiniſtris.
Quo ſimul accliuo clymeneia limite proles
Venit: et intrauit dubitati tecta parentis:
Protinus ad patrios ſua fert veſtigia vultus:
Conſiſtitqꝫ ꝓcul. neqꝫ enim propiora ferebat
Lumina. purpurea velatus veſte ſedebat
In ſolio phebus claris lucente ſmaragdis.
A dextra leuaqꝫ dies: et menſis: et annus.
Seculaqꝫ: et poſite ſpaciis equalibus hore:
Verqꝫ nouum ſtabat cinctum florēte corona.
Stabat nuda eſtas: et ſpicea ſerta gerebat.
Stabat et autumnus calcatis ſordidus vuis.
Et glacialis hyems canos hirſuta capillos.
Inde loco medius rerum nouitate pauentem
Sol oculis iuuenē (quibus aſpicit oīa) vidit.
Queqꝫ vie tibi cauſa. quid hac ait arce petiſti
Progenies phaeton haud inficiāda parenti.
Ille refert. o lux immenſi publica mundi
Phebe pater: ſi das vſum mihi noīs huius:
Nec falſa clymene culpam ſub imagine celat:
Pignora da genitor: per que tua vera ꝓpago
Credar: ⁊ hūc animis errorē detrahe noſtris.
Dixerat. at genitor circū caput oīe micātes
Depoſuit radios: propiuſqꝫ accedere iuſſit.
Amplexuqꝫ dato. nec tu meus eſſe negari
Dignus es: ⁊ clymene veros ait edidit ortus.
Quoqꝫ min⁹ dubites: qđ vis pete: mun⁹: ⁊ illđ
Me tribuente feres. promiſſi teſtis adeſto
Diis iuranda palus oculis incognita noſtris.
Vix bene deſierat. currus petit ille paternos:

Egeona. egeon gigas fuit pirata maximus: q̄ deus marinus eſt effectus. ab hoc mare egeū q̄dā aiūt fuiſſe cognoīatū. Doridaqꝫ et natas. doris nympha fuit oceani ⁊ tethyos filia ac nerei vxor: ex qua maxīa nympharū multitudo eſt nata. doris interdū ꝓ ipſo ponit̄ mari. Virgi. Doris amara ſuā nō intermiſceat vndā. Pars in mole. in magno aliquo ſcopulo. Terra viros. ita inq̄t terra erat ſculpta: vt ⁊ vrbes ⁊ flumia et ſilue et nymphe et fere ei ineſſe viderent̄. Signaqꝫ ſex. zodiacus quoqꝫ circulus ita erat ſculptus: vt ſex ſigna in dextris totidemqꝫ in ſiniſtris conſpicerent̄. Quo ſimul accliuo venit. ad quā regiā inq̄t cū ꝑ arduū limitem phaeton accēdiſſet: q̄ꝫprim⁹ ſe cōtulit ad patrē. Simul. poſtq̄ꝫ. Dubitati parentis. de quo dubitabat. Protin⁹ ad patrios. q̄ꝫprimū in ꝯſpectū patris iuit. Accliuo limite. arduo. regiā ei ſolis in editiore loco eſſe veriſimile videt̄. Neqꝫ eni ꝓpiora ferebat lumina. ratio eſt cauſā cōtinens cur ꝓpius nō accederet. neqꝫ eni inq̄t ferre poterat ſplēdorē ſolis ꝓpinquiorē. Purpurea velat⁹. et habitū apollinis ⁊ ſoliū deſcribit ita ꝑſpicue: vt nulla expoſitio ſit adhibenda: cū ſplēdore ſolis oīa lucida ſint et apta: neqꝫ vllo alio lumine indigere videāt̄. In ſolio. ſoliū dicit̄ quaſi ſolidū q̄đ ex vno ligno ꝯficeret̄. eſt aūt ſoliū ꝓprie regū ſedes. Claris ſmaragdis. ſmaragdus gēma eſt viridis clare ſplēdens. A dextra leuaqꝫ dies. Comites aſſeſſoreſqꝫ ſolis deſcribit: qui ipm nūq̄ꝫ relinquunt. ſol enim ⁊ diei et menſis et anni et omnium temporum eſt auctor. Seculaqꝫ. ſeculū ſpaciū dicit̄ annorū centū. Verqꝫ nouū ſtabat. q̄tuor anni ꝑtes ita deſcribit: vt ſingulis ſuā attribuat proprietatē. Vere nāqꝫ oriunt̄ flores ex quibus corone conficiunt̄. eſtas nuda pingit̄ propter eſtum: quo frumēta matureſcūt. Autūno vindemia aſſignat̄. Hyems frigorib⁹ glacieqꝫ infeſtat̄. Spicea ſerta. coronas ſpiceas. ſertum eni corona dicit̄ a ſerēdis floribus appellatū. Haud inficianda. negāda. nā inficiari ⁊ īficias ire negare eſt. vnde cōiecturalis ſtatus a q̄buſdā inficialis dr̄ q̄ꝛ in eo factū negat̄. Ille refert. reſpondet. Vſum huius nomis. vt tua ꝓgenies dicar. Pignora da. ſigna ⁊ documēta preſta. Detrahe. deme eripe. Hunc errorem. hāc dubitationem. Edidit. dixit. aſſeruit. vulgauit. Veros ortus. verā originē ex me nanqꝫ vere es ortus. Queqꝫ minus dubites. ac vt minus inq̄t de hac re dubites: pete quicquid vis et habebis. Diis iuranda palus. ſtix palus eſt inferorum per quā dii iurare timēt: vt Virgilius inquit. Vix bene finierat. temerariū ac ferocē nimiūqꝫ in cupiditatibus ardētē inuit fuiſſe phaetontē.

Inqꝫ diem.ꝓ vnum diem. Ius et moderamē. poteſtatē ⁊ regimē. Alipedū.alas in pedibus habentium: hoc ē velociſſimorum. Terqꝫ q̄terqꝫ concutiēs. ſepius.cōcuſſio aūt capitis hic penitētiā: alibi ſigt̄ indignatione̅. Temeraria dixit.mea inq̄t ꝓmiſſa temeraria inconſultaqꝫ ſunt facta ꝓpter tuā dubitationē. niſi eni̅ dubitaſſes an ego tibi ſim parens:nunq̄ꝫ tibi me oīa cōceſſurū.q̄ petiſſes pollicitus eēm Tua voce. ē ablti caſus.hoc eſt ꝓpter tuā dubitationē.Utinā promiſſa liceret:vtinā inq̄t poſſem tibi ꝓmiſſa negare. Uiribꝰ iſtis.exiguis ⁊ mortalibꝰ.Sors tua.ꝯditio tua.Nō ē mortale.currꝰ nāqꝫ ſolis ē icorruptibilis.ab ipoſſibili aūt et difficili diſſuadet phebꝰ. Plus ēt q̄ꝫ qđ ſupis. hoc ē.plꝰ etiā cupis q̄ꝫ dijs ipis adipiſci ꝯcedat. Affectas. cū affectu quodā vehemēti appetis. Placeat ſibi quiſqꝫ licebit.q̄uis inq̄t vnuſquiſqꝫ deorū multū ſibi arroget: me tn̄ excepto nullus eoꝝ in ſolis curru commode poterit ꝯſiſtere.ne ipſe quidē iupiter:q̄ nihil maius nihilqꝫ potentius habet. Ignifero in axe.in curru ignē ⁊ ſolē ferente.axis aūt lignū eſt illud circa qđ rote currus vertunt. Et q̄d ioue maius habet.ac ſi dicat nihil. Ardua p̄ma via ē. cauſas enumerat:q̄bus oſ̄dit difficilimā eē currus ſolis gubernationē. Recētes. inſtaurati. integri viribus:vt q̄ per noctē q̄euerūt. ſm̄ vulgi aūt loq̄t opinionē q̄ putant ſolis eq̄s ipſumqꝫ ſolez noctu q̄eſcere. Pauida formidine.ab effectu q̄ꝛ pauidos timidoſqꝫ reddat. Moderamine. regimie ac temperamēto. Tunc etiā q̄ me.hoc quoqꝫ loco vulgi ſequit opinionē. Lōge nāqꝫ ab oceano ſp̄ eſt ſol: nec ſ̄vnq̄ꝫ mergitur:q̄uis vulgo videat. Tethys aūt oceani eſt vxor.que ſolē occidentē excipere videt. Aſſidua vertigine.reuolutione ⁊ conuerſione. Torquet.cōuertit. Sidera nāqꝫ fixa vna cū celo vertūtur.planete vero ꝯ̄ celi motū nitūt.vn̄ infert. Nitor in aduerſū.celū nāqꝫ ab oriēte in occidētē voluit:ſecūqꝫ trahit ⁊ ſolē ⁊ reliq̄s planetas.ſol v̄o vna cū alijs planetis ſuo ac naturali motu ꝯ̄ celi ꝯuerſionē nitit. hoc eſt cū quodā niſu ⁊ conatu mouet. Nec me q̄ cetera vincit ipetus.nec impetꝰ inq̄t ⁊ rapidiſſima celi rotatio q̄ oīa ſecū alia trahit me p̄t inhibere q̄ minꝰ meū naturalez motū ꝑficiā.ſed hoc minus verū eē videt.nā ⁊ alij planete cōtra mundi rotationē nitūt vt diximꝰ. Cur ḡ apollo ſe ſolū ait ab ipetu celi nō ſuparī? An et ad deterrendū a ꝓpoſito ſuo phaetontē ⁊ q̄ꝛ alij planete cū retrogradi ſunt nihil contra mundū nitunt.q̄uis autē luna nūq̄ꝫ retrocedere cogatur:interdū tamen citius interdū tardius mouet.ſol vero ſemꝑ equali motu ferri videt.eoqꝫ ſe ſolū a celi rotatione non ſuperari gloriat. Rapido orbi.celo veloci.ſigna nāqꝫ zodiaci ſol ꝑtrāſit mūdo ꝯ̄rius. Poteris ne rotatis obuius ire polis. hoc ē poteris ne ſic reſiſtere rotatōi ac celerrime ꝯuerſioni q̄ fit circa polos. ne ab ipſa ſecū traharis:ſʒ vt ei ꝯ̄rius pergas. Ne te citus auferat axis.ne vertice et polo rapidiſſimo impar ſic ab ipſo auferaris ſecūvt ne tui quidem cōpos ſis futurus Forſitā et lucos illic.fortaſſis inquit tibi perſuades illic eſſe et vrbes et deorū tēpla.ſed horū nihil eſt:iterqꝫ tibi eſt faciendū per inſidias ac ferarū figuras.

Inqꝫ diē alipedū ius et moderamen equorū.
Penituit iuraſſe patrem:qui terqꝫ quaterqꝫ
Concutiens illuſtre caput:temeraria dixit
Uox mea facta tua eſt. vtinā ꝓmiſſa liceret
Non dare.cōfiteor:ſolū hoc tibi nate negarē.
Diſſuadere lice:non ē tua tuta voluntas.
Magna petis phaeton:⁊ que nō viribus iſtis
Munera cōueniunt: nec tā puerilibus annis.
Sors tua mortalis ē:nō ē mortale qđ optas.
Plus etiā q̄ꝫ quod ſuperis cōtingere fas eſt:
Neſcius affectas.placeat ſibi quiſqꝫ licebit:
Non tamen ignifero quiſqꝫ conſiſtere in axe
Me valet excepto. vaſti quoqꝫ rector olympi
Qui fera terribilis iaculatur fulmina dextra:
Non aget hos currus.et q̄d ioue maiꝰ habet.
Ardua prima via eſt.et qua vix mane recētes
Emittuntur equi. medio eſt altiſſima celo:
Unde mare et terras ipſi mihi ſepe videre
Fit timor.⁊ pauida trepidat formidine pectꝰ.
Ultima ꝓna via eſt:et eget moderamie certo.
Tunc etiā que me ſubiectis excipit vndis
Ne ferar in preceps:tethys ſolet ipſa vereri.
Adde quod aſſidua rapitur vertigine celum:
Sideraqꝫ alta trahit: celeriqꝫ volumie torq̄t.
Nitor in aduerſum: nec me qui cetera vincit
Impetus:et rapido contrarius euehor orbi.
Finge datos currꝰ.q̄d ages.poteris ne rotatis
Obuius ire polis.ne te citꝰ auferat axis.
Forſitan et lucos illic vrbeſqꝫ deorum
Concipias animo:delubraqꝫ ditia donis
Eſſe.per inſidias iter eſt formaſqꝫ ferarum.

Utqꝫ viam teneas: nulloqꝫ errore traharis:
Per tamen aduerſi gradieris cornua tauri:
Emonioſqꝫ arcus: violentiqꝫ ora leonis:
Seuaqꝫ circuitu curuantem brachia longo
Scorpiõ: atqꝫ aliter curuãtẽ brachia cancrũ.
Nec tibi quadrupedes animoſos ignibꝰ illis:
Quos ĩ pectore hñt: quos ore et naribꝰ efflãt
In prõptu regere eſt: vix me patiũt̃: vbi acres
Incaluere animi. ceruixqꝫ repugnat habenis.
At tu funeſti ne ſim tibi muneris auctor:
Nate caue: dum reſqꝫ ſinit tua corrige vota.
Scilicet vt noſtro genitum te ſanguĩe credas:
Pignora certa petis. do pignora certa timen
Et patrio pat̃ eẽ metu ꝓbor. aſpice vultꝰ (do.
Ecce meos: vtinãqꝫ oculos in pectore poſſes
Inſerere: et patrias intus deprendere curas.
Deniqꝫ quicq̃d habet diues circũſpice mũdꝰ
Eqꝫ tot ac tantis celi terreqꝫ mariſqꝫ
Poſce bonis aliq̃d. nullã patiere repulſam.
Deprecor hoc vnũ: quod vero nomine pena
Non honor ẽ. penã phaetõ ꝓ munere poſcis.
Quid mea colla tenes blãdis ignare lacertis:
Ne dubita. dabitur: ſtygias iurauimꝰ vndas:
Quodcunqꝫ optaris: ſed tu ſapientius opta.
Finierat monitis. dictis tamen ille repugnat.
Propoſitũqꝫ ꝑmit: flagratqꝫ cupidine currꝰ.
Ergo qua licuit: genitor cuntatus ad altos
Deducit iuuenẽ vulcania munera currus.
Aureus axis erat. temo aureus. aurea ſũme
Curuatura rote. radiorũ argenteus ordo:
Per iuga chryſolithi: poſiteqꝫ ex ordĩe gẽme
Clara repercuſſo reddebant lumina phebo.

Utqꝫ viam teneas. hoc eſt vt concedã te viã tenere ac ſcire. nullũqꝫ in errorẽ caſurũ: te tamẽ ꝑ tauri cornua ire oportebit. Per cornua aduerſi tauri. oppoſiti. nã verſus orientẽ ſpectat. taurus aũt inter aſtra dicit̃ cõſtitutus: ꝙ europã incolumẽ ex phenicia tranſuexit in cretam (vt Euripides ait) Aemonioſqꝫ arcus. ſagittarium. Chiron enĩ theſſalus hippocentaurus qui eſculapiũ achillemqꝫ educauit: in ſidera fuit tranſlatus. Quidã tamen (vt inq̃t Iginus) hac de cauſa chironẽ eſſe negarũt ꝙ nemo centaurus ſagittis ſit vſus. Eſt autẽ equinis cruribus deformatus caudãqꝫ ſatyri habet. ſcribũt vero quidã hunc eẽ crotũ noĩe euphemes muſarũ nutricis filium: cũqꝫ in monte helicone habitaſſe vna cum muſis ſtudioqꝫ venatõis fuiſſe delectatũ. muſas aũt ab ioue petijſſe vt in celũ referret̃. Iouem ei crura eq̃na feciſſe ꝙ equo multũ vſus foret. ſagittas pro ingenio adiunxiſſe. caudã ſatyri in corꝑe fixiſſe: ꝙ nõ minꝰ hoc muſe q̃ꝫ liber pater ſatyris ſit delectatus. Ceterũ Ouidi. eorũ ſeq̃tur opinionẽ q̃ centaurũ eſſe aiunt. Enumerat aũt ſigna zodiaci terribiliora aſpectu. phebus q̃ facilius ab improba cupiditate regẽdi currũ ſolis filiũ deterreat. Lõgo circuitu. multũ enĩ ſpacij ſcorpius ſuis brachijs cõprehẽdit. nã (vt ſcribit Iginus) ſcorpius propter magnitudinem membrorũ in duo ſigna diuidit̃: quorũ vnius effigiẽ nr̃i librã dixerũt. ſcorpius aũt idcirco in celũ trãſlatꝰ eſſe fingit̃: ꝙ orion cũ venaretur iactare auſus eſt ſe omnia quecunqꝫ ex terra orirẽtur: interficere valere. quare terram indignatam ſcorpionem maximũ emiſiſſe: qui illum interficere conaretur. iouem autem vtriuſqꝫ admiratum ſcorpionẽ inter aſtra collocaſſe vt ſpecies eius hoĩbus documento eſſet: ne quis eorũ aliqua re ſibi confideret. dianã autem propter ſtudiũ orionis: petijſſe a ioue vt idẽ ſibi beneficiũ daret petenti: q̃d terre vltro tribuiſſet. orionẽqꝫ in celum acciperet. ita igitur fuit ꝯſtitutũ: vt cum ſcorpius orit̃ orion occidat. Atqꝫ aliter. brachia nãqꝫ ſcorpij a principio ſtatim recuruãtur. cãcri vero iuxta ſummitatem flectuntur: eoqꝫ minus ſpacij cõplectuntur. Cancer autẽ iunonis beneficio inter aſtra collocatus fert̃. ꝙ cum Hercules contra hydrã lerneam conſtitiſſet: ex palude pedem eius mordicus arripuit. quare herculẽ ꝑmotũ eũ interfeciſſe: iunonem vero inter ſidera collocaſſe. In promptu eſt. facile eſt Vix me patiũtur. me qui ſum et deus et peritus et ipſis equis notus. Funeſti. ꝑicloſi. mortiferi. Dũqꝫ res ſinit. ꝑmittit. hoc eſt dum potes. Tua vota. tuos appetitus. Inſerere. imittere Deprendere. cõprehendere. Deprecor hoc vnũ. precibus hoc vnũ ne faciã recuſo. interdũ depcari eſt valde precari. Stygias iurauimus vndas. cauſa ẽ cur ſit daturus. Propoſitũqꝫ premit. retinet propoſitũ. Flagratqꝫ cupidine currus. ardet cupiditate regendi currꝰ paterni. Ergo qua licuit. quatenus et quouſqꝫ potuit. Aureus axis erat. currũ ſolis elegãter deſcribit poeta. Chryſolythi. lapides precioſi aureũ habentes colorẽ. vnde etiã nomẽ ſortiti ſunt. chryſos enĩ aurũ lithos lapis dicitur.

Dūqꝫ ea magnanimus phaetō mirat᷑: opuſqꝫ
Perſpicit: ecce vigil nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores: et plena roſarum
Atria. diffugiunt ſtelle: quarum agmina cogit
Lucifer: et celi ſtatione nouiſſimus exit.
Tum pat᷑ vt terras mundūqꝫ rubeſcere vidit:
Cornuaqꝫ extreme velut euaneſcere lune:
Iungere equos titan velocibus iperat horis.
Iuſſa dee celeres peragūt: ignemqꝫ vomētes
Ambroſie ſucco ſaturos preſepibus altis
Quadrupedes ducūt: addūtqꝫ ſonātia frena.
Tum pater ora ſui ſacro medicamine nati
Contigit: et rapide fecit patientia flamme.
Impoſuitqꝫ come radios: preſagaqꝫ luctus
Pectore ſollicito repetens ſuſpiria dixit.
Si potes his ſaltem monitis parere parētis:
Parce puer ſtimulis: et fortius vtere loris.
Spōte ſua ꝓperāt: labor eſt inhibere volātes.
Nec tibi directos placeat via quiqꝫ per arcus.
Sectus in obliquū eſt lato curuamine limes:
Zonarumqꝫ triū contentus fine: polumqꝫ
Effugit auſtralē: iunctāqꝫ aquilonibus arctō.
Hac ſit iter. manifeſta rote veſtigia cernes.
Utqꝫ ferant equos et celum et terra calores:
Nec ꝑme: nec ſummū molire ꝑ ethera currū:
Altius egreſſus celeſtia ſigna cremabis.
Inferius terras. medio tutiſſimus ibis.
Neu te dexterior tortuz declinet ad anguem:
Ne ve ſiniſterior preſſam rota ducat ad aram:
Inter vtrūqꝫ tene. fortune cetera mādo:

Patefecit. aperuit. aurora aūt ante ſolis ortuz aerē illuſtrare: ſicqꝫ fores ediū ſuarū aperire videt᷑. Et plena roſarū atria. Ad id alludit: ꝙ homerus aurorā rhododactilon vocat. hoc eſt digitos roſis ornatos habentē Aurore nāqꝫ roſas antiquitas dicauit. Diffugiunt ſtelle. hoc quoqꝫ ex ſentētia vulgari dicitur. neqꝫ enī ſtelle diffugere pñt: cū ſint fixe. ſed adueniente aurora fulgere deſinunt. Cogit. cōgregat et ante ſe agit. lucifer enī vltimus ē q̇ deſinat fulgere ſole oriente. ꝑmuſqꝫ incipit lucere illo occidente: tuncqꝫ heſperus vocatur. Mundūqꝫ rubeſcere. Aduentu enī aurore celū rubeſcere videt᷑. vñ etiā aurora ab auro dicta ꝓhibet᷑. Euaneſcere. diſſolui ac perire. luna enī adueniente ſole deſinit ſplendere. Velocibus horis. agilibus ac cito ꝑtereūtibus. hore aūt idcirco ſolis equoꝝ curā hr̄e dicuntur: ꝙ ex curſu ſolis oriant᷑. Ambroſie ſucco. ambroſia herba ē ſuauiſſima q̄ dij veſcunt᷑ quaqꝫ imortales efficiunt᷑. ambroſia nāqꝫ imortalitas interꝑtat᷑. Cōtigit. punxit: vt feruori reſiſtere poſſent. Radios. coronā radios emittentē: quā ipſe geſtare ꝯſueuit Preſaga. ꝓnūcia. Parce ſtimulis. noli vti calcarib⁹ ⁊ flagellis ad īpellēdos eq̊s: verū ſtude ipſos fortius loris ⁊ frenis cohibere atqꝫ retinere volātes potius q̄ꝫ currētes. Nec tibi directos. q̄ iter phaetōti ſit tenēdū phebus oñdit nō enī inq̇t tibi ꝑ quiqꝫ circulos recta eſt eundū: ſed ꝑ zodiacū qui ⁊ obliqu⁹ eſt et fines triū zonarū nō egredit᷑. neutrū enī polorū attingit. Quinqꝫ ꝑ arcus. quiqꝫ circulos q̇ ⁊ zone dicunt᷑. celum enī in q̄nqꝫ circulos eq̄liter a ſe diſtātes diuiſū ē. arcticū. ātarcticū. tropicū cancri. tropicū capricorni. eq̄noctialē: quoꝝ eq̄noctialis ē medi⁹. zodiac⁹ aūt obliquus ē circulus q̇ eq̄noctialē ſecat ad tropicūqꝫ cancri ac capricorni vſqꝫ peruenit. nec ad circulos arcticuz antarcticūqꝫ procedit. Sectus in obliquū. periphraſis eſt zodiaci q̇ eſt obliquus circulus: vt diximus: et oīm latiſſimus: vt q̇ ad tropicū vſqꝫ cancri ⁊ capricorni ꝑueniat. Auſtralē polū q̇ etiā antarcticus dicit᷑ ꝙ arctico opponat᷑. Iūctāqꝫ aq̄lonibus arcton. hoc ē polum arcticū. vnde flant aq̄lones venti Arctos aūt vrſa dicit᷑: q̄ in ea ꝑte celi exiſtēs polo nomē dedit. nā iupiter caliſto lycaonis filiā a iunone in vrſā cōmutatā vna cū arcade filio in ſidera retulit. ad polūqꝫ collocauit q̇ ab arcto arcticus fuit denoīatus. Utqꝫ ferant. admonet item phebus phaetontē ne depreſſius altiuſve currū agat ne aut terras aut celum comburat. mediū autem ipſi eē tenendū. Nec ꝑme. deprime in partem inferiorē. Molire. impelle. Neu te dexterior. caue inq̇t ne aut nimiū ad ſeptentrionē verſus vbi eſt anguis rapiaris: aut ad meridiē vbi eſt deorū ara. inter hec aūt tibi eſt iter tenendū. Declinet. inclinet. deuehat. Ad anguē tortum. ad ſerpentē q̇ ad polū arcticū tortuoſus iacet. hic aūt ſerpēs dr̄ aurea heſperidū mala cuſtodiſſe: ⁊ ab hercule interfectus. a iunone inter ſidera collocatus fuiſſe. nōnulli tamen dicunt hunc draconē a gigantibus mineruę obiectū eſſe cum eos oppugnaret. mineruam vero arreptum draconē contortum ad ſidera ieciſſe et ad ipm celi axē fixiſſe. itaqꝫ adhuc ipm implicato corpore videri vt nuꝑ ad ſidera ꝓlatum. Ad arā ad polū antarcticū. ara enim in qua primū dij exiſtimantur ſacra et coniurationem feciſſe contra titanas in

celum dicitur translata ac iuxta polum antarcticum collocata. Confecta aūt a ciclopibus fuisse fingiť. inde hoīes dicunť instituisse vt cū aliquā rem efficere cogitarēt prius sacrificare deberent. Inter vtrūqȝ tene. inter vtrūqȝ spaciū inq̄t currum cōtine atqȝ coerce. Hesperio littore. atlantico: quo cū nox puenerit. relinquat terras necesse est. Non est mora libera nobis. nō est integrū nobis morari. Poscimur. ad illustrandū mūdū Et solidis etiā nunc sedibus astas. hoc est dum in terra adhuc moraris. Dūqȝ male optatos. dū inq̄t currus quos in tuū malum optasti: nondum ignarus ascendisti. Sine me. permitte me terras luce illustrare.

Que iuuet:et melius ꝙ̃ tu tibi consulat opto.
Dum loquor hesperio positas ī littore metas
Humida nox tetigit:nō ē mora libera nobis.
Poscimur:et fulget tenebris aurora fugatis.
Corripe lora manu: vel si mutabile pectus
Est tibi:consiliis nō curribus vtere nostris.
Dum potes et solidis etiā nūc sedibus astas:
Dū male optatos nondū p̄mis inscius axes:
Que tutus spectes:sine me dare lumīa terris:
Occupat ille leuem iuuenili corpore currum:
Statqȝ sup:manibusqȝ datas cōtingere habe
Gaudet:et īuito grates agit ille parēti. (nas
Interea volucres pyrois. eous et ethon
Solis equi q̄rtusqȝ phlegon hinitibus auras
Flāmiferis iplēt:pedibusqȝ repagula pulsāt.
Que postq̄ tethys fatorū ignara nepotis.
Reppulit:et facta est immensi copia celi:
Corripuere viam: pedibusqȝ per aera motis
Obstantes scindunt nebulas: pennisqȝ leuati
Pretereunt ortos iisdem de partibus euros.
Sed leue pōdus erat:nec ꝙ cognoscere possēt
Solis equi:solitaqȝ iuguȝ grauitate carebat.
Utqȝ labant curue iusto sine pōdere naues:
Perqȝ mare instabiles nimia leuitate feruntur:
Sic onere insueto vacuus dat in aere saltus.
Succutiturqȝ alte:similisqȝ est currus inani.
Quod simulac sensere:ruūt:tritūqȝ relinquūt
Quadriiuges spaciū:nec quo pri⁹ ordie currūt
Ipse pauet: nec q̄ cōmissas flectat habenas:
Nec scit qua sit iter:nec si sciat:imperet illis.
Tum primuȝ radiis gelidi caluere triones:
Et vetito frustra temptarūt equore tingi.
Queqȝ polo posita ē glaciali proxima serpēs
Frigore pigra prius:nec formidabilis vlli:
Incaluit:sumpsitqȝ nouas feruoribus iras.

Occupat. celeriter agiliterqȝ ascendit Interea volucres. currus solis a quattuor trahiť alatis equis: quibus noīa ab effectu fuere iposita. pyrois eni qui corrupte pyrous fere legiť: diciť quasi ignitus. nā pyr est ignis. pyrois autē legendū eē penultia breui et antiq̄ exēplaria ꝛ qui hoc opus e latino in grecū vertit: nobis sunt documēto. Declinať eni pyrois pyroētis: vt simois simoētis Valeri. Flaccus Et formidantē patri os pyroenta dolores. Eous ab aurora diciť Io ei est aurora. Ethon vrens interpretatur atqȝ phlegon eo ꝙ ex ore et naribus ignem emittere fingantur Hinnitibus flāmiferis. ex ore eni flammas efflare dicunť. Repagula. obstacula. repagula nāqȝ sunt (vt scribit pōpeius) que patefaciendi gratia ita fingunť vt cōtrario oppāgant hec ꝛ rapages dicuntur. Tethis. oceani vxor et clymenes mater: apud quā sol pnoctare crediť. Fatorū nepotis. eorū que fato euentura erāt phaetōti nepoti. Copia. potestas. Immensi celi. infiniti: ꝙ̃uis peripateticis finitū esse videatur. Corripuere viā. velociter currere ceperūt. Pennis. alis. Leuati. sublati. Iisdē de ptibus. de oriente. Utqȝ labant curue. hac similitudie a nauibus sumpta ostēdit poeta currū solis incōposite ac sine vllo ordine tractū fuisse: cuȝ vacu⁹ eē equis videreť. Succutiturqȝ alte. sursum valde q̄tiť. Inani. vacuo Simulac. postq̄. Ruunt. cum impetu currunt. Quadrijuges. quattuor equi vni iugo alligati q̄drijuges dicūť. Tritū spaciū. tritā viā. Nec qua prius. currebāt verbū subaudiať. Nec q̄ cōmissas. scit verbū subintelligam⁹. Cōmissas habenas. tradita ab apolline lora Impet. impare posset. Gelidi triones septētriones frigidi vt pote ad q̄s sol prius alias nūq̄ accessit. tūc aūt p̄mū calescere ceperūt: q2 solis currus illuc vsqȝ ab eq̄s: q̄s cohibere phaeton nō poterat fuit ptract⁹. triones aūt p̄sca lingua boues dicebanť. sūt aūt septeȝ stelle ad polum arcticū ita dispositeвт plaustrum efficere videanť. Et vetito eq̄re. septētriones eni nūq̄ occidunt: ideoqȝ se madefacere nō possunt Juno enim vt ipse narrat Ouidius: hoc a theti oceani vxore impetrauit: ne duas vrsas: que sunt ad polum

Solis eq

arcticū:in mare deſcendere ꝑmitteret. Queqꝫ polo. iuxta polum arcticū ſerpens eſt maxima ꝗ duas com plectitur vrſas. vnde Virgi. Circum perqꝫ duas in morē fluminis arctos. Arctos oceani metuentes equo re tingi. Boote. apoſtrophe et conuerſio ſermonis ad booten:qui plauſtrum agere videtur. bootes autem latine dicitur bubulcus. idem eſt aūt ꝗ arctophilax: ꝙ vrſe cuſtos adhibitus eſſe videtur. Et te tua plau-ſtra tenebant. retinebant. retardabāt. remorabātur. plauſtrū autē quod ⁊ ploſtrū dicitur. ſidus eſt celeſte:qđ idem cū maiore vrſa eē putat̄. ſeptē nāqꝫ ſūt ſtelle ita diſpoſite:vt due ꝗ pariles ⁊ maxime vno in loco vide-rētur pro bobus haberent̄. Reliq̄ ve-ro quinqꝫ figurā plauſtri ſimularent. Unde etiā a grecis amaxa dr̄. Ter-ras penitus penituſqꝫ iacentes. hoc ē valde depreſſas ac lōge a ſe remotas. Per tantū lumē. in tāto lumine. Jam meropis dici cupiens. filius ſubintelli gatur. merops enim clymenes fuit ma ritus. q̄ꝫ q̄ꝫ meropes hoīes dicant̄ apđ homerum: ꝙ diuiſas habeant voces. qua in ſignificatione hic quoqꝫ accipi poteſt:ac ſi diceret cupiens iam hoīs filius magis q̄ꝫ dei appellari. Ut acta Quam preceps phaeton traheret̄ pul chra ſimilitudine oſtēdit. Pinus. na uis ex pino ꝯfecta. eſt enī metonymia Cūcta frena. omnia retinacula. Pre cipiti borea. rapido ⁊ impetuoſo. Fas nō eſt. non poteſt. Proſpicit. porro ⁊ lōge aſpicit. Miracula. mōſtra. Va rio celo. varijs ſignis diſtincto. Paſ ſim. vbiqꝫ. Vaſtarū ferarū maxima-rum. vt leonis. centauri. ſcorpij. Eſt locus. ſcorpiū deſcribit ad quē cum ꝑ ueniſſet phaetō: adeo territus ē vt fre na e manibus ceciderit: qđ q̄dē cū eq̄ ſenſiſſent. ꝑ totū fere celū diſcurrerūt Cōcauat. flectit. Jn geminos arcus in duos ſimiles arcus. Duorū ſignoꝝ alterū nāqꝫ brachijs alteꝝ cauda facit nā ſcorpij chele librā conſtituere videt̄ ſcorpiū vero ipm cauda recuruande ſi gnat. Hūc puer vt nigri. poſtq̄ꝫ inq̄t phaeton puer vidit ſcorpiū ſuadentez atqꝫ cauda ictus minitantē: tāto timo re affectus eſt:vt frena remiſerit. Cur uata cuſpide. cauda reflexa. Gelida formidine. frigido timore ab effectu ꝙ hoīes frigidos reddat vt pallida mors Lora. habenas frenorū. Expatiantur eq̄. late et ſpacioſe excurrūt. Sine lege ſine ordine. Alto ſub ethere. ſub alto celo. Jncurſant. currēdo appropīquāt Jnferiuſqꝫ ſuis. merito luna admirat̄ ſolis equos infra ſuos currere. cuꝫ ſol mľto q̄ꝫ luna ſit altior. Succis adēptiſ humoribꝰ exiccatis. Caneſcūt. cana et arida fiūt. Ardet athos. altiſſimos q̄ſ-qꝫ mōtes enūerat q̄ ꝓmi ꝯflagrare ce-perūt. athos mōs ē macedonie altiſſi-mus quē nunc montē ſanctū vocant.

Te quoqꝫ turbatū memorant fugiſſe boote:
Quāuis tardꝰ eras:⁊ te tua plauſtra tenebāt.
Ut vero terras deſpexit ab ethere ſummo
Infelix phaeton penitus penituſqꝫ iacentes:
Palluit:et ſubito genua intremuere timore.
Suntqꝫ oculis tenebre per tātū lumē oborte.
Et iam mallet equos nūq̄ꝫ tetigiſſe paternos.
Jam cognoſſe genus piget. ⁊ valuiſſe rogādo.
Jam meropis dici cupiens ita fertur: vt acta
Precipiti pinus borea:cui cuncta remiſit
Frena ſuus rector:quaꝫ diis votiſqꝫ reliquit.
Quid faciat: multum celi poſt terga relictū:
Ante oculos plus eſt. animo metitur vtrūqꝫ:
Et modo:quos illi fas tum contingere nō eſt:
Proſpicit occaſus. interdum reſpicit ortus.
Quidqꝫ agat ignarꝰ ſtupꝫ:⁊ nec frena remittit
Nec retinere valet. nec nomina nouit equorū.
Sparſa quoqꝫ in vario paſſim miracula celo:
Vaſtarumqꝫ videt trepidus ſimulacra ferarū.
Eſt locꝰ in gemios vbi brachia cōcauat arcus
Scorpius:et cauda flexiſqꝫ vtrinqꝫ lacertis
Porrigit in ſpacium ſignorū membra duorū.
Hunc puer vt nigri madidum ſudore veneni
Uulnera curuata minitantem cuſpide vidit:
Mentis inops gelida formidine lora remiſit.
Que poſtq̄ꝫ ſummo tetigere iacentia tergo:
Expatiant̄ equi: nulloqꝫ inhibente per auras
Ignote regionis eunt:quaqꝫ impetus egit:
Hac ſine legerunt:altoqꝫ ſub ethere fixis
Incurſant ſtellis:rapiuntqꝫ per auia currum.
Et mō ſūma petunt. modo per decliua viaſqꝫ
Precipites ſpacio terre propiore feruntur:
Inferiuſqꝫ ſuis fraternos currere luna
Admiratur equos. cōbuſtaqꝫ nubila fumant.
Corripitur flāmis: vt queqꝫ altiſſima tellus:
Fiſſaqꝫ agit rimas:et ſuccis aret ademptis.
Pabula caneſcunt. cū frōdibus vritur arbor.

Tauruſq3 cilix. Taurus cilicie mons eſt. vt ipſe quoq3 poeta inquit. Et tinolus. tinolus qui τ tmolus a ſte phano ſcribit: τ fluuius τ mons eſt cilicie melle: vino: τ crocco abundans. vñ Virgi. libro georgicon primo. Nonne vides croceos vt tinolus odores. Ethe mõs eſt theſſalie Herculis morte rogo ſepulchro nobilis Ida. mons phrygie celeberrimus quē homerus a fontiū frequētia polypidaku vocat: qui tñ omnes tūc erant exiccati. Duas aūt eſſe ydas. alterā in phrygia. alterā in creta notiſſimū eſt. Virgineuſq3 helicō. mōs eſt beotie helicon quem idcirco virgineū Ouidius appellat. q2 muſis eſt ꝯſecratus. Et nondum oeagrius emus Emus mons thracie altiſſimus i q̄ orpheus oeagrij fluuij filius d2 a menadibus fuiſſe diſcerptus a q̄ ēt oeagrius fuit appellatus. Etna. mōs ſicilie ſp ardēs ſed tūc multomagis τ ſuo τ orbis incendio ardebat. Parnaſuſq3 biceps. mōs phocidis i duos vtices diuiſus vt i primo ipſe Ouidius ſcripſit. Et eryx. mōs eſt ſicilie veneri erycine ſacer. Et cinthus. mōs ē deli. vñ cinthius apollo vocatur. Et othrys. mons eſt theſſalie. Mimaſq3. mōs ē minoris aſie mimas haud lōge diſtās a colophone. Rhodope. mōs thratie niuoſus. Dyndima. mōs ē phrigie matri deoꝝ ſacer. vnde ipa mr̄ deoꝝ didymene fuit appellata Et mycale. mōs ē τ vrbs carie mycale. vñ mycaleſius gētile nomē deriuatur vt herodotus τ didymus ſcribūt. Natuſq3 ad ſacra citherō. mons ē beotie bacho dicatus: ad cuius orgia celebrāda natus eſſe videt. Nec ꝓſunt ſcythie. ſcithia regio ad ſeptētrionē frigidiſſima a ſcythia herculis filio ꝯgnoīata. Caucaſus ardet. mōs ē ſcythie ꝓmethei relegatōne notiſſimus. Oſſaq3 cū pindo τ olympus. mōtes macedonie altiſſimi Maior ambobus. altior. Nebulas eni3 τ ventos excedere putat. vñ Lucanus. Nubes exceſſit olympus lege deū. verticē illius accole celū vocāt. vñ factū ē vt poete olympū ꝓ celo ponāt. Erieq3 alpes. mōtes ſunt altiſſimi Italiā a gallia germaniaq3 defendētes. Apēninus. mōs ē lōgiſſimus italiā diuidēs. Currus ſuos. ſibi tanto tpe expetitos Cādeſcere. igneſcere τ inflāmari: nā cādere ꝓprie d2 ferrū ignitū. Inuoluitur. iplicat. Caligine picea. tā craſſa vt ſi picea eſſet. Sanguine tum credunt. in tranſcurſu transformationem ethiopes ethiopū exponit poeta. Ethiopes nāq3 cū antea candidi eſſent: tūc nigri fuerūt effecti. videt aūt Ouidius innuere ethiopas fuiſſe dictos q2 ſint facie ꝯbuſta. Nā opſopos facies d2 q̄q3 Plinius ethiopas ab ethiopie vulcani filio dictos narret. Tū fctā eſt libye. regio eſt africe aridiſſima ſic dicta q2 lipy vetos. hoc ē q2 deficit pluuia. vt Seruius ſcribit. vt vo Dyodorus a libya nympha epaphi vxore. Raptis. ereptis. exiccatis. Tū nymphe. quēadmodū mōtes conflagrarūt. ita etiā fontes lacuſq3 eo incēdio exiccati fuerūt. Paſſis comis. ſparſis: id qd in merore fieri conſueuit. Querit beotia dircen. beotia fōs ē dirce notiſſimus. Argos amimonē. amimone fons ē apd argos ab amimone danai argiuoꝝ regis filia: i quē ꝯuerſa fuiſſe dicit appellatus. Ephyre pyrenidas vndas. pyrene fons ē acro corinthi: q̄. vrbs ꝑus ephyre fuit appellata. Dictus ē aūt a pyrene muliere: in quē ob fletum quo filioꝝ morte affecta eſt: fingit fuiſſe cōuerſa. Nec ſortita. nō ſolum fontes exaruere. ſed etiam amnes

Materiamq3 ſuo prebet ſeges arida damno:
Parua q̄roꝝ. magne ꝑeunt cū menibus vrbes:
Cunq3 ſuis totas populis incendia gentes
In cinerem vertunt. ſilue cū montibus ardēt.
Ardet athos: tauruſq3 cilix: τ tinolus: τ ethe:
Et tum ſicca: prius celeberrima fontibus ida:
Virgineuſq3 helicon: τ nōdū oeagrius emus:
Ardet in imenſum geminatis ignibus etna:
Parnaſuſq3 biceps: τ erix: τ cinthus: τ othrys:
Et tandē niuibus rhodope ca[ri]tura: mimaſq3
Didimaq3: τ micale: natuſq3 ad ſacra citherō.
Nec ꝓſunt ſcythie ſua frigora. caucaſus ardet:
Oſſaq3 cū pindo: maiorq3 ambobus olympus.
Erieq3 alpes: τ nubifer appenninus.
Tum vero pheton cunctis e ptibus orbem
Aſpicit accenſum. nec tantos ſuſtinet eſtus:
Feruenteſq3 auras velut e fornace profunda
Ore trahit: curruſq3 ſuos candeſcere ſentit.
Et neq3 iam cineres eiectatamq3 fauillam
Ferre poteſt: calidoq3 inuoluit vndiq3 fumo.
Quoq3 eat: aut vbi ſit: picea caligine tectus
Neſcit: τ arbitrio volucrum raptatur equoꝝ
Sanguine tum credūt i corpa ſumma vocato
Ethiopum populos nigrum traxiſſe colore3.
Tum facta eſt libye raptis humoribus eſtu
Arida. tum nymphe paſſis fonteſq3 lacuſq3
Defluere comis. querit boeotia dyrcen
Argos amymonen. ephyre pyrenidas vndaſ.
Nec ſortita loco diſtantes flumina ripas
Tuta manent. medius tanais fumauit i vndis

latiſſimi ſunt exiccati. Tanais. fluuius eſt ſcythie maximus europam ab aſia diuidens. Peneuſqꝫ ſenex. fluuius eſt theſſalie. vt in p̄mo vidimꝰ. Teuthranteuſqꝫ caicus. caicus fluuius eſt miſye teuthrantiā irrigans regionē. vñ ꝛ teuthranteꝰ cognoiat. Teuthrāta aūt vrbs myſſie a teuthrante q̄ ex auge telephū ſuſcepit appellata. vñ nomē gentile teuthranius ꝛ teuthrantius declinat. Et celer iſmenos. fluuius eſt beotie ab iſmeno pelagi filio denoiatus. Cū phocaico erimantho. erimātis phocidis ē fluuiꝰ ꝛ arcadie mōs. Arſuruſqꝫ iterꝝ xanthus. fluuius eſt troie qui olim tp̄e belli troiani iterū inflāmatus eſt p̄cibꝰ veneris in achillem vt in iliade narrat Homerus.

Flauuſqꝫ lycormas. fluuius eſt etolie flauas voluēs harenas. de quo etiam Seneca. Flauꝰ rapido fonte lycormas hic euenus poſtea ab eueno qui ſe i eū p̄cipitauit fuit appellatus. Quiqꝫ recuruatis. meander fluuius eſt phrygie qui adeo ſinuoſis labit fluxibꝰ: vt iter dum i fontē reuerti velle videat. Migdoniuſqꝫ melas. fluuius eſt mygdonie q̄ oues nigras efficere dicit. vñ ꝛ nomē accipit melas. n. dicit niger. Et tenareus eurotas. fluuiꝰ eſt laconie iuxta tenarū p̄montoriū in mare exiēs. Arſit ꝛ euphrates babylonius. Euphrates fluuius eſt maioris armenie maximus: qui babylonem in duas diuiſit partes atqꝫ in mare rubrum deſcendit. Arſit orontes. fluuius eſt ſyrie ex lybano monte decurrens. Termodoonqꝫ citus. fluuius eſt aſie iuxta quē amazones olim habitauere. Gāges flu. indie notiſſimꝰ. Et phaſis. flu. eſt Colchoꝝ vñ phaſiani ſunt dicti. Et hiſter. flu. pannonie q̄ et danubius dicitur. Alpheꝰ. fluuiꝰ edilis iuxta piſā vrbē decurrēs: q̄ abſorptus a terra ſubter mare in fontē arethuſam apud ſyracuſas influit. vñ Virg. tertio eneid. ſic ſcribit. Alpheū vt fama eſt huc elidis amnē Occultas egiſſe vias ſubter mare: qui nūc ore arethuſa tuo ſiculis confundit vndis. Ripe ſperchiades. ſperchij fluuij theſſalie velociſſimi qui i maliacū ↄfluit ſinū. Quodqꝫ ſuo tagus. flu. hiſpanie aureas vehens harenas q̄ tūc incēdio liqueſcebant. Tres autem ſunt fluuij aureas ducētes harenas. Pactolus. Hermus. Tagus.

Peneuſqꝫ ſenex: teuthranteuſqꝫ caicus:
Et celer iſmenos cum phocaico erimantho:
Arſuruſqꝫ iterū xanthus: flauuſqꝫ lycornas:
Quiqꝫ recuruatis ludit meandrus in vndis:
Mygdoniuſqꝫ melas: ꝛ tenareus eurotas:
Arſit ꝛ euphrates babiloniꝰ. arſit orontes:
Thermodoonqꝫ citꝰ: gāgeſqꝫ: ꝛ phaſis: ꝛ hyſter:
Eſtuat alpheus. ripe ſperchiades ardēt
Quodqꝫ ſuo tagꝰ amne vehit fluit ignibꝰ aurū.
Et que meonias celebrarunt carmine ripas
Fluminee volucres medio caluere cayſtro.
Nilus in extremum fugit perterritus orbem:
Occuluitqꝫ caput: qđ adhuc latꝫ. hoſtia ſeptē
Puluerulēta vacant. ſeptē ſine flumīe valles
Sors eadē iſmarios hebrū cū ſtrymōe ſiccat:
Heſperioſqꝫ ānes rhenū rhodanūqꝫ padūqꝫ
Cuiqꝫ fuit rerum permiſſa potentia tybrim.
Diſſilit oē ſolū: penetratqꝫ i tarthara rimis
Lumen: ꝛ infernū terret cum coniuge regem.
Et mare cōtrahitur: ſicceqꝫ ē campꝰ harene
Qđ mō pontꝰ erat: quoſqꝫ altū texerat equor
Exiſtunt montes: ꝛ ſparſas cycladas augent.
Ima petūt piſces: nec ſe ſuper ethera curui
Tollere cōſuetas audent delphines i auras.
Corpora phocaꝝ ſummo reſupina p̄fundo
Exanimata iacent. ip̄m quoqꝫ nerea fama eſt:
Doridaqꝫ ꝛ natas tepidis latuiſſe ſub vndis.
Ter neptunus aquis cū turno brachia vultu

Et q̄ meonias ripas. lydie fluuioꝝ. nā lydia a meone fluuio meonia fuit appellata. Medio cayſtro. cayſter fluuiꝰ eſt aſie p̄ter aſiā paludē labens: vñ Virg. georg. j. ſcribit. Iā varias pelagi volucres ꝛ q̄ aſia circum. Dulcibꝰ in pratis rimātur ſtagna cayſtri. Cayſter aūt dicꝰ putat apo tu keeſche hoc ē amburi: q̄m p̄pinquus ſit katakekaſmeus q̄ ps eſt aſie p̄torrida ꝛ deuſte ſi'kis nulla p̄ter vitē arbore. ſꝫ vino p̄ſtantiſſimo qđ Pliniꝰ Catacecaumeniten ex hac origine denoiauit. Fluminee volucres cygni flumīa incolētes. Nilꝰ. fluuiꝰ ē egypti: cuiꝰ origo ignorat: idcircoqꝫ ꝛ tūc caput occuluiſſe: ꝛ nūc q̄ꝫ latere ait. Vacāt. vacua ſūt aqua. Septē ſine flumīe valles. ſeptē inq̄t nili hoſtia valles ſine aq̄ ſunt effecte. Sors eadē iſmarios. eadē inq̄t ſorte hebrus ac ſtrymō thracie fluuij ſiccātur. Heſperioſqꝫ amnes. occidētales. Nā rhenꝰ fluuius ē galliā a germania diuidēs. Rhodanꝰ ꝯo gallie fluuiꝰ. Padus italie q̄ etiā eridanꝰ vocat. Tybrim. tybris fluuiꝰ ē tuſcie p̄ mediā rhomā labēs. Infernū regē. plutonē cū p̄ſerpina vxore. Exiſtūt mōtes. extāt ꝛ apparēt ac extra aq̄s ſtāt. Et ſparſas cycladas. augēt. Cyclades inſule ſunt egei in orbē diſpoſite. vñ etiā cyclades ſunt dicte cyclos nāqꝫ circulus dr̄. Scopuli ergo q̄ tū e mari extabāt: cycladū numeꝝ augebāt. Nec

ſe ſuꝑ ethera curui. Tūc inq̄t Delphines nō audebāt ſe i aerē iactare ꝓpter nimiū ardorem: qđ natura facere cōſueuerunt. Corpora phocarum. phoce vituli dicūtur mariti: qđ boum imitanť mugitum. Exaniāta ꝑturbata. aut certe exanima ⁊ mortua. Ipm q̄ʒ nereia. Nereus deus marinus Dorida vxorē habens: ex q̄ magnam nympharū multitudinē ſuſtulit. Exerere aquis. emittere extollere ex aquis. Ignes aeris. feruores aeris ⁊ eſtus. Alma tñ tellus. alma ab alendo dicit̄: ꝓpriumq̄ʒ eſt terre epitheton. naʒ omnia alit ac nutrit animantia. Tellus dea ipius eſſe dicitur. terre. nam terra ipm eſt elementum.

Exerere auſus erat. ter non tulit aeris ignes.
Alma tamē tellus: vt erat circūdata ponto
Inter aquas pelagi cōtractoſq̄ʒ vndiq̄ʒ fōtes:
Qui ſe condiderant in opace viſcera matris:
Suſtulit omniferos collo tenuſ arida vultus:
Oppoſuitq̄ʒ manū fronti: magnoq̄ʒ tremore
Omnia cōcutiens paulum ſubſedit: ⁊ infra
Quā ſolet eſſe fuit: ſacraq̄ʒ ita voce locuta eſt.
Si placʒ hoc: meruiq̄ʒ: q̄d o tua fulmia ceſſant
Summe deum: liceat periture viribus ignis:
Igne perire tuo: clademq̄ʒ auctore leuare.
Vix equidē fauces hec ipa in verba reſoluo.
Preſſerat ora vapor. toſtos en aſpice crines:
Inq̄ʒ oculis fumum. volitant ſuꝑ ora fauille.
Hos ne mihi fructus: hūc fertilitatis honorē
Officiiq̄ʒ refers: ꝙ adunci vulnera aratri
Raſtrorumq̄ʒ fero. totoq̄ʒ exerceor anno:
Qđ pecori frondes: alimentaq̄ʒ mitia fruges
Humano generi: vobis quoq̄ʒ thura miſtro:
Sed tamē exitiū fac me meruiſſe: quid vnde:
Quid meruit frater: cur illi tradita ſorte
Equora decreſcūt: ⁊ ab ethere lōgius abſunt.
Quod ſi nec fratris: nec te mea gratia tangit:
At celi miſerere tui circumſpice. vtrinq̄ʒ
Fumat vterq̄ʒ polus: quos ſi violauerit ignis
Atria veſtra ruent. atlas en ipſe laborat:
Vixq̄ʒ ſuis humeris candenteʒ ſuſtinet axem.
Si freta. ſi terre pereunt. ſi regia celi:
In chaos antiquū cōfundimur. eripe flāmis.
Si quid adhuc ſuꝑeſt: ⁊ rerū conſule ſumme.
Dixerat hec tellus. neq̄ʒ enī tolerare vaporem
Vlterius potuit: nec dicere plura: ſuumq̄ʒ
Retulit os in ſe: ꝓpioraq̄ʒ manibus antra.
At pater omnipotēs ſuperos teſtatꝰ: ⁊ ipm
Qui dederat currus: niſi opē ferat: oīa fato
Interitura graui: ſummā petit arduus arceʒ:

Vt erat circūdata pōto. Oceano. Pontus enim interdum ſpeciale nomen eſt ⁊ ſ̄cat euxinū. interdum generale cū ꝓ mari accipit̄. Cōctractoſq̄ʒ vndiq̄ʒ fontes. ex omni loco cōgregatos atq̄ʒ coactos: ob nimium enī eſtū fontes omnes in ima terre refugerant: ne penitus exiccarent̄. Suſtulit omniferos. elegās ꝓſopopeia q̄ terre inanimate rei ⁊ ꝑſonam ⁊ ſermoneʒ attribuit poeta. Omniferos. oīa ferentes ⁊ ꝓducētes. Collo tenꝰ. vſq̄ʒ ad collū. Paulū ſubſedit. paulūʒ terremotu depſſa eſſe videt̄: quod fieri nequit: cū mūdi ſit centrū: ⁊ vndiq̄ʒ equaliter a celo diſtet. Si placʒ hoc meruiq̄ʒ. Telluris cōqueſtio eſt ad iouem: ſic aperta ⁊ clara vt nullā fere admittat expoſitiōeʒ. Tuo igne. tuo fulmine. Clademq̄ʒ auctore leuare. leuē facere ꝓ quo verbo imperiti alleuiare vtūtur. ille vero calamitates minꝰ egre ac leuius ferūtur: quarū auctores magni ſunt atq̄ʒ potentes. Vix equidem. cum difficultate inq̄t hec paucula eloqui poſſum. Preſſerat ora vapor. parentheſis poeta: quā terre q̄relis inſerit. Raſtrorūq̄ʒ fero. raſtra inſtrumēta ſunt ruſtica quibus agri coluntur. Exerceor. defatigor. Vobis q̄ʒ thura miniſtro. thure in ſacrificijs nō mōnos: ſed ꝑſci q̄ʒ vtebantur. Thus autē apothyin. hoc eſt a ſacrificando deriuatur. Eſt enī vocabulū grecū non latinuʒ vt quidam ſcribūt. q̄ a tundendo putant deduci cū a grecis thys dicat̄. Quid meruit frater. neptunꝰ cui ſorte in mundi diuiſione maria obtigerunt. Fumat vterq̄ʒ polus. duobus polis q̄ ⁊ vertices dicunt̄: celū ſuſtinet̄ qui ſi fuerint cōbuſti: caſurū eſt celum Atlas en ipe laborat. atlas mōs eſt mauritanie: qui celū ideo ſuſtinere fingitur ꝙ ꝑmꝰ oīm aſtrologica ſcrutari cepit. Candētem axem. ardentē polum. Et rerū cōſule ſumme. hoc ē vide ne rerū ſūma pereat ac genera reꝝ ꝑdant̄. Propioraq̄ʒ manibus antra. hoc ē ſpelūcas inferis ꝓpiores. ſūt. n. manes aīe mortuoꝝ: a mano ꝙ bonū antiq̄ dicebant katantiphraſin appellari. At pater omps ſuꝑos teſtatus. iupiter inq̄t cū in teſtimoniū ⁊ alios deos ⁊ ipm apollinem adduxiſſʒ

totum mundum incendio periturum: niſi auxilium ferat. Phethontem flumine ꝑcuſſit ac incendium fulmine compeſcuit. Et ipm̃ qui dederat currus. apollinem. Unde. ex q̃ arce. Inducere nubes. immittere nebulas. Latis terris. late patentibus terris. Miſit in aurigam. phethontem currus ſolis aurigam ⁊ rectorem. Conſternunt̃ eq̃. terrent̃. Illic temone repulſ⁹ axis. axis lignũ illud ē circa qđ rote currus vertũtur. Ueſtigia. ſigna ⁊ partes. Laceri currus. lacerati atqꝫ diſſipati. Flamma populante. igne comburẽte. Tunc eñ ignis populari aliquid dicit̃ quãdo comburit. Uoluitur in preceps. hoc eſt in caput cadit.

Ut interdum de celo. pulchra ſimilitudine caſum phethontis demonſtrat Scite autem ſcribit. Nam q̃uis ſtelle interdum cadere videãtur: tamen nunq̃ꝫ cadunt. Quem ꝓcul a patria. longe enim italia paduſqꝫ ab ethiopia diſtat. Eridanus. fluuius eſt italie qui alio nomine dicitur padus. Naiades heſperie. nymphe italie ac occidẽtales

Trifida flamma. fulmine. qđ ita pingebatur vt trifidum ⁊ in tris partes fiſſum videretur. Ut eñ tridens neptuno: ſic trifidum fulmen attribuitur Ioui. Signant quoqꝫ carmine ſaxũ. cippo ⁊ ſepulchri ſaxo epithaphiũ inſcribunt. Hic ſitus eſt. poſitus ⁊ ſepult⁹ Eſt autem epithaphium in phethontem. Tenuit. tenere nõ potuit. Magnis tamen excidit auſis. hoc eſt magna tamen aggredi auſus eſt: qđ quidem abunde pulchrũ atqꝫ magnificũ eſt. vt Plinius ait. At pater. apollo.

Miſerabilis. miſerãdus. Egro luctu. ab effectu luctus dicitur eger: qꝛ egros ⁊ meſtos reddat. Obductos. velatos coopertos. Aliquis vſus. aliqua vtilitas. Lugubris. pullis veſtibus: que luctui conueniunt induta.

Et amens. exanimata perturbata.

Totum percenſuit orbem. ꝑagrauit totum terrarum orbem. Exanimes artus primo. cadauer filij ⁊ mẽbra mortua ꝓ̃mum querens. Mox. deinde.

Condita. ſepulta. Incubuitqꝫ loco ſepulchro ſe ꝓſtrauit. Aperto pectore. nudo. Nec minus heliades. ſolis filie heliades dicũtur apo tu iliu hoc ē a ſole: que etiam a fratre phethontiades fuerũt appellate: earũ nomĩa ſunt phe:uſa. Lampetia. phebe: que cũ fratrem ꝑ quattuor menſes aſſidue fleuiſſent: tandem iouis miſericordia in populos arbores. Lachryme vero ipſaꝝ in electra ⁊ ſuccina conuerſe fuerunt

Et ceſe pectora palmis. cedẽtes et ꝑcutiẽtes pectora. Eſt eñ ſynegdoche poetica. Aſternunturqꝫ ſepulchro. hoc eſt ſtrate ſuper ſepulchro iacẽt. Luna quater iunctis. hoc ē quattuor mẽſes tranſierant. Nam ſingulis quibuſqꝫ menſibus luna repletur.

Unde ſolet nubes latis inducere terris:
Uñ mouet tonitrus: vibrataqꝫ fulmĩa iactat.
Sed neqꝫ quas poſſet terris inducere nubes
Tũc habuit: nec quos celo demitteret imbres
Intonat: ⁊ dextra libratum fulmen ab aure
Miſit in aurigam: pariterqꝫ animaqꝫ rotiſqꝫ
Expuit: ⁊ ſeuis compeſcuit ignibus ignes.
Conſternuntur equi: ⁊ ſaltu in cõtraria facto
Colla iugo eripiũt: abruptaqꝫ lora reliquũt.
Illic frena iacent. illic temone reuulſus
Axis. in hac radii fractarum parte rotarum:
Sparſaqꝫ ſunt late laceri veſtigia currus.
At pheton rutilos flãma populãte capillos:
Uoluitur in preceps: longoqꝫ per aera tractu
Fertur: vt interdum de celo ſtella ſereno:
Et ſi non cecidit: potuit cecidiſſe videri.
Quem procul a patria diuerſo maxim⁹ orbe
Excipit eridanus: fumantiaqꝫ abluit ora.
Naiades heſperie trifida fumantia flamma
Corpa dãt tumlo: ſignãt quoqꝫ carmĩe ſaxũ.
Hic ſitus eſt phethon currus auriga paterni:
Quẽ ſi nõ tenuit: magnis tamẽ excidit auſis.
At pater obductos luctu miſerabilis egro
Condiderat vultus: ⁊ ſi modo credimus: vnũ
Iſſe diem ſine ſole ferunt. incendia lumen
Prebebant: aliquiſqꝫ malo fuit vſus in illo.
At clymene poſtqꝫ dixit: quecunqꝫ fuerunt
In tantis dicenda malis: lugubris et amens
Et laniata ſinus totum percenſuit orbem:
Exanimes artus primo: mox oſſa requirens.
Repperit oſſa tamen peregrina cõdita terra:
Incubuitqꝫ loco: nomenqꝫ in marmore lectũ
Perfudit lachrymis: ⁊ aperto pectore fouit.
Nec minus heliades lugent. ⁊ inania morti
Mũera dãt lachrimas: ⁊ ceſe pectora palmis
Non auditurum miſeras phethõta querelas
Nocte dieqꝫ vocãt: aſternunturqꝫ ſepulchro.
Luna quater iunctis implerat cornibus orbẽ.

Nam mortem fecerat vſus.parentheſis eſt qua ſignificatur ex aſſiduo vſu ꝯſuetudinem plangendi phaethontis ſororibus fuiſſe factā. Equis.phaetuſa ſororꝝ. Phaetuſa filia fuit ſolis ex neera nympha. Eſt autē q̄driſyllabū nomē nō triſyllabū:vt q̄dā putāt.Interp̄tatᷣ phaetuſa ſplēdēs. Terre ꝓcūbere.ſe ī terrā ꝓſternere. Diriguiſſe pedes.rigidos ⁊ duros eē factos. Cādida lāpetie.phaetuſe ſoror q̄ fulgēs trāſferri p̄t. Lāpo eī fulgeo dr̄. Subita radice.ſubito nata. Laniare.lacerare. Inguina.pudēda. Ambit.circūdat. Extabāt.ex corticē ſtabāt. Manāt.defluūt. Saucia.vulnerata. Iamqꝫ vale.verbum eſt vale quo recedentes ſalutamꝰ. Cortex in v̄ba nouiſſima venit.hoc eſt Cortex os obducens verba heliadum vltima occupauit. Inde fluunt.ab illis arboribus. Rigeſcunt.rigida ac dura ſunt. Electra.q̄ ⁊ ſuccina dicuntᷣ qꝫuis nuſq̄ꝫ circa padum inueniātur.Electrum ē etiam genus metalli ex auro ac quinta argenti portione cōſtantis.vt ſcribit plinius in trigeſimotertio naturalis hiſtorie libro.cuius natura eſt ad lucernaꝝ lumina clarius argento lucere. Nuribus latinis.italis mulieribꝰ. Affuit huic monſtro.cygnus ſteneli filiꝰ rex ligurie phaethōti ⁊ ſanguie materno ⁊ ſumma beniuolentia deuīctus:cum relicta liguria ad padi ripas veniſſet. multūqꝫ amici caſūm defleſſet.ī auē ſui nominis fuit commutatus que ignes peroſo aquas ſibi elegit incolendas. Affuit.interfuit. Huic mōſtro. quo heliades in populos arbores.ipſarum autem lachryme in electra fuere conuerſe. Proles ſteneleia.progenies ſtenelei. Nam liguruz populos Liguria italie regio eſt iter amnes varum ⁊ macrem ſita:thuſcie cōtermina cuius caput genua eſt vn̄ liguſtica ora fuit ꝯgnomīata. Liguria āt a liguſto phaetōtis filio fertᷣ ꝯgnoīata.Illiꝰ incole ligures appellantᷣ. Cū vox ē tenuata:tenuis ac ḡcilis facta. Caneqꝫ capillos diſſimulant plume.capilli inq̇t cani in plumas itidem canas fuere cōuerſi. Porrigitur.ꝓlongatur. Iunctura copulatio.nā ſignoꝝ digiti ⁊ rubēt ⁊ quadā cartilagine iūgūtur. Tenet os ſine acumine roſtrū.os inquit in roſtrū obtuſum ac ſine vllo acumīe fuit ꝯuerſuz. Nec ſe celoqꝫ iouiqꝫ credit.hoc eſt.nec ſe aeri etheri,veꝯmittit Hoc aūt idcirco fingitᷣ q: cygni nunq̄ꝫ altius volant. Miſſi ignis.iacti fulminis. Ignēqꝫ peroſus.odio ignem habens. Squallidus interea genitor Merorē deſcribit phebi:quē ⁊ phaethontis filij morte conceꝑat:quo ꝯcinnius transfiguratiōem caliſtonis et arcadis īuv̄ſas exponat. Et expers ſui decoris.ſine parte ſui ſplendoris et ornatꝰ. Qualis cū deficit orbi.tūc.n.obſcurꝰ eē videtᷣ cū illiꝰ lumē terris auferᷣ

Ille more ſuo(nam morem fecerat vſus)
Plangorem dederāt:equis phetuſa ſororum
Maxima cū vellet terre ꝓcumbere:queſta eſt
Diriguiſſe pedes:ad quam conata venire
Candida lampetie:ſubita radice retenta eſt.
Tertia cum crinem manibus laniare pararet:
Auellit frondes.hec ſtipite crura teneri.
Illa dolet fieri longas ſua brachia ramos.
Dumqꝫ ea mirantᷣ:cōplectitᷣ inguina cortex.
Perqꝫ gradꝰ vterꝝ pectuſqꝫ hūeroſqꝫ manuſqꝫ
Ambit:⁊ extabāt tantū ora vocātia matrem.
Quid faciat mater:niſi quo trahit īpetꝰ illam:
Huc eat atqꝫ illuc:⁊ dum licet oſcula iungat:
Nō ſatis eſt.truncis auellere corꝑa temptat:
Et teneros manibus ramos abrupit. at inde
Sanguinee manant tanqꝫ de vulnere gutte.
Parce precor mater:q̄cūqꝫ eſt ſaucia clamat.
Parce p̄cor.noſtrū laceratur in arbore corpꝰ.
Iamqꝫ vale.cortex in verba nouiſſima venit.
Inde fluūt lachryme:ſtillataqꝫ ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis:que lucidus amnis
Excipit:⁊ nuribus mittit geſtanda latinis.
Affuit huic mōſtro ꝓles ſteneleia cygnus:
Qui tibi materno qꝫuis a ſanguine iunctus:
Mente tamen pheton ꝓpior fuit.ille relicto
(Nā ligurū populos ⁊ magnas rexerat vrbes)
Imperio ripas virides amnemqꝫ querelis
Eridanū impleratːſiluamqꝫ ſororibus auctā.
Cum vox eſt tenuata viro:caneqꝫ capillos
Diſſimulant plume:collumqꝫ a pectore longe
Porrigitur:digitoſqꝫ ligat iūctura rubentes.
Pēna latꝰ velat.tenet os ſine acumīe roſtꝝ.
Fit noua cygnus auis:nec ſe celoqꝫ iouiqꝫ
Credit:vt iniuſte miſſi memor ignis ab illo.
Stagna petit patuloſqꝫ lacus:ignēqꝫ peroſus
Que colat:elegit cōtraria flumina flammis.
Squallidꝰ interea genitor phetōtis ⁊ expers
Ipſe ſui decoris:qualis cum deficit orbi:

Datqꝫ animū in luctus.luctibus indulget. Officiūqꝫ negat mūdo.ait se nolle mūdo bñficiū ꝑstare ipm illustrando. Satis inquit ab eui.ita ꝯquerit phebus:vt iouē in inuidiā odiūqꝫ trahat. Ipe agat.inuidiose ac si diceret.qui tam potens terribilisqꝫ est. Tentat.tenet retinet.Est eñ a teneo deriuatū:eo ꝙ p n scribitur.nam tempto qđ experiri significat a tenēdo deduci videtur. Orbatura.filijs ꝓuatura.Orbare nāqꝫ est aliq̄ re cara:vt sunt filij atqꝫ oculi ꝓuare.vñ orbi oculis filijsue aut ꝑentibus ꝓuati dicūtur. Tunc sciet ignipedū. ordo est ꝛ sensus.tūc iupiter exꝑtus vires ignipedū ꝛ velociū equoꝝ sciet eū qui illos bene nō rexerit mortem non meruisse. Missos ignes.missa fulmia in phaetontē. Regaliter.iperiose ac eo iure qđ hñt reges

Esse solet:lucemqꝫ odit:seqꝫ ipse diemqꝫ:
Datqꝫ animū in luctus:ꝛ luctibꝰ adiicit iram:
Officiumqꝫ negat mūdo.satis inquit ab eui
Sors mea principiis fuit irrequieta:pigetqꝫ
Actorum sine fine mihi sine honore laborum.
Quilibet alter agat portantes lumina currꝰ.
Si nemo est:omnesqꝫ dii nō posse fatentur.
Ipe agat:vt saltē dū nostras tentat habenas
Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
Tūc sciet ignipedū vires expertus equorum
Non meruisse necem:qui nō bene rexerit illos
Talia dicentem circūstant omnia solem
Numina:neu velit tenebras inducere rebus:
Supplice voce rogāt.missos quoqꝫ iupiter ig (nes
Excusat.ꝑcibusqꝫ minas regaliť addit.
Colligit amentes ꝛ adhuc terrore pauentes
Phebus equos.stimuloqꝫ dolēs ꝛ verbere se (uit
Seuit eñ:natūqꝫ obiectat ꝛ imputat illis
At pater omnipotēs ingentia menia celi
Circuit:ꝛ nequid labefactum viribus ignis
Corruat explorat.que postqꝫ firma suiqꝫ
Roboris esse videt:terras hoīumqꝫ labores
Perspicit.arcadie tamen est impensior illi
Cura sue:fontesqꝫ ꝛ nondum audentia labi
Flumina restituit.dat terre gramina.frondes
Arboribus:lesasqꝫ iubet reuirescere siluas.
Dum redit itqꝫ frequēs:in virgine nonacrina
Hesit.ꝛ accepti caluere sub ossibus ignes.
Non erat huius opus lanam mollire trahēdo
Nec positas variare comas.sed fibula vestē.
Uitta coercebat neglectos alba capillos.
Et modo leue manu iaculū.mō sūpserat arcū
Miles erat phebes.nec menalon attigit vlla
Gratior hac triuie.sed nulla potentia lōga ē.

Uerbere.flagello ꝛ scutica. Seuit. furit ac seuiciā in eq̄s nihil mali meritos exercet. At pater omps.hec idcirco a poeta narranť q̄ cōmodius calistꝰ ꝛ arcadis mutationē in sidera cū superiore metamorphosi ꝯnectat. Explorat.diligēter inq̄rit. vñ exploratores q̄ hostiū ꝯsilia scrutanť. Impēsior.maior. Sue arcadie.a se amate. In virgine nonacrina.virginē.nonacrinā appellat calistonē lycaonis filiā:quaꝫ cū vidisset iupiter.ita excellenti eius pulchritudine captus est:vt cū blandicijs ea potiri nō posset:se finxerit esse Dianam cuiꝰ calisto fidissima comes erat

Calisto i vrsam

Hac igiť arte ꝯpressa ab ioue cū arcadem peperisset:in vrsam ab iunone ne iterū ioui placeret:cōuersa est. Eaꝫ vero cū filius arcas iam adultus ī venatione ferire vellet:miseratione Iouis ambo in sidera fuerūt translati : ac iuxͣ polū q̄ ab ipis arcticus fuit ꝯgnominatus collocati.qđ quidē cū iuno aīaduertisset:tethyn nutricē rogauit:ne vnq̄ꝫ ꝑmitteret eas in mare descēdere.iō qꝫ septētriones nunq̄ꝫ occidere dicunť Sane hyginus varias ꝑscoꝝ de calistus mutatione refert opiniones quas si q̄s ad huiꝰ fabule expositiōem aliq̄d ꝯferre putabit:illic sumat licebit. In virgine nonacrina.nonacris ꝛ vrbs et mons est arcadie:vñ nonacrinꝰ declinatur. Hesit.fixus est. Accepti ignes.amores concepti.Ignis.n.frequēter ꝓ amore poniť a poetis:vt nanqꝫ ligna ꝯburūtur igne:sic iuuenū corda amore dicūtur ardere. Caluere.inflammati fuere. Lanam mollire.filare ac subigere lanam. Positas comas. dispositas ornatas. Uariare.varijs coloribus ornare.Id qđ lasciue virgines maxime facere solent. Sed fibula.cīgulū a ꝑte nanqꝫ intelligimus totum. Uitta alba. tegmen est capitis vitta qua mulieres continent capillos. Alba.non varioꝝ coloꝝ. qualibus lasciue ꝟgines delectanť. Neglectos capillos.impexos :inornatos. Coercebat.ꝯstrigebat. Miles erat phebes.diane q̄ eadē cū luna eē putať. Nec menalō attigit vlla. menalꝰ mōs arcadie celeberrimꝰ. Triuie.diane q̄ ī triuijs coli ꝯsueuerit. Sꝫ nulla potētia lōga ē/sniā gñalis

que in dies verioꝛ eſſe ꝓbatur. Ulterius ſpaciū.meridiē iam ꝑtranſiſſe ſignificat. Sol eñ vlterius medio ſpaciū celi tūc tenere dicit:cū maioꝛ pars diei ꝑteriuit. Quod nulla ceciderat etas.innuit nemus illd vm=broſiſſimū opaciſſimūq₃ fuiſſe:vt cuius arboꝛes nullo vnq̄₃ tempꝛe fuerant ceſe. Nulla etas.nullius etatis hoīes. Cōtinens.eñ ꝓ ꝯtento ꝑ metonymiam frequēter ponitur a poetis. Exuit hic.depoſuit illic ⁊ in il lo nemoꝛe pharetrā. Eſt eñ aduerbiū ꝓ aduerbio poſitū. Lentoſq₃ retendit arcus.flexibiles arcus remi=ſit. Arcus eñ niſi retendantur molles efficiūtur. vt ipſe in epl'is inquit. Si nunq̄₃ ceſſes tendere mollis erit.

Ulterius ſpacium medio ſol altus habebat:
Cū ſubit illa nem⁹:qđ nulla ceciderat etas.
Exuit hic humero pharetrā:lentoſq₃ retendit
Arcus inq₃ ſolo qđ texerat herba iacebat:
Et pictam poſita pharetrā ceruice premebat.
Jupiter vt vidit feſſam:⁊ cuſtode vacantem:
Hoc certe furtum cōiunx mea neſciet inquit:
Aut ſi reſcierit:ſunt oh ſunt iurgia tanti:
Protinus induitur faciem cultumq₃ diane.
Atq₃ ait:o comitum virgo pars vna mearum
In quibus es venata iugis:de ceſpite virgo
Se leuat:⁊ ſalue numen me iudice dixit:
Audiat ipſe licet:maius ioue.ridet ⁊ audit:
Et ſibi p̄ferri ſe gaudet:et oſcula iungit
Nec moderata ſatis.nec ſic a virgine danda.
Qua venata foret ſilua narrare parentem
Impedit amplexu:nec ſe ſine crimine prodit.
Illa quidē cōtra:q̄₃tum modo femina poſſet:
Aſpiceres vtinam ſaturnia.mitioꝛ eſſes.
Illa quidē pugnat.ſed que ſuꝑare puella:
Quis ve iouē poterat:ſuperū petit ethera vi=
Jupiter.huic odio nem⁹ ē:⁊ ꝯſcia ſilua. (ctoꝛ
Unde pedē referens pene eſt oblita pharetrā
Tollere cum telis:⁊ quem ſuſpenderat arcū.
Ecce ſuo comita choꝛo dictynna ꝑ altum
Menalon ingrediēs ⁊ cede ſuꝑba ferarum
Aſpicit hanc:viſamq₃ vocat:clamata refugit.
Et timuit primo ne iupiter eſſet in illa.
Sed poſtq̄₃ pariter nymphas incedere vidit:
Sēſit abeſſe dolos:numerūq₃ acceſſit ad harꝫ
Heu q̄₃ difficile eſt crimen nō prodere vultu.
Uix oculos attollit humo:nec vt añ ſolebat.
Juncta dee lateri:nec toto eſt agmine prima.
Sed ſilet:⁊ leſi dat ſigna ruboꝛe pudoꝛis.
Et niſi qđ virgo eſt:poterat ſentire diana
Mille notis culpam.nymphe ſenſiſſe ferunt.
Oꝛbe reſurgebant lunaria coꝛnua nono.
Cum dea venatu fraternis languida flāmis:

Re autē ꝑpoſitio ſepenumero mutat verba cū quibus componit in contra=riam ſignificatiōem:vt tego retego. ſi gno reſigno.tendo retendo. Feſſam. laſſam.et defatigatam. Hoc furtum hoc ſtuprū. Furta nanq₃ etiā ſtupꝛa di cūtur.q furtim cōmittātur. Sūt oh ſunt iurgia tāti. Ac ſi diceret iurgia ne quaq̄₃ tanti ſunt eſtimanda:vt me vo=luptate huius potiēde virginis ꝑuent Oh autem hoc loco cōtemnentis ē in teriectio. Protinus induitur faciem. Jupiter ī
iouis trāſmutatiōem in dianam obit Dianam
exponit poeta. Cultū.habitū.oꝛna=tum. In quibus iugis.in quib⁹ mon tib⁹. De ceſpite virgo ſe leuat.de ter=ra inquit caliſto ſurgit. Ceſpes autem terra eſt cū ꝓpꝛia herba auulſa. Nec ſic a virgine dāda. Laſciuioꝛa nanq₃ erant:q̄₃ vt ꝟgini ꝯuenirēt. Impedit amplexu.implicat amplectēdo. Nec ſe ſine crimine ꝓdit.hoc ē nec ſe mani feſtat ſine vi puelle illata. Illa quidē cōtra.pugnat ſubaudiat. i.repugnat.

Aſpiceres vtinā ſaturnia.hec ꝑ parē theſim iunoni a poeta dicuntur in cali=ſtus defenſionē. Uictoꝛ.voti cōpos effectus. Et cōſcia ſilua.ſtupꝛi ab io=ue illati. Uñ pedē referēs. ex q̄ ſilua recedens. Ecce ſuo. hec ꝑticula ecce ſubitū aliq̄d repētinūq₃ malū apud ci=ceronē virgiliūq₃ ſcat.apud alios etiā bonū aliqñ deſignat. Dictynna.dia=na dꝛ apo ton likuyn hoc eſt a retibus cui⁹ noīs a ſolino talis cā aſſignat. bꝛi to mare nympha cū virginitatē ſuā di ane vouiſſet:ſe in mare p̄cipitauit:ne a minoe crete rege violaret. Cū ꝟo ob hoc ſeua peſtis cretam inuaſiſſet: rñſo accepto:virginis cadauer retib⁹ e ma=ri extraxerūt eamq₃ dictynnā appella=uerūt:ac diane edē extruxerūt q̄ a no=mine virginis dictynna fuit appellata

Heu q̄₃ difficile ē.ſnīa loco accōmo=data. Prodere. dtegere manifeſtare. Prodi autē ꝓpꝛie arcana dicuntur. Uix oculos.elegant moꝛes pudice vir ginis violate effingit poeta. Mille notꝭ.mltꝭ ſignis.nūer⁹.n.finit⁹ ꝓ infi nito fere a poetꝭ vſurpat. Oꝛbe nono menſe nono. Luna eñ ſingl'is q̄buſq₃ mēſib⁹ ſuū repat oꝛbē. Cū dea venatu

A venatione rediens ſubaudiatur. Fraternis languida flammis. Defeſſa feruoribus ſolis ſui fratris. Naꝫ diana vt dixim⁹ eadē eſſe cū luna q̄ ſolis eſt ſoror ꝓhibet'. Verſabat. voluebat. Attritas. ob ꝯtinuū fluxū Ut loca laudauit. poſtq̄ꝫ loca laudauit diana ꝙ pulchra eſſent ⁊ amena: aq̄s pedib⁹ tetigit. Tingamus. madefaciam⁹. lauem⁹. Arbiter oīs. teſtis nēo adeſt Parrhaſis. caliſto ꝑrhaſia vrbe arcadie q̄ a parrhaſo vno ex lycaōis filijs ꝯgnoīata fuit: ꝑrhaſis vocat'. Velamīa ponūt. veſtes deponūt. Una moras q̄ it. ſola caliſto veſtē deponere nō curat. Adempta eſt. vi detracta ab alijs diane comitibus. Uterū. vteri tumorē. ꝗuida. n. erat ac ꝑtui ꝓpinq̄. Cynthia. diana a cyntho deli mōte. Seccedere. abire ⁊ recedere. Idipm indoluit iuno. Hec parēthesis iunonis indig̃tionis cām oñdit. Nō. n. tam doluit iuno: ꝙ a ioue ſtuprata foret: q̄ꝫ ꝙ puerū peperiſſet. De pellice. caliſtone vt latine nomē grecū declinemus. Quo ſimul obuertit. poſtq̄ꝫ inq̄t ꝯuertit ⁊ oculos ⁊ aīm in arcadē e caliſtone natū excādeſcere verbis cepit. Quo. ī quē puerū. Simul. poſtq̄ꝫ. Scilicet hoc etiā affectui ſeruit ⁊ indig̃tioni hoc aduerbiū ſcꝫ. Fere aūt iuno indignata loqui fingitur a poetis. Ut fecūda fores. ꝯciperes. Fecūde eñ mulieres dicūtur: q̄ ꝯcipiūt. Teſtatū. tanq̄ꝫ teſtimonio approbatuꝫ. Haud ipune feres. nō abiſis impunita. Strauit. proſtrauit ꝓiecit in terram. Horreſcere. horrida ⁊ aſꝑa fieri. Deformia. turpia. Lato rictu. amplo oris foramīe ⁊ ſpacio. Poſſe loq̄. facultas loquendi. Mens antiqua. p̄ſtinus animus.

Qualeſcūqꝫ manus. nā vrſi p̄oribus pedibus manuū vice fungūtur: eoſqꝫ erigūt. Ah quotiens ſola. p̄ſtinā mētem caliſtoni remāſiſſe multis colligit argumētis. Neqꝫ eñ ſe vrſam eſſe putabat. Miſeret' aūt calamitatis illius poeta. Sola ſilua. deſerta ⁊ ab hominibus nō habitata. Oblita quid eſſꝫ. oblita ſe eſſe vrſam. Horruit. cū q̄daꝫ horrore timuit. Quāuis pater eſſꝫ in illis. Lycaonē eñ calliſtonis patrē in lupū fuiſſe ꝯuerſum in p̄mo narrauit poeta. Ecce lycaonie ꝓles. arcas iouis filius ex calliſtone cū quindecim annoꝝ eſſet: matri in vrſam conuerſe inter venandum obuiauit: quam quideꝫ cum ferire vellet matrem eſſe ignorās iouis miſeratione ad ſydera vna cum matre ſublatus arctophylax vt ſcribit Hyginus fuit appellatus. Inde autē pol⁹ arctic⁹ nomē accepit. Nā arktos vrſa interp̄tatur. id vero cum iuno aīad uertiſſet: Thetyn oceani vxorem rogauit: ne vnq̄ꝫ eas in mare deſcendere ꝑmitteret: ac ea quidem de cauſa ſeptētriones nunq̄ꝫ occidere poſſunt. Elegāter autem Oui. filij mutationē cum matris transfiguratione connectit.

Facta nem⁹ gelidū: de quo cū murmure labēſ
Ibat: ⁊ attritas verſabat riuus harenas.
Ut loca laudauit: ſummas pede ꝯtigit vndas
His quoqꝫ laudatis: ꝓcul eſt ait arbiter oīs.
Nuda ſupfuſis tingamus corpora lymphis.
Parrhaſis erubuit. cuncte velamina ponunt.
Una moras q̄rit. dubitanti veſtis adempta ē:
Qua poſita nudo patuit cū corpore crimen.
Attonite manibuſqꝫ vterum celare volenti
I ꝓcul hinc dixit. nec ſacros pollue fontes
Cynthia: deqꝫ ſuo iuſſit ſecedere cetu.
Senſerat hoc olim magni matrona tonantis:
Diſtuleratqꝫ graues ī idonea tempa penas.
Cauſa more nulla eſt. ⁊ iā puer arcas (idip̄m
Indoluit iuno) fuerat de pellice natus.
Quo ſiml' obuertit ſeuam cū lumine mentem:
Scilicet hoc etiam reſtabat adultera dixit:
Ut fecunda fores: fieretqꝫ iniuria partu
Nota: iouiſqꝫ mei teſtatum dedecus eſſet:
Haud inpune feres adimā tibi nāqꝫ figuram:
Qua tibi q̄qꝫ places noſtro ip̄ortuna marito.
Dixit: ⁊ arreptam prenſis a fronte capillis
Strauit humi ꝓnā. tēdebat brachia ſupplex.
Brachia ceperunt nigris horreſcere villis
Curuariqꝫ man⁹: ⁊ aduncos creſcere ī vngueſ:
Officioqꝫ pedum fungi: laudataqꝫ quondam
Ora ioui lato fieri deformia rictu.
Ne ve p̄ces animos ⁊ verba p̄cantia flectant:
Poſſe loqui eripit'. vox iracunda minaxqꝫ
Plenaqꝫ terroris rauco de gutture fertur.
Mens antiq̄ manet: facta quoqꝫ māſit ī vrſa.
Aſſiduoqꝫ ſuos gemitu teſtata dolores.
Qualeſcūqꝫ manus ad celū ⁊ ſidera tollit:
Ingratumqꝫ iouē nequeat cum dicere: ſentit.
Ah quotiens ſola nō auſa quieſcere ſilua
Ante domū quondāqꝫ ſuis errauit in agris.
Ah quotiens ꝑ ſaxa canū latratibus acta eſt:
Venatrixqꝫ metu venantum territa fugit.

Ter quīꝫ ferens natalibus annos. hoc eſt annos quīdecī natus. natale aūt q̄ et natalis dicit̄ dies eſt quo q̄ſꝫ naſcit̄. Virgi. Meus eſt natalis iola. Saltus aptos. ſiluas venatiōi accōmodatas. ſaltus nāꝫ a ſaliē do deducit̄: ꝙ fere in illo ſalt⁹ edāt. vñ ſaltuarij ſaltuū ⁊ agrorū cuſtodes vocant̄. Nexilibuſꝫ plagis. retib⁹ ꝯnexis: multis enī modis retia nectunt̄. plaga aūt prima breui rete ſigt̄. lōga vero vuln⁹ deſignat. Erymā thidos. mōtis erymāti q̄ eſt in arcadia. Ambit. circūdat circuit. Et cognoſcēti ſimilis fuit. ita inq̄t reſtitit caliſto: vt arcadē filiū cognoſcere videret̄. Neſcius. ignar⁹ eſſe matrē. Que reſtitit. ſtetit vt ip̄m expectaret

Sepe feris latuit viſis oblita quid eſſet:
Vrſaꝫ cōſpectos in montibus horruit vrſos:
Pertimuitꝫ lupos: q̄uis pater eſſet in illis.
Ecce lycaonie proles ignara parentis
Arcas adeſt terquiꝫ ferēs natalibus annos:
Dumꝫ feras ſequitur: dū ſaltus eligit aptos:
Nexilibuſꝫ plagis ſiluas erymāthidos ābit:
Incidit in matrem: que reſtitit arcade viſo:
Et cognoſcenti ſimilis fuit. ille refugit:
Immotoſꝫ oculos in ſe ſine fine tenentem
Neſcius extimuit: propiuſꝫ accedere fugit.
Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.
Arcuit omnipotens: pariterꝫ ipſoſꝫ nefaſꝫ
Suſtulit: et celeri raptos per inania vento
Impoſuit celo: vicinaꝫ ſidera fecit.
Intumuit iuno: poſtq̄ inter ſidera pellex
Fulſit: et ad canā deſcendit in equora tethyn.
Oceanumꝫ ſenem: quorum reuerētia mouit
Sepe deos: cauſamꝫ vie ſcitantibus inquit.
Queritis ethereis quare regina deorum
Sedibus hic adſum. pro me tenet altera celū.
Mentiar: obſcurum niſi nox cum fecerit orbē
Nuper honoratas ſummo mea vulnera celo
Videritis ſtellas: illic vbi circulus axem
Vltimus extremū ſpacioꝫ breuiſſimus ābit.
Eſt vero cur quis iunonem ledere nolit:
Offenſamꝫ tremat: que proſū ſola nocendo:
O ego quantū egi: q̄ vaſta potētia noſtra eſt:
Eſſe hominē vetui. facta ē dea. ſic ego penas
Sontibus īpono. ſic eſt mea magna poteſtas.
Vendicet antiquam faciem: vultuſꝫ ferinos
Detrahat: argolica qđ in āte phoronide fecit.
Cur non expulſa ducit iunone: meoꝫ

Propiuſꝫ accedere fugit. noluit recuſauit. Vulnifico telo. vuln⁹ inferēti iaculo. Arguit oīpotēs. arguit quidē legit̄. ſed arcuit hoc ē vetuit et ꝓhibuit ſenſui magis ꝯuenire videt̄. vetuit nāꝫ iupiter ne arcas telū dirigeret in matrē. Nefaſꝫ. hoc ē periculū qđ arcas ignarus ꝑpetraturus erat: abſtulit. plerūꝫ aūt poete duo diuerſa vno verbo ſignificāt. nā ſuſtulit ſignificat et in altū tulit quā in ſignone ad ipſos refert̄ et abſtulit et remouit: q̄ ſignificatio nefas reſpicit. Per inania. per aerem q̄ inane quoꝫ dicitur ꝙ vacuus eſſe videatur. Vicinaꝫ ſidera fecit. maior nāꝫ vrſa et arctophylax vicina ſunt ac ꝓpinqua ſidera: q̄ eadē eſſe cū plauſtro⁊ ſeptētriōibus ꝓhibētur. nā arctophylax idē eſt cū boote q̄ et vrſam ſeq̄ et cuſtodire et plauſtrū agere videtur. Arcas in ſidus. Intumuit. indignata eſt. Ad canam tethyn. tethys celi et veſte filia fuiſſe dicit̄ vxor oceani ac iunonis nutrix mlto⁊ūꝫ deo⁊ mater. ꝓ mari aūt quēadmodū et oceanus accipit̄. tethys vero tethyos declinari notū ē: cū tethys ꝓ achillis matre aliter ⁊ ſcribatur ⁊ declinetur. nam prima aſpiratur. ⁊ ſecunda i latinum habet ⁊ thetidis in genitiuo facit. Quorum reuerentia mouit. oceanus et tethys magno in honore ſunt apud omnes deos: quia antiquiſſimi ſunt. Pro me. loco mei. Mētiar. mētiri dicar. Mea vulnera. meos dolores⁊ cruciatus. Illic vbi circulus axē hoc eſt ad polum ſeptētrionalem: vbi eſt vltimus ac breuiſſimus circulus. arcticus enim et antarcticus circuli et vltimi ſunt ⁊ aliorū breuiſſimi. Eſt vero cur quis. ironia indignationis plena. Offenſamꝫ tremat. timeat me leſam. O ego quātū egi. ironicos hec a iunone dicūt̄. ac ſi diceret pax ac potius nihil egi. Eſſe hoīeꝫ vetui. oñdit iuno ſe nocēdo prodeſſe. Sontibus. nocētibus. Vendicet antiquā faciem iupiter quē iuno irata nō noīat ſubaudiatur. optat aūt iuno vt caliſto in humanā faciē potius vendicet̄ ⁊ reuocet̄ q̄ inter ſidera cōſtituat̄. vendicare aūt aſſerere ē ⁊ reuocare. in antiquā vero faciē in ſoluta diceremus orone. Phoronide. in Io phoronei nepte que cū in vaccā vt vidimus iunonis metu fuiſſet ꝯuerſa: humane forme a ioue fuit reſtituta. Cur nō expulſa ducit iunone. pulchra ironia qua id cōcedere videmur quod maxime nolum⁹: ſic dido apud Vir. I ſeq̄re italiā vētis pete regna ꝑ vndas. Duxit. vxoreꝫ ſubaudiamus

Collocat ī thalamo:ſocerūq; lycaona ſumat:
At vos ſi leſę tangit contemptus alumnę:
Gurgite ceruleo ſeptem prohibete triones:
Sideraq; in celum ſtupri mercede recepta
Pellite:ne puro tingatur in equore pellex.
Dii maris annuerant. habili ſaturnia curru
Ingreditur liquidum pauonibus aera pictis:
Tam nuper pictis ceſo pauonibus argo:
Quam tu nuper eras:cū cādidus ante fuiſſes:
Corue loquax ſubito nigrātes verſus in alos.
Nam fuit hec quodā niueis argentea pennis
Ales. vt equaret totas ſine labe columbas.
Nec ſeruaturis vigili capitolia voce
Cederet anſeribus:nec amāti flumina cygno.
Lingua fuit damno. lingua faciente loquaci
Qui color albus erat:nūc eſt cōtrarius albo.
Pulchrior in tota q̄ lariſea coronis
Non fuit emonia. placuit tibi delphice certe:
Vel dum caſta fuit: vel inobſeruata: ſed ales
Senſit adulterium phebeius. vtq; latentem
Detegeret culpam non exorabilis index
Ad dominuz tēdebat iter:quē garrula motis
Conſequitur pēnis:ſcitetur vt omnia cornix.
Auditaq; vie cauſa:non vtile carpis
Inquit iter. ne ſperne mee preſagia lingue.
Quid fuerim:quid ſimq; vide:meritūq; reqre.
Inuenies nocuiſſe fidem. nā tempore quodā

Tangit.commouet. Alumne.nam iuno a tethy fuit educata. Gurgite ceruleo.a mari nigro et profundo. eſt enim tapinoſis et magne rei humilis expoſitio.nam gurgitē qui fluuiorum eſt pro oceano poſuit poeta. Prohibete.arcete. Septentriones.maiorem vrſam cum arctophilace. Ne puro tingatur in equore pellex.ne caliſto pellex et cōcubina iouis in purum mare deſcendēs illud inquinet et fedet. Dij maris annuerant.oceanus et thetys nutu promiſerant ſe prohibituros ne ſeptentriones in mare deſcendant. Ingreditur.intrat. Liquidum aera.tenuem ac purum. Pauonibus pictis.varijs coloribus diſtinctis.currus autem iunonis a pauonibus trahi putatur. Tam nuper pictis. hec ad connexionem mutationis ſequētis apte faciendam inferuntur. Ceſo argo.interfecto argo:cuius oculi caude pauonis a iunone fuerunt appoſiti:vt in primo narrauit poeta. Quam tu nuper eras.coruus initio quidem fuit candidus.ſed cum eius idicio apollo cognouiſſet coronida amicam cum alio quodam iuuene rem habere: eamq; ſagittis interfeciſſet:puerumq; eſculapium exciſo vtero extraxiſſet: penitentia ductus coruum indicem ſibi aliquid premij ſperantem ex albo nigrum effecit.

**Coruus e candido niger.**

Corue loquax. Apoſtrophe ad coruū qua ſignificat poeta illum ſue loquacitatis merito penas dediſſe. Argētea alba vt eſt argentum. Sine labe.ſine macula. Nec ſeruaturis.alludit ad id quod Liuius in prima decade narrat Cum enim galli ſenones olim obſediſſent capitolium noctuq; aſcendiſſent clangore anſerum:cum canes minime ſentirēt:excitati cuſtodes eos deturbauerunt.qre et anſeres in magno honore habiti et canes fuere crucifixi. Nūc eſt cōtrarius albo.niger qui color albo ē oppoſitus. Quam lariſſea coronis due f[..]erunt coronides:quarum altera ab apolline: altera a neptuno fuit adamata. Lariſſea.ex lariſſa theſſalie vrbe In tota emonia.theſſalia. Inobſeruata. incuſtodita Ales phebeius. coruus ab apolline coronidi cuſtos adhibitus. Non exorabilis index: q̄ nullis precibus potuit flecti:ne id quod viderat indicaret. Tendebat iter. ibat Garrula cornix.narraturus poeta quēadmodum coronis phocaica in cornicem fuit mutata:eleganter(vt ſolet)fabulam fabule cōnectit.cornicē autē ipſam inducit coruum admonentem vt taceat:ac quid ſibi euenerit:quia linguā cohibere neſciuit narrentem.coronis enim filia fuit coronei phocidos regis: que a neptuno adamata ne violaretur ope palladis in cornicem fuit conuerſa: ac palladis ipſius comes effecta:ceterum cum palladi nunciaſſet:cecropis filias ciſtam in qua erichthoniuz ex ſemine vulcani natum ipſa pallas clauſerat:contra dee mādatum aperuiſſe a comitatu minerue fuit repulſa. Scitetur.roget vt ſciat Preſagia.predictiones. Quid fuerim .comes nāq; fui minerue. Quid ſim. nunc a comitatu minerue repulſa contemnor. Nam tempore quodā.Vulcanus cum palladi tanq̄ vxori ſibi ab ioue tradite:qua blanditijs potiri non poterat:vim inferret: eaq; reluctaretur: forte ſemen ipſius in terram cecidit:ex quo quidem et terra natus ē erichthonius vulcani ſine matre filius pedes habens anguineos:q̄s vt tegeret primus currum excogitaſſe dicitur.Ericthonius autem lis terre interpretatur. eris nāq; lis ſiue cōtentio.chthon terra appellat. Sine matre.nam ex ſolo vulcani ſemine quod in terram cecidit natus eſt.

Acteo.actico.nā attica vt ſcribit pauſanias.prius actea ab acteo ꝗ primus athenis regnaſſe fertur. deinde attica ab attide cranai regis filia fuit cognoīata. Gemino de cecrope.cecrops idcirco geminus ac biformis dicitur:ꝗ (vt refert iuſtinus) matrimoniū ac nuptias hoc eſt maris et femine cōiunctionē primus inſtituit rex aūt fuit athenarū qui acteo ſucceſſit.vñ athenienſes cecropide vocantur. Incōfeſſa.non confeſſa.non elocuta. Et legem dederat.mandauerat. Abdita.abſcōdita.Tuenꝶ defendūt.cuſtodiūt ac ſeruāt. Pandroſos atqꝫ herſe.a rore hec noīa ſumpta fuiſſe videnꝶ. nā pandroſos a pan quod totū ſignificat et droſos qui eſt ros cōponi videꝶ:herſe aūt,ros interpretaꝶ.cecropis aūt filie fuerunt: vt pauſanias quoqꝫ narrat:non ſolum Ouidius:quarū frater fuiſſe erycthoniū ait: qui viuo adhuc patre vita exceſſit:tametſi ipm ex mortali genitum negant:cui vulcanū terrāqꝫ parentes aſſignant.ab Ouidio autē nō nihil diſſentit pauſanias.narrat eni aglauri lucum eſſe athenis. cui quidem et herſe et pādroſo ſororibus mineruā ericthoniū in ciſta depoſituȝ dediſſet vetuiſſe qꝫ ne depoſitū viderent. pandroſonqꝫ in officio fuiſſe.reliqs vero duas quoniā ciſtā reſignaſſent:viſo erichthonio furere cepiſſe ⁊ ex arce:qua maxime ꝓceps locꝰ erat:ſe deieciſſe. Vna aglauros.ſola.aglauros aūt ſplendida interpretari poteſt.aglaos nāqꝫ ſplendidū ſignificat. Diducit diſſoluit. ac ſeparat. Apporrectūqꝫ draconē. appoſitū draconē ſibi videre viſe ſunt. qꝛ erichthonius ſerpentinos habebat pedes. Acta dee refero.geſta a cecropis filiabus minerue nuncio. Et ponar poſt noctis auē.noctuā que ſolū noctu volat.Voce.lingua. loqcitate. At puto nō vltro.occurit tacite obiectōi cornix. poſſȝ enim qs dicere. idcirco fuiſti repulſa qꝛ minerue nunqꝫ fuiſti grata.ſe igiꝶ ita minerue placuiſſe ait: vt ſpōte fuerit ab ipſa comes petita. At puto nō vltro.interrogatiue cū quadā obiectiōe legaꝶ:quā ita ſoluit vt dicat id ex ipſa minerua qri poſſe. Nā me phocaica.phocis regio ē grecie finitima attice:vñ phocaicus declinaꝶ. Vt ſoleo. nūc cornix facta.nā cornices lētis paſſibus gradiūꝶ. Spaciarer.ābularē:nā ſpaciari eſt voluptatis cauſa ābulare. Neqcqꝫ laſſor. fruſtra defatigor:neqꝫ eni effugere poterā. Nec ꝯtigit vllum tetigit cōmouit. Mota eſt ꝓ virgine virgo.pallas ꝑpetua gaudēs virginitate.Tollebar.extollebar.leuabar. Comes iculpate. oī culpa ⁊ crimie vacās Quid tñ hoc ꝓdeſt.hec ad cōmodā ſequētis fabule cōnexionē referunꝶ. qd inqt ꝓdeſt inculpatā ac ſine vllo crimine minerue comitē fuiſſe: cū nyctimene ob inceſtū cū patre admiſſū in auē noctuam conuerſa mihi preferatur.

Pallas eryctoniū prolem ſine matre creataȝ
Clauſerat acteo texta de vimine ciſta.
Virginibuſqꝫ tribus gemino de cecrope natis
Seruandā dederat. ſed inconfeſſa quid eſſet.
Et legem dederat:ſua ne ſecreta viderent.
Abdita fronde leui dēſa ſpeculabar ab vlmo:
Quid facerent. cōmiſſa due ſine fraude tuētur
Pādroſos atqꝫ herſe timidas vocat vna ſoro
Aglauros.nodoſqꝫ manu diducit:et intꝰ (res
Infantemqꝫ vidēt:apporrectumqꝫ draconem
Acta dee refero.pro quo mihi gratia talis
Redditur:vt dicar tutela pulſa minerue:
Et ponar poſt noctis auē:mea pēna volucres
Admonuiſſe poteſt:ne voce pericula querant.
At puto non vltro:nec quicqꝫ tale rogantem
Me petiit.licet hoc ex ipſa pallade queras.
Quamuis irata eſt:non hoc irata negabit.
Nam me phocaica clarus tellure coroneus
(Nota loquor)genuit:fuerāqꝫ ego regia virgo
Diuitibuſqꝫ ꝓcis(ne me contemne) petebar.
Forma mihi nocuit.nam cum per littora lētis
Paſſibus vt ſoleo: ſumma ſpatiarer harena:
Vidit et incaluit pelagi deus:vtqꝫ precando
Tempora cū blādis abſumpſit inania verbis:
Vim parat/et ſequiꝶ:fugio:dēſumqꝫ relinquo
Littus.et in molli nequicqꝫ laſſor harena.
Inde deos homineſqꝫ voco: nec ꝯtigit vllum
Vox mea mortalē.mota eſt pro virgine virgo:
Auxiliūqꝫ tulit.tendebam brachia celo:
Brachia ceperunt leuibus nigreſcere pennis.
Reiicere ex humeris veſtem molibar: at illa
Pluma erat.inqꝫ cuteȝ radices fixerat imas.
Plāgere nuda meis conabar pectora palmis
Sȝ neqꝫ iā palmas nec pectora nuda gerebā.
Currebā:nec vt ante pedes retinebat harena.
Sed ſūma tollebar humo. mox acta ꝑ auras
Euehor:⁊ data ſum comes iculpata minerue.
Quid tamen hoc ꝓdeſt:ſi diro facta volucris

Nyctimene in noctuam.

Nyctimene enĩ nyctei regis leſbi filia patris amore capta clã ſe ei pro vxore ſubiecit: propter qđ in noctuam cõuerſa ſibi nefandi ſacrilegij conſcia reliquarũ auiũ cõſpectũ fugit. Per totã leſbon. leſbos iſula eſt egei a cõditore denoĩata: vnde leſbius leſbouſqꝫ declinãt. Temeraſſe. violaſſe. Patriũ cubile. patris lectũ. A cũctis. auibus ſubaudiat. oẽs nãqꝫ aues noctuã pſequũt. Reuocamina. reuocationes. Spreuimus. cõtẽnimus. nõ accipimus. Vanũ. nihil nociturũ. Domino. apollini. Cum iuuene emonio. theſſalo. emonia nãqꝫ theſſalia dicta ẽ ab emone chlori filio. theſſala aũt patre. a quo theſſalia fuit appellata. emonia quoqꝫ vrbs eſt arcadie ab emone lycaonis filio denoĩata: vt pauſanias ſcribit. Vidiſſe narrat. ſe vt ſubintelligamus ſenſus expoſcit. Laurea. corona ex lauro cõfecta. Audito crimine amãtis. amice a q̃ ſe amari putabat. Vultuſqꝫ. hylaritas ac leticia vultus. nã vultus pro aĩ affectu mutat: vt mõ leticiã: mõ meſticiã pre ſe ferat. Plectrũqꝫ. plectrum inſtrumentũ eſt quo cithara percutit apo tu plittin. hoc eſt a pcutiẽdo declinatũ. Colorqꝫ. nã ex rubicundo pallidus eſt effectus: id qđ indignãtibꝰ euenire ſolet. Tumida ab ira. ab affectu ꝙ hoĩem tumeſcere cogat. Arma aſſueta arcũ ⁊ ſagittas. Tendit. intẽdit Indeuitato. ꝙ nullo pacto põt euitari Icta dedit gemitũ. percuſſa coronis ingemuit. Puniceo cruore. rubeo ſanguine. Potui penas tibi phebe dediſſe. hoc eſt potui abs te puniri. Duo nunc moriemur. et ego et infans in vtero cõceptus. Hactenus locuta eſt. coronis ſuppleat. Corpus iane anime. vacuuꝫ anima et mortuũ. Sero. poſt eaq̃ꝫ nullum remediũ poterat adhiberi. Exarſerit. ira excanduerit. Odit auẽ. coruum. Crimen coronidis. ꝯcubitum cuꝫ emonio iuuene. Inaniter vane. fruſtra. Neqꝫ enim celeſtia tingi ora licet lachrymis. parẽtheſis qua ſignificat cur lachrymas quoqꝫ apollo non emiſerit. neqꝫ enĩ inquit dij poſſunt flere. Haud aliter. hac ſimilitudine oñdit q̃ꝫ grauiter gemuerit apollo. Libratus ab aure. percutiẽtis. geſtum enim exprimit lanij vitulos interficientis. malleũ enim auricule dextre admouẽtes ictũ vitulo infligunt. Ingratos. puelle mortue nihil placentes Iniuſtaqꝫ buſta peregit. ingratas perfecit exequias. nam iniuſte illam peremiſſe ſibi apollo videbatur. buſtum autem proprie dicitur locus in quo cadauer eſt ⁊ combuſtum et ſepultum quaſi bene vſtum. buſta quoqꝫ pro ſepulchris ponuntur.

Crimine nyctimene noſtro ſucceſſit honori.
Anqꝫ per totam res eſt notiſſima leſbon:
Non audita tibi eſt: patrium temeraſſe cubile
Nyctimenen. auis illa quidẽ: ſed cõſcia culpe
Conſpectum lucẽqꝫ fugit: tenebriſqꝫ pudoreꝫ
Celat: et a cunctis expellitur ethere toto.
Talia dicenti tibi ait reuocamina coruus
Sint precor iſta malo. nos vanũ ſpnimꝰ omẽ.
Nec ceptum dimittit iter: dominoqꝫ iacentem
Siſtite opus pꝛſens:nodoſaqꝫ tollite lina.
Iuſſa viri faciunt:intermittūtqꝫ laborem.
Vallis erat piceis ⁊ acuta denſa cupreſſu
Nomine gargaphie:ſuccincte cura diane:
Cuius in extremo eſt antrū nemorale receſſu
Arte laboratum nulla.ſimulauerat artem
Ingenio natura ſuo.nam pumice viuo
Et leuibus toffis natiuum duxerat arcum.
Fons ſonat a dextra tenui perlucidus vnda
Margine gramineo patulos ſuccinct⁹ hiat⁹.
Hic dea ſiluarum venatu feſſa ſolebat
Virgineos artus liquido perfundere rore.
Quo poſtq̄ ſubiit:nympharum tradidit vni
Armigere iaculū:pharetrāqꝫ arcuſqꝫ retētos.
Altera depoſite ſubiecit brachia palle.
Vincla due pedib⁹ demūt:nam doctior illis
Iſmenis crocale ſparſos per colla capillos
Colligit in nodum:q̄uis erat ipa ſolutis.
Excipiunt laticem niphecꝫ hyalecꝫ rhaniſqꝫ
Et pſecas:⁊ phiale:fundūtqꝫ capacib⁹ vrnis.
Dumqꝫ ibi perluitur ſolita titania lympha:
Ecce nepos cadmi dilata parte laborum
Per nemus ignotū nō certis paſſibus errans
Peruenit in lucum.ſic illum fata ferebant.
Qui ſimul intrauit rorantia fontibus antra:
Sic erant nude:viſo ſua pectora nymphe
Percuſſere viro:ſubitiſqꝫ vlulatibus omne
Impleuere nemus:circumfuſeqꝫ dianam
Corporibus texere ſuis:tamen altior illis
Ipa dea eſt:colloqꝫ tenus ſupeminet omnes:
Qui color infectis aduerſi ſolis ab ictu
Nubibus eſſe ſolet:aut purpuree aurore:
Is fuit in vultu viſe ſine veſte diane.
Que q̄q̄ comitum turba eſt ſtipata ſuarum:
In latus obliquum tamen aſtitit:oraqꝫ retro
Flexit:⁊ vt vellet ꝓmptas habuiſſe ſagittas:
Quas habuit:ſic hauſit aquas:vultūqꝫ virilē

Addidit. dixit. Nunc tibi. ironia qua videt id pmittere diana: cuius prorſus adimit faciendi facultatem. illum nanq in ceruum conuertit: qui loqui nõ poteſt. eſt aũt ordo et ſenſus. nũc licet narres me viſam tibi ſine velamine. hoc eſt nudam ſi poteris narrare. ac ſi diceret nunq̃ narrare poteris. Sparſo capiti. reſperſo aqs Viuacis cerui. diu viuentis. ad quadringẽtos nãq annos cerui viuere dicunt. Dat ſpaciũ collo. longum efficit collũ. Cacuminat. acutas reddit. eſt aũt verbũ a poeta fictũ. Maculoſo vellere. vario pilo. Additus et pauor eſt. ſcite. ceruus eñi timidiſſimũ aĩal eſt. Autoneus heros. acteon autonoes filius. Non ſua ſed cerui. Mẽs tñ priſtina manſit. in acteone nihil aliud hoĩs q̃ mẽs remãſit. Pudor hoc. ne domũ redeat. abuſus aũt eſt poeta horũ pronominũ elegantia. hoc nãq ad propinquius illõ ad lõginquus ſolet referri. Primuſq melãpus. canes acteonis enumerat: q̃bus etiã noĩa apta venatoriis canibꝰ ĩponit. melãpus ei dr̃ q pedes nigros haberet. melas nanq dr̃ niger. pus podos pes dicit. Ichnobateſq ſagax. Ichnobates dr̃ per veſtigia vadens. ichnos eñi dicit veſtigiũ. baobo. vado Sagax. odorus et acrẽ odorendi vim habens. Gnoſius. cretẽſis. gnoſos eñi crete vrbs fuit clariſſima. Spartana. laconica. cretẽſes aũt et laconici canes aptiſſimi ſunt venatiõibus. Pãphagus: oĩa comedens. pan eñi totũ ſignificat. phago comedo. Dorceus. acute videns. derko eñi eſt video. Oribaſus mõtes aſcendens. oros eñi mõs dr̃. bano aſcendo. Nebrophonoſq valens. inulos. hoc eſt ceruorum catulos interficiens. neuros eñi inulũ ſigt. phoneo interficio. Truxteron terribilis aſpectu. therõ aũt dr̃ ferinus. ac feras pſequẽs. thir eñi fera dicit. Lelape. a velocitate atq impetu ſic eſt appellata. nã lelapſelapes turbinẽ ſignificat. Et pedibus pterelas: alatꝰ ſiue alis ĩpulſus pterelas trãſferri põt. pteron nãq ala elan impellere ſignificat. Quis in exẽplaribꝰ corrupte plerelas legat. Agre venatio interpretat agra. Hyleus ſilueſtris. yli nãq ſiluã ſignificat. Nape qd in ſaltibus verſaret. napi eñi napis dicitur terre planicies. Pemenis. paſtoralis: pimin nãq paſtorẽ ſignificat. Harpyia. rapax et harpyarũ ſimilis q̃ aues ſunt rapaciſſime. Sicyonius ladon. fluuio arcadie nomẽ ſumpſit hic canis. nã a fluminibus etiã nũc canes interdũ cognominant. Sicyonius aũt ab vrbe peloponeſi Sicyone: q̃ et mecon et telchinia etiã fuit dicta. Subſtricta. conſtricta: et parua. Et dromas. currens. dromos eñi curſũ ſignificat. Canache. kanachi ſtrepitum ſignificat: vnde nomen cani fuit inditum: q eius latratu omnia reſonarent. Sticteq. hec a colorum varietate nomen ſumpſit. nã ſtikti diſtincta variis maculis dici poteſt apo tu ſtizin. a diſtinguẽdo. Tigris. tigridi ſimilis que eſt fera velociſſima. Et alce. ſimilis alce fere perniciſſime: de qua Plinius. Septentrio fert et equorum greges ferorum: ſicut aſinorum aſia et africa. Preterea alcenni procenitas aurium et ceruicis diſtinguat iumento ſimilem: allai etiam robur potentiaq dicitur Leucon. albus a colore leukos enim album ſignificat. Et vilis aſbolus atris. hoc eſt pilis nigris. aſbolus autem a calore eſt dictus. aſbolos enim fuliginem ſignificat eo q nigris villis ac fuliginoſis eſſet. Lecon a patria: q laconicus eſſet. Aello. a procella q eſſet impetuoſus. aella nãq turbinẽ ſignificat et procellam.

Perfudit: ſpargenſq comas vltricibus vndis
Addidit hec cladis prenuncia verba future.
Nunc tibi me poſito viſam velamine narres:
Si poteris narrare licet. nec plura minata
Dat ſparſo capiti viuacis cornua cerui.
Dat ſpaciũ collo: ſummaſq cacumĩat aures:
Cũ pedibuſq manus: cũ lõgis brachia mutat
Cruribus: et velat maculoſo vellere corpus.
Additus et pauor eſt. fugit autoneius heros.
Et ſe tam celerem curſu miratur in ipſo.
Ut vero vultus et cornua vidit in vnda:
Me miſerũ dicturus erat. vox nulla ſecuta ẽ.
Ingemuit. vox illa fuit: lachrymeq per ora
Non ſua fluxerũt: mens tãtum priſtina mãſit.
Quid faciat: repetat ne domũ et regalia tecta:
An lateat ſiluis: pudor hoc. timor ĩpedit illõ:
Dum dubitat: videre canes: primuſq melãpꝰ
Ichnobateſq ſagax latratu ſigna dederunt.
Gnoſius ichnobates. ſpartana gẽte melãpus.
Inde ruunt alii rapida velocius aura
Pãphagꝰ et dorceus et oribaſus arcades oẽs
Nebrophonoſq valẽs: et trux cũ lelape therõ.
Et pedibus pterelas: et naribus vtilis agre:
Hyleuſq ferox nuper percuſſus ab apro:
Deq lupo concepta nape: pecudeſq ſecuta
Pemenis et natis comitata harpyia duobus:
Et ſubſtricta gerens ſicyonius ilia ladon:
Et dromas: et canache: ſticteq: et tigris: et al/(ce.
Et niueis leucon: et villis eſbolus atris:
Preualiduſq lacon: et curſu fortis aello:

Canum acteonis nomina.

Thous. velox dicitur et impetuoſus. tametſi thos forſitan rectius forte legeretur. ſunt enim thoes (vt ſcribit plinius) luporum genus procerius lõgitudine. breuitate crurum diſſimile. velox ſaltu. venatu viuens. innocuum homini. habitum nõ colorem mutat. per hyemes hirti. eſtate nudi. Lyciſce. canis ex lupo nata lyciſca dicitur: quaſi parua lupa. eſt enim diminutiuum a lupo. qui grece dicitur lykos. Harpalos. rapax. arpazo nãqꝫ rapio ſignificat. Malaneus. niger. Hirſutaqꝫ corpore lachne. verbũ de verbo expreſſit. lachne enim villorum denſitas vocatur. Dicteo. cretenſi. Labros. hoc quoqꝫ nomen cani cõueniẽs eſt. vehemẽs enĩ impetuoſuſqꝫ trãſfertur. Et agliodos. ſplendidos ac nitentes habens dentes interpretatur. Aglaos nanqꝫ ſplẽdidus. odus dens dicit̃. q̃ꝫq̃ꝫ mihi potius videtur legendũ eſſe agriodus qui agreſti ac feroci dente interpretari poteſt: agrios nãqꝫ agreſtis feroxqꝫ dicitur. Hylactor. latrator. nã ylaktro latro ſignificat. Sepe ſecutus. canes ſuos ſubaudiamus. Melanchetes. iubam et pilos habens nigros. cheti nanqꝫ iuba dicitur. Theridamas. feras domãs. nã thirthiros fera dicitur damãſo domo. Oreſitrophus. in mõtibus nutritus. oros enim mõtem. trepho ſignificat nutrio. Precipitata via eſt. precipiti curſu peracta. Per compendia montis. per cõpendioſa ⁊ breuia montis itinera. Quem non tamẽ edere poſſit ceruus. hoc eſt nec homĩs vocẽ: nec cerui habet: ſed diſſimilem emittebat ſonum ac querelas. Juga nota. cognitos ipſi montes. Circumfert tacitos. hoc eſt pro manibus ⁊ brachijs que in crura fuerant cõuerſa: vultus ac faciem circũferebat. At comites. acteonis ſocij. Agmen. canũ multitudinẽ. At nomen caput ille refert. retrahit attollit cum reſpondere non poſſet. eſt autem parentheſis. In corpore. in carne. Roſtris. oribus. nam roſtra proprie auium dicuntur. per ſimilitudinẽ vero etiaꝫ nauium. Falſi cerui. ficti ac ſimulati. Pharetrate. pharetra armate. eſt enim nomen participio ſimile. pharetra autem ſagittarum eſt repoſitorium. Rumor in ambiguo eſt. queritur ĩquit vtrum diana iuſte acteonẽ ea pena affecerit. ac multi quidẽ dicunt eam fuiſſe nimium crudelẽ. alij recte ꝯſuluiſſe virginitati ſue aſſerũt. Violentior. crudelior. Cauſas argumẽta: q̇bus vtraqꝫ ꝑs ſuã defendat opinionẽ. hec aũt idcirco a poeta referunt̃ vt ſequẽtẽ fabulã cũ ſuꝑiore trãſformatiõe aptius ꝯiũgat. Eloq̇tur verbis exṗmit. A tyria pellice. ab europa: quã e phenicia iupit̃ rapuit. pellex aũt ꝓprie dicit̃: q̃ cũ aliarũ maritis rem habet. In ſocios generis. in cognatos. Subit ecce ꝑori cauſa recẽs Fabulã narrare incipit: que talis eſt.

Et thous et cyprio velox cum fratre lyciſce:
Et nigram medio frõtem diſtinctus ab albo
Harpalos: ⁊ melaneꝰ hirſutaqꝫ corꝑe lachne:
Et patre dicteo ſed matre laconide nati
Labros et agliodos: et acute vocis hylactor.
Quoſqꝫ referre mora ẽ. ea turba cupidĩe ꝑde
Per rupes ſcopuloſqꝫ: adituqꝫ carentia ſaxa
Quaqꝫ eſt difficilis: quaqꝫ ẽ via nulla ſequũt̃.
Ille fugit: per que fuerat loca ſepe ſecutus.
Heu famulos fugit ille ſuos. clamare libebat
Acteõ ego ſum: dominũ cognoſcite veſtrum.
Verba animo deſunt. reſonat latratibꝰ ether.
Prima melanchetes in tergo vulnera fecit.
Proxia theridamas. oreſitrophus heſit ĩ har
Tardius exierãt. ſed ꝑ cõpendia mõtis (mo
Precipitata via eſt. dominũ retinẽtibus illis
Cetera turba coit: confertqꝫ in corpore dẽtes.
Jam loca vulneribꝰ deſunt. gemit ille: ſonũqꝫ
Et ſi non hominis: quẽ non tamẽ edere poſſit
Ceruus hꝫ. meſtiſqꝫ replet iuga nota q̃relis:
Et genibus pronis ſupplex ſimiliſqꝫ roganti
Circunfert tacitos tanq̃ꝫ ſua brachia vultus.
At comites rapiduꝫ ſolitis hortatibus agmẽ
Ignari inſtigant: oculiſqꝫ acteona querunt.
Et velut abſentẽ certatim acteona clamant.
Ad nomen caput ille refert: ⁊ abeſſe querunt̃:
Nec capere oblate ſegnem ſpectacula prede.
Vellet abeſſe quidẽ. ſed adeſt: velletqꝫ videre
Non etiam ſentire canum fera facta ſuorum.
Undiqꝫ circunſtãt: merſiſqꝫ in corpore roſtris:
Dilacerant falſi dominum ſub imagine cerui.
Nec niſi finita per plurima vulnera vita
Ira pharetrate fertur ſatiata diane.
Rumor in ambiguo eſt. aliis violentior equo
Viſa dea eſt. alii laudant: dignamqꝫ ſeuera
Virginitate vocãt. pars inuenit vtraqꝫ cauſas.
Sola iouis coniũx nõ tam culpet ne ꝓbet ne
Eloquitur: ꝙ clade domus ab agenore ducte

Gaudet:et a tyria collectum pellice transfert
In generis ſocios odium. ſubit ecce priori
Cauſa recẽs:grauidãqz dolet de ſemine magni
Eſſe iouis ſemelen. tũ linguã ad iurgia ſoluit.
Profeci quid enim totiens per iurgia dixit:
Ipſa petenda mihi eſt:ipſam ſi maxima iuno
Rite vocor:perdam. ſi me gemmantia dextra
Sceptra tenere decet. ſi ſum regina:iouiſqz
Et ſoror et coniũx. certe ſoror. at puto furto ẽ
Contenta:et thalami breuis eſt iniuria noſtri.
Cõcipit. id deerat:manifeſtaqz crimina pleno
Fert vtero:et mater:qđ vix mihi contigit vni
De ioue vult fieri. tanta eſt fiducia forme.
Fallat eam faxo. nec ſim ſaturnia:ſi non (das
Ab ioue merſa ſuo ſtygias penetrarit ad vn/
Surgit ab his ſolio:fuluaqꝫ recondita nube
Limẽ adit ſemeles. nec nubes ante remouit:
Q̃ ſimulauit anũ:poſuitqꝫ ad tempora canos
Sulcauitqꝫ cutem rugis: et curua trementi
Membra tulit greſſu. vocez quoqꝫ fecit anilẽ.
Ipſaqꝫ erat beroe ſemeles epidauria nutrix.
Ergo vbi captato ſermone diuqꝫ loquendo
Ad nomen venere iouis: ſuſpirat:et opto
Iupiter vt ſit ait: metuo tamen omnia. multi
Nomine diuorum thalamos iniere pudicos.
Nec tñ eſſe iouez ſatis eſt. det pignus amoris:
Si modo verus is eſt. quãtuſqꝫ et q̃lis ab alta
Iunone excipitur:tantus taliſqꝫ rogato
Det tibi cõplexus:ſuaqꝫ ante inſignia ſumat.
Talibus ignaram iuno cadmeida dictis
Formarat. rogat illa iouez ſine noĩe munus.
Cui deus elige ait. nullam patiere repulſam.
Quoqꝫ magis credas:ſtygii quoqꝫ ꝯſcia ſũto
Numina torrentis. timor ⁊ deus ille deorũ ẽ.
Leta malo nimiũqꝫ potẽs perituraqz amãtis
Obſequio ſemele:qualem ſaturnia dixit
Te ſolet amplecti. veneris cum fedus initis:
Da mihi te talem. voluit deus ora loquentis
Opprimere:exierat iã vox ꝓperata ſub auras.
Ingemuit. neqꝫ enim non hec optaſſe: nec ille
Non iuraſſe poteſt. ergo meſtiſſimus altum
Ethera cõſcendit:vultumqz ſequentia traxit
Nubila:quis nimbos immixtaqz fulgura vẽtis
Addidit:⁊ tonitrus et ineuitabile fulmen.

Iuno cũ reſciuiſſet ſemelẽ ex ioue cõcepiſſe eam perdere decreuit. conuerſa igitur in beroem ſemeles ipſius nutricem ei perſuadet ne aliter iouẽ in amplexus admittat qꝫ ſi ſecum eo modo quo cum iunone ſolet concumbere ꝑmittat vt an ſit iupiter aperte cognoſcat. quod quidem cum impetraſſet neqꝫ vim tante maieſtatis fulminumqꝫ tolerare poſſet:extincta eſt. puerum vero nondum maturum ceſo matris vtero iupiter excepit ac femori ſuo inſutum:donec menſes nouem cõplerent fouit. poſtea vero nimphis tradidit nutriendum. vnde et dythyrambus fuit appellatus: quod dia dyothyron hoc eſt per duas ianuas et ſemeles vterum et iouis femur tranſierit. Subit. ſuccedit. Semelen. cadmi filia fuit ſemele et hermiones: que ex ioue bacchum generauit. Per iurgia. per obiurgationes. Certe ſoror. hoc ita a iunone infertur ac ſi cõiunx eſſe deſierit: cum iupiter alias amet. ſic quoqꝫ apđ Senecam ipſa loquitur. Soror tonantis. hoc enim ſolum mihi. Quod vix mihi contigit vni. vt de ioue conceperim. vulcanum enim ex ioue concepit iuno. Tanta eſt fiducia forme. acclamatio ex maxima ꝓueniens indignatione. Fallat eã faxo. efficiam inq̃t vt iupiter illam decipiat. Nec ſim ſaturnia. nec merear ſaturni filia vocari. Ab ioue ſuo. ab ioue tam ſibi caro. Merſa. perdita. Penetrarit. deſcenderit. Surgit ab his. poſt hec dicta. Quam ſimulauit anum. Iunonis trãſfigurationem in vetulã deſcribit. Epidauria nutrix. epidaurus vrbs eſt achaie eſculapij tẽplo nobilis. Sua inſignia quibus ab alijs dijs ſeparatur. Fulmina autem dicit. nam fulmen iouis eſt inſigne. Cadmeida. ſemelẽ cadmi filiam. Ignaram. neſciam ſe decipi a iunone. Formarat. informarat. iſtruxerat. Stigij torrentis. ſtigis paludis. Timor deorum. nã dij: vt inquit Uir. per ſtygem iurare timent: ne forte peierantes diuinitate priuentur. Opprimere. obſtruere. obturare ne petitioni finem imponere poſſet. Properata. celeriter prolata. Et neſcit vox emiſſa reuerti: vt Horatius ait. Neqꝫ enim non hec optaſſe. hoc eſt fieri nõ poteſt vt et ſemele non petierit ea que petijt et iupiter nõ promiſerit ea que ſe iam preſtiturum iurauit. preterita enim vt non fuerint: nulla ratione effici poteſt.

Iuno in vetulam.

Qua tamen vſq; pōt vires ſibi demere tēptat.
Nec quo centimanū deiecerat igne typhoea:
Nunc armatur eo. nimium feritatis in illo eſt.
Eſt aliud leuius fulmen: cui dextra cyclopum
Seuitie flammeq; minus. minus addidit ire.
Tela ſecunda vocāt ſuperi. capit illa: domūq;
Intrat agenoreaꝫ. corpus mortale tumultus
Non tulit ethereos: doniſq; iugalibus arſit.
Imperfectus adhuc īfans genitricis ab aluo
Eripitur: patrioq; tener (ſi credere dignū eſt)
Inſuitur femori: maternaq; tempora cōplet.
Furtim illum primis Ino matertera cunis
Educat. inde datuꝫ nymphe nyſeides antris
Occuluere ſuis: lactiſq; alimenta dedere:
Dumq; ea per terras fatali lege geruntur:
Tutaq; bis geniti ſunt incunabula bacchi:
Forte iouē memorāt diffuſum nectare curas
Se poſuiſſe graues: vacuaq; agitaſſe remiſſos
Cum iunone iocos: ⁊ maior veſtra ꝑfecto eſt:
Quam que ꝯtingit maribus: dixiſſe voluptas
Illa negat. placuit que ſit ſententia docti
Querere tireſie. venus huic erat vtraq; nota.
Nam duo magnorum viridi coeūtia ſilua
Corpora ſerpentum baculi violauerat ictu:
Deq; viro factus (mirabile) femina ſeptem
Egerat autumnos. octauo rurſus eoſdem

Qua tamē vſq; poteſt. inquantū inquit poteſt iupiter ſuas vires diminuit. Centimanū typhoea. thyphoeus qui et typhon dicit gigas fuit violētiſſimus centum habens manus: quē iupiter fulmine ſtrauit: eiq; in arimen mōtem impoſuit. eſt autē triſillabū nomē. nec vnq; o et e vocales in vnā ſillabā niſi figurate iungūtur. vltima enim eſt dipthongus nō ſecunda: vt quidā putant. id quod apte accuſatiuus in a deſinens oſtendit. nullū eni nomē ſecūde declinationis accuſatiuū in a deſinit: niſi in noīatiuo eus diptongū habeat. Feritatis. violentie. Eſt aliud leuius fulmē. duo inquit ſunt fulminum genera. violentius et minus violentū quod ſecundū ſuperi vocant. illud eni violentū primū vocatur. videt autem ouidius ad id alludere qđ de fulminibus phiſici ſcribūt: vt refert Plinius in ſecundo naturalis hiſtorie. fulminū duo eē genera. alia nāq; fatidica vocari que ex alto ſtatiſq; de cauſis et ex ſuis veniant ſideribus. alia vero bruta ⁊ vana vt que nulla veniant ratione nature. his ꝑcuti montes. his maria. omneſq; alios irritos iactus fieri. Donis iugalibus. cōiugalibus que pro coniūctione ⁊ coitu petierat. Imperfectus infans. qui poſtea bacchus fuit appellatus. Femori. iouis ſubaudiatur. femora aūt ſunt coxaruꝫ ſūmitates: vbi coxe ipſe iunguntur. Materna tempora. hoc eſt menſes decem quibus in vtero a matribus geſtantur infantes. Ino matertera. Ino cadmi fuit filia ac ſemeles ſoror: que bacchū ex iouis femore eductum clā iunone nutriuit. Nyſeides. a nyſa cytherōis vertice nyſeides dicte ſunt nymphe: que bacchū nutriuerunt. vn̄ dionyſos apo tu dios ⁊ nyſa bacchus fuit appellatus. q̄uis diodorus ſicul⁹ dicat a nyſa felicis arabie vrbe dici. ſed perq; abſurdum eſt bacchum adhuc infantem ex beotia in arabiaꝫ educandum fuiſſe tranſlatum cum tot nymphe preſertim in vicinorū montium antris eſſent. verum vt diodorus ipſe refert: tres fuerunt dionyſi ac pioruꝫ geſta poſteriori qui ex ſemele ⁊ ioue fertur natus: fuerūt aſcripta. Primus nanq; fuit indus vini multorumq; adinuentor: quibus maxime hominum vita exculta eſt. vnde et immortalitate fuit donatus. ſecūdū ferūt ex ioue proſerpinaq; genitam vel cerere: vt alii ſentiūt: quē primum tradūt boues ad aratrū iunxiſſe. propter qđ ſtatuis illi⁹ cornua adiiciebant. tertius ex ioue et ſemele nat⁹ cui Ouidius priorū quoq; attribuit geſta: quēq; nymphis nyſam habitātibus cōmēdatū fuiſſe ait. ſunt aūt decē quoq; vrbes hoc noīe appellate: ac baccho oēs dicate: quarū p̄ma eſt in helicone. ſcđa in thracia. tertia in caria. quarta in arabia. q̄nta in egypto. ſexta in naxo. ſeptima in india. Octaua in monte caucaſo. nona in lybia. decima in euboea: vbi vno die ferunt vitem et florere et vuam matureſcere. Antris ſuis. ꝓpriis ſpeluncis. antra nanq; montiū precipueq; helyconis nymphis ſunt dicata. Dumq; ea p terras. narraturus tireſie mutationē in feminā primū: deīn rurſus in marē: q̄dā interſerit: q̄bus fabule elegāter ꝯnectūtur. Bis geniti bacchi. p̄mū nāq; ex vtero ſemeles. deīn ex femore iouis natus ē bacch⁹: vn̄ etiā dythyrābos ē dict⁹ q̄ſi diadyothyron hoc eſt p duas ianuas vt dixim⁹ exiuit: ⁊ p vterū ſemeles: ⁊ p femur iouis. Nectare. vino ſuaui. ē ei nectar deorū potio ſuauiſſima. Cū vacua iunone. ocioſa ⁊ ira carēte. Docti tireſie. periti illi⁹ q̄ſtionis tireſias ei thebanus cū forte duos āgues coeūtes ꝑcuſſiſſet: in feminā fuit ꝯuerſus ac ſeptē ānos in eo ſexu duraſſe fert. rurſuſq; cū eoſdē ſerpētes verberaſſet: in p̄ſtinū ſexū reuerſ⁹ ē. qđ q̄dē ne q̄s oīno fabuloſū putet legat ⁊ pliniū i ſeptio na. hiſto. ⁊ diuū auguſtinū de ꝯiugiis veteris ac noue legis q̄ aſſerūt q̄buſdā id accidiſſe

Bacchi origo.

Tireſias i feminam.

Ceterũ tireſias ab ioue iunoneqȝ cõtendẽtibus vtrius maior in coitu voluptas ſit maris an femĩe: iudex electus maiorẽ eẽ femĩe voluptatẽ affirmauit. q̃ ſentẽtia iuno irata: illũ obcecauit. iupit̃ vero ꝓ oculis adẽptis ei futurorũ preſciam ꝯceſſit. Mirabile. dictu ſubaudiat̃. eſt aũt parentheſis q̃ ſignificat̃ vix id credi poſſe. Vt auctoris ſortẽ. naturã et ſexũ auctoris effectoris veſtre plage. Genitiua. natiua quã ĩ natiuitate habuit tireſias. mas aũt natus eſt. Arbiter. iudex. Nec ꝓ materia. nec ſm materie ac rei qualitatẽ. res enĩ iocoſa erat ideoqȝ iuno tireſie ſententiã egre ferre nõ debebat. Neqȝ enĩ licet. parentheſis eſt cãm cõtinẽs q̄re iupiter tireſie oculos nõ reſtituerit. non enim inq̇t licet cuiq̃ȝ deo alterius dei q̄libet parui facta reſcindere. Leuauit. leuem fecit. Jlle per aonias. beotias. aonia enĩ pars eſt beotie mõtana ab aone rege cognominata. Hec autẽ inſeruntur vt cõmodius fabule coniũgant̃. Jrreprenſa. vera que nihil poterant reprehẽdi. Vociſqȝ date. conceſſe artis vaticinandi. Temptamina. experimenta. Cerula liriope. narciſſi in florẽ ſui nominis mutationem referre incipit poeta. nam liriope nympha oceani ac tethyos filia a cephiſo fluuio compreſſa Narciſſum peperit: quẽ tireſias cõſultus a matre ad maturã ſenectutẽ peruenturum: ſi ſe non noſſet: predixit. id vero cum ambiguũ videretur: exitu tandẽ fuit comprobatum. narciſſus enĩ omnium formoſiſſimus adoleſcẽs cum omnes ſperneret amantes: ſeqȝ ipſe in fonte vidiſſet: ita ſuiipſiꝰ exarſit amore: vt paulatĩ fuerit ꝯſũptus. eiꝰ vero cadauer cũ nymphe rogo ĩponere vellẽt ipm in florẽ cõmutatũ animaduerterunt. quẽ a iuuenis nomĩe narciſſum. vocarunt. Nymphe cum ſit nominandi caſus ſine dipthõgo ſcribatur. Jam tum. ab infantia vſqȝ maximam pre ſe ferebat pulchritudinem narciſſus. Si ſe non nouerit. hoc eſt ſi nunq̃ȝ ſuã pulchritudinez cognouerit. Vana diu. ſtulta et falſa Nam quater ad quinos. hoc eſt vnum et viginti annos natus erat. Puer. propter pulchritudinẽ. Juuenis. propter magnitudinẽ. erat enim magnus et formoſiſſimus. que quidem rara eſt felicitas. Aſpicit hunc. fabulaz interponit de echo nympha compoſitam: cui primum hoc ira iunonis euenit: vt vltimas tantum de vocibus auditis referret. deinde cum a narciſſo cuius amore ardebat: ſpreta eſſet: in lapidez ita fuit cõuerſa: vt vox ſine corpore remanſerit in montibus vltima verborum auditorum repetens. Reſonabilis echo. verbuz de verbo expreſſit. nã echo dici poteſt reſonantia. Corpus adhuc echo. nõdũ inq̇t corpus echus in lapidẽ erat cõmutatũ. nũc ei ſola vox ſentit̃. Et tñ vſũ. q̃ȝuis inq̇t echo nympha eſſet corpore predita: aliũ tñ vſũ lingue q̃ȝ nũc habeat: nõ habebat. nã vltimas ſolũ voces referebat. Fecerat hoc iuno. vñ hoc incõmodi habuerit echo vt nouiſſima ſolũ verba referret exponit poeta

Vidit: et eſt veſtre ſi tanta potentia plage
Dixit: vt auctoris ſortem in contraria mutet:
Nunc quoqȝ vos feriã. ꝑcuſſis anguibus iiſdẽ
Forma prior rediit: genitiuaqȝ venit imago.
Arbiter hic igitur ſumptus de lite iocoſa
Dicta iouis firmat. grauius ſaturnia iuſto:
Nec pro materia fertur doluiſſe: ſuiqȝ
Judicis eterna damnauit lumina nocte.
At pater omnipotẽs (neqȝ enĩ licet irrita cuiq̃ȝ
Facta dei feciſſe deo) pro lumine adempto
Scire futura dedit: penamqȝ leuauit honore.
Jlle per aonias fama celeberrimus vrbes
Jrreprenſa dabat populo reſponſa petenti:
Prima fidẽ: vociſqȝ date tẽptamina ſumpſit
Cerula liriope: quam quondã flumine curuo
Jmplicuit: clauſeqȝ ſuis cephiſus in vndis
Vim tulit. enixa eſt vtero pulcherrima pleno
Jnfantem nymphe iam tũc qui poſſet amari.
Narciſſumqȝ vocat: de quo cõſultus an eſſet
Tempora mature viſurus longa ſenecte
Fatidicus vates: ſi ſe non nouerit inquit.
Vana diu viſa eſt vox auguris. exitus illam
Reſqȝ probat: letiqȝ genus nouitaſqȝ furoris.
Nam quater ad quinos vnũ cephiſius annos
Addiderat: poteratqȝ puer iuueniſqȝ videri.
Multi illum iuuenes. multe cupiere puelle.
Sed fuit in tenera tam dura ſuperbia forma:
Nulli illum iuuenes. nulle tetigere puelle.
Aſpicit hunc trepidos agitãtẽ in retia ceruos
Vocalis nymphe: que nec reticere loquenti:
Nec prior ipſa loqui didicit reſonabilis echo.
Corpus adhuc echo: non vox erat: et tñ vſum
Garrula nõ aliũ: q̃ȝ nunc habet: oris habebat:
Reddere de multis vt verba nouiſſima poſſet.
Fecerat hoc iuno: quia cum deprẽdere poſſet

Narciſſus in florem.

Echo in vocem.

Juno igiť fuit in cauſa videns ſe ſepius illius nugis deluſam eſſe ac ipeditā: ne iouem cū nymphis coeuntē deprehenderet. Sub ioue ſuo iacentes. cū ioue marito ſuo coeuntes. Poſtꝙ̄ ſaturnia ſenſit. quod ſubaudiať. ſic enim in ſoluta oratiōe loquimur. quod poſteaꝙ̄ iuno ſaturni filia ſenſit ꝛ cognouit. Reqꝫ minas firmat. re ipſa et effectu minas exequiť. Reportat. repetit. et refert. Per deuia rura. ꝑ inuias ſiluas. Incaluit amore illius capta fuit. amore nāqꝫ incaleſcere aliquem vt inflāmari et ardere dicimus. Circumlita. circū poſita. eſt autem periphraſis ſulphuratorum lignorū. Uiuacia ſulphura. que difficulter corrumpunť. hac aūt ſimilitud'ne oſ̄diť echo quo propiquior narciſſo erat eo magis amore inflāmatā eſſe. O quotiēs voluit. hac interiectione ſignificať vehemētia amoris quo echo narciſſum ꝓſequebatur Accedere. adire. Blādis dictis. verbis blanditiarū plenis. quibus amatores vti cōſueuerūt. Molles ꝓces. ab effectu ꝓces dicunť molles: ꝙ illis homines mites manſuetiqꝫ reddunť. Natura repugnat. neqꝫ enī prior loqui poterat ſic volente iunone. ſed vltima tātum verba referebat. Nec ſinit icipiat hoc eſt illam incipere nō ꝑmittit. Seductus. ſeꝑatus. alias deceptus. Comitum ab agmine fido. hypallage ē. ab agmine enī et turba fidoꝝ comitū narciſſum intelligimꝰ receſſiſſe. Aciē oculoꝝ ſubaudiamus. Recepit. accepit. audiuit. Alterne vocis. alternatī emiſſe primū a narciſſo. deide ab echo Huc coeamus. cōueniamꝰ huc in hūc locū. ſed echo eandem q̄dem vocem refert ſed non eandē ſignificationē. coire nāqꝫ et cōuenire et concūbere ſignificat: qua in ſignificatiōe ab echo fuit repetitū: vt aperte que ſequunť oſtēdūt Et verbis fauet ipſa ſuis. hoc eſt ſua verba re ipſa comprobat. et confirmat Quam ſit tibi copia noſtri: ꝙ̄ me potiri poſſis et in tua poteſtate habere. Protegit. occultat. alibi defendit. Solis in antris. deſertis ſpeluncis. Heret. remanet. Tenuant. extenuant et macilentū reddūt'. Uigiles cure. ab effectu ꝙ homines dormire nō ſinant Abducit. cōtrahit. diminuit. Omnis ſuccus. totus ſanguis. Superſunt. reſtant. Oſſa ferunt lapidis traxiſſe figuram. id eſt oſſa feruntur in lapides fuiſſe conuerſa. Inde latet ſiluis. ex eo inq̄t tēpore quo oſſa in lapides fuerunt cōmutata. ſic licet in ſiluis echo: vt ab omnibus quidem audiatur: ſed a nullo videatur. Sonus ē qui viuit in illa. ſcite dixit. nā echo nihil aliud ē ꝙ̄ ſonus Luſerat. illuſerat. Sic cetus ante viriles. ſic inquit ante dum eſſet puer multos viros eius amore captos illuſerat narciſſus.

Sub ioue ſepe ſuo nymphas in mōte iacētes
Illam deam longo prudēs ſermone tenebat:
Dum fugerēt nymphe. poſtꝙ̄ ſaturnia ſenſit:
Huius ait lingue: qua ſum deluſa poteſtas
Parua tibi dabitur: vociſqꝫ breuiſſimus vſus.
Reqꝫ minas firmat. tamē hec in fine loquēdi
Ingeminat voces: auditaqꝫ verba reportat.
Ergo vbi narciſſum per deuia rura vagantem
Uidit et incaluit: ſequitur veſtigia furtim.
Quoqꝫ magis ſequiť: flāma ꝓpiore caleſcit.
Non aliter ꝙ̄ cum ſummis circumlita tedis
Admotas rapiunt viuacia ſulfura flammas.
O quotiens voluit blandis accedere dictis:
Et molles adhibere ꝓces. natura repugnat.
Nec ſinit incipiat. ſed quod ſinit illa parata ē
Expectare ſonos: ad quos ſua verba remittat
Forte puer comitū ſeductus ab agmine fido
Dixerat: hic q̄s adeſt: et adeſt rñderat echo.
Hic ſtupet: atqꝫ aciē partes dimiſit ī omnes.
Uoce veni magna clamat. vocat illa vocantē.
Reſpicit: et rurſus nullo veniente: quid inquit
Me fugis: et totidē quot dixit verba recepit.
Perſtat: et alterne deceptus imagine vocis
Huc coeamus ait: nulliqꝫ libentius vnꝙ̄
Reſponſura ſono: coeamus rettulit echo.
Et verbis fauet ipſa ſuis: egreſſaqꝫ ſilua
Ibat: vt iniiceret ſperato brachia collo.
Ille fugit: fugiēſqꝫ manus ꝯplexibus aufert.
Ante ait emoriar: ꝙ̄ ſit tibi copia noſtri.
Rettulit illa nihil: niſi ſit tibi copia noſtri.
Spreta latet ſiluis: pudibūdaqꝫ frondibꝰ ora
Protegit: et ſolis ex illo viuit in antris.
Sed tñ heret amor: creſcitqꝫ dolore repulſe:
Et tenuant vigiles corpus miſerabile cure.
Adducitqꝫ cutem macies: et in aera ſuccus
Corporis oīs abit: vox tñ atqꝫ oſſa ſuperſūt.
Uox manet. oſſa ferūt lapidis traxiſſe figurā.
Inde latet ſiluis. nulloqꝫ in monte videtur.

Inde.ex illa narciſſi ſuperbia. Aliqs deſpectus.qdã cõtemptus. Sic amet ipſe licet.vtinã inqt ipſe narciſſus ſic amare poſſit:vt nũq̃ʒ amato potiatur. Rhãnuſia nemeſis. rhãnuſia a rhãnũte pago ⁊ regiõe attice:vbi celeberrimo templo colebat̃ dicta q̄ aduerſus ſuperbos maxime inexorabilis eē narrat̃:cui⁹ qdē ſtatue capiti corona impoſita erat(vt ſcribit pauſanias)in qua et cerui et fortune ꝑua inſignia cõtinebant̃. In manuũ altera ramus fraxineus.in dextera phiala in q̄ ethiopes effıcti erant. ſtatua aũt illa q̄ magnitudine et pulchritudine perfecta cũ phidie operibus contendebat. non minus rhãnis cẽſebatur:q̃ʒ marathon ꝑlio cõtra ꝑſas ꝯmiſſo.ſic aũt nemeſis rhãnuſia dicta ē:vt dyana epheſia: venus cytherea.nemeſin ꝟo oceani et tethyos filiã fuiſſe Pauſanias ſcribit: hui⁹ dee ſimulacrũ in capitolio qdē erat:vt ſcribit plini⁹. q̃uis nomē latinũ nõ ſit.

Omnibus auditur.ſonus eſt qui viuit in illa.
Sic hanc.ſic alias vndis aut montibus ortas
Luſerat hic nymphas. ſic cetus ante viriles.
Inde man⁹ aliqs deſpectus ad ethera tollẽs
Sic amet ipſe licet.ſic non potiatur amato.
Dixerat.aſſenſit precibus rhamnuſia iuſtis.
Fons erat illimis nitidis argenteus vndis:
Quem neq̃ʒ paſtores: neq̃ʒ paſte mõte capelle
Contigerãt:aliud ve pec⁹.quē nulla volucris
Nec fera turbarat:nec lapſus ab arbore ram⁹.
Gramē erat circa:quod ꝓxim⁹ humor alebat:
Siluaq̃ʒ ſole locum paſſura tepeſcere nullo.
Hic puer et ſtudio venandi laſſus et eſtu
Procubuit:facieq̃ʒ loci fonteq̃ʒ ſecutus.
Dumq̃ʒ ſitim ſedare cupit: ſitis altera creuit.
Dumq̃ʒ bibit:viſe correptus imagine forme
Spē ſine corꝑe amat corꝑ⁹ putat eē qđ vmbra
Ac ſtupet ipſe ſibi: vultuq̃ʒ imotus eodē (eſt
Heret:vt e pario formatum marmore ſignũ.
Spectat humi poſit⁹ geminũ ceu lumia ſidus
Et dignos baccho digitos:⁊ apolline crines
Impubeſq̃ʒ genas:et eburnea colla: decuſq̃ʒ
Oris:et in niueo mixtum candore ruborem.
Cunctaq̃ʒ miratur: quibus eſt mirabilis ipſe.
Se cupit iprudens:et qui probat ipſe probat̃.
Dumq̃ʒ petit petit̃: pariterq̃ʒ accēdit et ardet.
Irrita fallaci quotiens dedit oſcula fonti:
In medias quotiēs viſum captantia collum
Brachia merſit aquas: nec ſe deprēdit i illis.
Quid videat neſcit:ſed quod videt oritur illo
Atqʒ oculos idem qui decipit: incitat error.
Credule qd fruſtra ſimulacra fugacia captas:
Quod petis ē nuſq̃ʒ.qđ amat̃:auertere:ꝑdes.
Iſta repercuſſe:quã cernis:imaginis vmbra ē.

Fons erat illimis.fontē ameniſſimuʒ deſcribit poeta.Illimis.ſine limo. Argēteus vt argēteũ nitidus ⁊ ſplēdidus Gramē. herba. Siluaq̃ʒ ſole locum paſſura.ſilua inqt adeo denſa fonti imminebat:vt ſolis radij nequaq̃ʒ ad fontē penetrare poſſent. Sole nullo.nullo ſolis calore. Et eſtu.ſolis feruore. Procubuit.in facieʒ iacuit: id qđ laſſi in herboſis locis facere ſolent. Faciē loci.Ameniſſimũ loci ſitũ. Sitis altera.cupiditas altera.hoc eſt amor.nihil enĩ aliud ē amor q̃ʒ cupiditas potiũdi re amata. Dũq̃ʒ bibit.q̃ʒ ꝓ qr accipienda videt̃ vt exponat̃.quia dũ bibit. Spem ſine corpore amat. hoc minus recte dictũ eſſe videt̃.oīs enĩ ſpes eſt ſine corpore.ſpes aũt ꝓ ſpecie ⁊ vmbra poſita eē vr̃.ſed forſitã hũc locũ poeta ſi licuiſſet erat emendaturus. verũ ſic quoq̃ʒ defendi põt. ſperabat enĩ ſe eo potiturũ qđ tangi nõ põt. Ac ſtupet ipſe ſibi.ſua ipſi⁹ pulchritudine ſtupet narciſſus.Signũ.ſtatua. Pario marmore. paros inſula ē egei cãdidiſſimo marmore nobilis. Spectat humi poſitus.narciſſi ſingula mēbra deſcribit: q̊ melius ipſius pulchritudinē oſ̃dat. ordo eſt aũt.ſpectat lumina et oculos ceu geminũ ſidus:q̄ ſilr̃itudine pulcherrimos narciſſo oculos fuiſſe poeta demõſtrat. Impubes genas.iberbes ac ſine vlla prorſus lanugie.Eburnea colla.cãdida ſic vt eburnea viderent̃. Pariterq̃ʒ accēdit ⁊ ardet.ħ ē vrit ⁊ vrit et vrit̃.in hac ꝟo deſcriptiõe valde poeta laſciuit. Irrita oſcula.vana.nihil enĩ ꝑter aquã tãgebat. Captãtia.captare ⁊ ꝯphēdere conãtia.neq̃ʒ ei captabãt. Incitat.ſtimulat ad amãdũ. Credule qd fruſtra.miſeratiõe q̄dã poeta mot⁹ vr̃ ꝯuertere ſermonē ad narciſſum.credulus aũt dr̃ q̄ facile nimiũ credit.Simulacra fugatia.imaginē fugientē. Quod petis ē nuſq̃ʒ.ac ſi diceret nihil eſt id qđ cupis.ſꝫm autē eorũ loqtur opinionē qui corpora ſolum eſſe putant. Quod amas: auertere: perdes.hoc eſt auerte a fonte vultum tuum quem amas:et ipſum ſtatim amittes.eſt enim imperatiui modi auertere.admonere enĩ eũ videt̃ vt vultũ auertat:ſicq̃ʒ cognoſcet ſe vmbrã amare. Repcuſſe.ab aq̄ remiſſe

Nil habet iſta ſui. iſta inquit imago quã cernis nihil habet ꝓprij: ſed tota a te pendet. Cereris. cibi Quietis. ſomni. Opaca herba. vmbroſa. Inexpleto lumine. oculis qui non poterãt ſatiari. Mendacẽ formã falſam adoleſcentis figuram. Ecqs Jo ſilue. Exclamatio eſt cum interrogatione hoĩs vehemẽter affecti eſt aũt ſola dictio ecqs et p c ſcribiť nõ p t. vt fere in exẽplarib9 eſt deprauatũ. Jo vero dolentis h̃ loco eſt interiectio. alibi bacchãtis ꝛ gaudẽtis. Scitus eni. parentheſis eſt qua oſtẽdit narciſſus ſe merito ſiluas rogare an aliquẽ ſic tabeſcere viderint. Et multis latebra opportuna fuiſtis. hoc ẽ m̃ltis amãtibus latebras prebuiſtis: vt cõmode ſuis amoribus frui poſſent. Opportuna. commoda Ecquem cũ veſtre. ordo eſt. ecquẽ meminiſtis. in longo euo qui ſic tabuerit. et paulatim cõſumptus ſit. Tot ſecula. ſilue enim multa ſecula viuũt. ſeculum autẽ centum annorum ſpaciũ dr̃. Tabuerit. paulatim cõſumptus ſit. tabeſcere nãqꝫ eſt paulatĩ deficere ꝛ abſumi. a tabe aũt deriuať que humorũ corruptio eſt. qua corpora ad extremã maciẽ deducunť. Tantus tenet error amãtez. acclamatio eſt qua ſe in maxima miſeria conſtitutum eſſe oſtendit narciſſus: cum quẽ amat euz inuenire nõ poſſit. Nec menia. menia a muniendo dicuntur et ea ſunt proprie: que vrbem cingũt: ꝗ̃ꝗ̃ et priuata edificia ſignificent. Teneri. amplecti. Reſupino ore. ſurſum verſo ore. Puer vnice. ſingularis. neminẽ enim alium tanta pulchritudine preditũ eſſe putabat Petitus. expetitus. exoptatus. Fugias. faſtidias. Aſperneris. renuas. Feroqꝫ. patior et tolero. Inopez me copia fecit. ſtulte dictum eſſe videtur: oxymoron autem a grecis vocatur: qꝺ ꝗ̃uis fatuum videatur: acutus tamen ineſt ſenſus. copia enim inopem fecit narciſſuz: quia quod in ſeipſo erat: potiri et frui non poterat. Uotum nouũ cupiditas noua et inuſitata: vt quod quis amat longe abs ſe cupiat abeſſe Superant. ſuperſunt. reſtãt. Primo in euo. in prima etatis mee pte. Adoleſcens enĩ adhuc erat narciſſus. Diuturnior eſſet. diutius viueret. Nunc duo cõcordes. vnanimes. Ad eandẽ faciem. ad eandem imaginem. Facies enim interdum pro totius corporis forma interdum pro imagine ponitur. Male ſanus. inſanus et demẽs. Moto lacu. turbato fonte. lacus enim dicitur etiam fontiuz receptaculum. lacus quoqꝫ vas eſt in quo vue calcãtur. Tibulus. et pleno pinguia muſta lacu. Liceat quod tangere nõ eſt. Aſpicere hoc eſt. permitte me aſpicere id: quod tangere impoſſibile eſt. nam hoc verbum eſt cum infinito iunctum: ſignificat poſſibile eſt.

Nil habet iſta ſui. tecum venitqꝫ manetqꝫ.
Tecum diſcedet: ſi tu diſcedere poſſis.
Non illum cereris. non illum cura quietis
Abſtrahere inde põt. ſꝫ opaca fuſus in herba
Spectat inexpleto mendacem lumine formã.
Perqꝫ oculos perit ille ſuos: paulũqꝫ leuatus
Ad circunſtantes tendens ſua brachia ſiluas
Ecquis Jo ſilue crudelius inquit amauit:
Scitis eni: ꝛ multis latebra oportuna fuiſtis:
Ecquem: cum veſtre tot agantur ſecula vite:
Qui ſic tabuerit longo meminiſtis in euo:
Et placet. et video. ſꝫ quod videoqꝫ placetqꝫ:
Non tamẽ inuenio. tantus tenet error amãtẽ.
Quoqꝫ magis doleã: ñ nos mare ſepat igẽs:
Nec via: nec mõtes: nec clauſis menia portis.
Exigua prohibemur aqua. cupit ipſe teneri.
Nam quoties liq̃dis porreximus oſcula lym
Hic toties ad me reſupino nititur ore. (phis:
Poſſe putes tãgi. minimũ ẽ qꝺ amãtib9 obſtat.
Quiſquis es huc exi. q̃d me puer vnice fallis.
Quo ve petit9 abis: certe nec forma nec etas
Eſt mea quã fugias. et amarũt me quoqꝫ nym
Spẽ mihi neſcio quã vultu ꝓmittis amico: (phe
Cũqꝫ ego porrexi tibi brachia porrigis vltro.
Cũ riſi: arrides. lachrymas quoqꝫ ſepe notaui
Me lachrymãte tuas. nutu quoqꝫ ſigna remit
Et quantũ motu formoſi ſuſpicor oris: (tis
Uerba refers aures non peruenĩẽtia noſtras.
Iſte ego ſum. ſenſi. nec me mea fallit imago.
Uror amore mei. flammas moueoqꝫ feroqꝫ.
Quid faciã. roget: an ne rogẽ. q̃d deĩn negabo
Quod cupio mecũ eſt. inopem me copia fecit.
O vtinam a noſtro ſecedere corpore poſſem.
Uotũ ĩ amãte nouũ ẽ: vellẽ qꝺ amam9 abeẽt:
Jamqꝫ dolor vires adimit: nec tempora vite
Lõge mee ſuperãt: primoqꝫ extinguor in euo.
Nec mihi mors grauis ẽ poſituro morte dolo
Hic qui diligitur vellẽ diuturnior eſſet. (res

Nunc duo cōcordes anima moriemur in vna:
Dixit ⁊ ad faciem rediit male ſanus eandem:
Et lachrymis turbauit aq̄s: obſcuraq; moto
Reddita forma lacu ē: quā cum vidiſſet abire
Quo refugis: remane: nec me crudelis amātē
Deſere clamauit. liceat quod tangere non eſt:
Aſpicere: ⁊ miſero prebere alimenta furori.
Dumq; dolet: ſummo veſtem diduxit ab ore:
Nudaq; marmoreis ꝑcuſſit pectora palmis.
Pectora traxerunt tenuem ꝑcuſſa ruborem.
Non aliter q̄ʒ poma ſolent: que candida ꝑte:
Parte rubēt: aut vt variis ſolet vua racemis
Ducere purpureum nondum matura colorē.
Que ſimul aſpexit liquefacta rurſus in vnda:
Non tulit vlterius. ſed vt intabeſcere flaue
Igne leui cere matutineq; pruine
Sole tepente ſolent: ſic attenuatus amore
Liquitur: ⁊ tecto paulatim carpitur igni.
Et neq; iam color eſt mixto candore rubori:
Nec vigor: ⁊ vires ⁊ que modo viſa placebāt:
Nec corpꝰ remāet: quōdā q̄d amauerat echo:
Que tamen vt vidit: q̄ʒuis irata memorq;
Indoluit quotiēſq; puer miſerabilis heu heu
Dixerat: hec reſonis iterabat vocibꝰ heu heu.
Cumq; ſuos manibus ꝑcuſſerat ille lacertos:
Hec quoq; reddebat ſonitū plāgoris eundē.
Vltima vox ſolitā fuit hec ſpectātis i vndam.
Heu fruſtra dilecte puer. totidemq; remiſit
Verba locus: dictoq; vale: vale inq̄t ⁊ echo.
Ille caput viridi feſſum ſummiſit in herba:
Lumina mors clauſit domini mirātia formā.
Tum quoq; ſe: poſtq̄ʒ ē inferna ſede receptus:
In ſtygia ſpectabat aqua. planxere ſorores
Naiades: ⁊ ſectos fratri impoſuere capillos.
Plāxerūt dryades. plāgētibus aſſonat echo.
Iāq; rogū quaſſaſq; faces pheretrūq; ꝑabāt:
Nuſq̄ʒ corpus erat. croceū pro corꝑe florem
Inueniunt foliis medium cingentibus albis.
Cognita res vatis meritā ꝑ acheides vrbes *
Attulerat famam: nomēq; erat auguris ingēs
Spernit echionides tamen hūc ex oībꝰ vnus
Contemptor ſuperū pentheus: ꝑſagaq; ridet
Verba ſenis: tenebraſq; ⁊ cladē lucis adēpte

Miſero furori. ab effectu miſer dr̄ furor q̄ miſeros hoīes faciat q̇ illo vexātur. Miſeri aūt ſunt q̇ amant: vt plautus q̄ʒ in Aſmaria teſtaṫ. Diduxit. diuiſit. Ab ore ſummo. ſic quidē legiṫ. Sed ab ora ſumma forſitā ab Oui. fuit ſcriptū: vt a ſuꝑiore extremitatē veſtem fuiſſe diductā intelligamꝰ. Nam ora vniuſcuiuſq; rei nō ſolū terraꝝ extremitas appellaṫ. Marmoreis palmis. manibus vt pariū marmor candidis. Traxerūt. ꝯceperūt. Liquefacta in vnda. in liquida aqua. Non tulit vlterius. dolorē vlteriꝰ ferre nō potuit. Intabeſcere. paulatim liq̄fieri ⁊ abſumi. Matutine pruine. ꝓ̇ma ros eſt cōgelatus. Attenuatus. extenuatus macer factus. Liquiṫ. liq̄ſcit ac paulatim ꝯſumiṫ. Et vires. nō aduerbiū ſubaudiaṫ: vt intelligamꝰ ⁊ vires n̄ remanēt. Eſt em̄ hypozeugma. Quāuis irata memorq;. ſe a narciſſo fuiſſe ſpretā. eſt autē ordo. Que tm̄ indoluit vt vidit. q̄ʒuis irata eſſet. Miſerabilis. miſerandus ac miſericordia dignꝰ. Plangoris. ꝑcuſſionis. Locꝰ. echo que in illo erat loco. Cōtinens em̄ pro cōtento ꝑ metonymiā poſitū eſt. Sūmiſit. depoſuit. Planxere ſorores naiades. fleuere nymphe fontiū ⁊ fluminum que ſorores videnṫ eſſe. naiades em̄ fontiū ac fluuioꝝ nymphe dicunṫ. apo tu nain. hoc eſt a fluendo. Et ſectos fratri impoſuere capillos. id enī in luctu mulieres facere ſolebāt. Feretrū. capulum quo cadauera efferuntur. Quaſſaſq; faces. ſciſſas. Faces nanq; cadaueribus ꝑferebanṫ. Croceum florem. narciſſum florē colorībꝰ depigit: nā croceꝰ cū ſit foliis cādidus cingiṫ. Cognita res. expoſiturus quēadmodū tyrrheni q̇daʒ naute bacchū ꝯtēnētes i delphinos mutati fuerunt: ⁊ alia q̄dā ⁊ pēthei regꝭ thebarū ipietatē ⁊ cedē narrat: vt fabule meliꝰ ꝯiūgātur. Per acheides vrbes. acheicas. ē ei forma ꝓnōimica ꝓ poſſeſſiua. acheia regio ē grecie pelopōneſo ꝯtermina Scd̄a v̄o huiꝰ noīs ſyllaba cū diphtōgon ae ē ſcribēda. Echionides pētheus. pētheꝰ echiōis ⁊ agaues fuit filiꝰ: q̇ dū bacchū ꝯtēneret: eiuſq; ſac̄ in cytherōe ſpectaret. a mr̄e aliiſq; bacchis putātibꝰ ipm̄ eſſe aprū: fuit dilaceratꝰ Pētheꝰ aūt apo tu pēthus. hoc ē a luctu fuit cognoīatus. Verba ꝑſaga. q̄ futura ꝑcabāt. Cladē lucis ademper

Obiicit. ille mouens albentia tempora canis
Q̃ felix eſſes: ſi tu quoqꝫ luminis huius
Orbus ait fieres: nec bacchica ſacra videres.
Nãqꝫ dies aderit: quã non ꝓcul auguroꝛ eſſe:
Qua nouus huc veniet ꝓles ſemeleia liber:
Quem niſi temploꝝ fueris dignatus honoꝛe:
Mille lacer ſpergere locis: ⁊ ſanguine ſiluas
Fedabis: matremqꝫ tuam matriſqꝫ ſoꝛoꝛes.
Et veniet. neqꝫ eñ dignabere numẽ honoꝛe.
Meqꝫ ſub his tenebꝛis numiũ vidiſſe q̃reris.
Talia dicentem ꝑturbat echione natus.
Dicta fides ſequitur: reſponſaqꝫ vatis agunt.
Liber adeſt: feſtiſqꝫ fremũt vlulatibus agri.
Turba ruit mixteqꝫ viris matreſqꝫ nuruſqꝫ
Vulguſqꝫ ⁊ ꝓceres ignota ad ſacra feruntur.
Quis furoꝛ anguigene ꝓleſ mauoꝛtia veſtras
Attollit mẽtes: pentheus ait: aera ne tantum
Aere repulſa valent: ⁊ adunco tibia coꝛnu:
Et magice fraudes: vt quos nõ bellicꝰ enſis.
Nõ tuba terruerit. nõ ſtrictis agmina telis:
Feminee voces: ⁊ mota inſania vino
Obſceniqꝫ greges: ⁊ inania tympana vicant:
Vos ne ſenes mirer. qui lõga ꝑ equoꝛa vecti
A tyro hac ꝓfugos poſuiſtis ſede penates.
Nũc ſinitis ſine mr̃e capi. vos ne acrioꝛ etas
O iuuenes ꝓpioꝛqꝫ mee: quos arma tenere
Non thyrſos: galeaqꝫ tegi: nõ frõde decebat:

cecitatem. Obiicit. exprobꝛat. Quã nõ ꝓcul auguroꝛ eſſe. h̃ eſt quã puto atqꝫ vaticinoꝛ ꝓpe eſſe. Nouꝰ liber. innuit poeta aliũ q̃ꝫ bacchũ veterẽ ⁊ antiquũ fuiſſe. Nã vt ſcribit Diodoꝛus. Quidã vnũ dũtaxat. alij tres dyoniſos et bacchos fuiſſe putarũt ſua cuiqꝫ geſta attribuẽtes. Ac p̃mũ indum fuiſſe aiunt q̃ cũ exercitu oꝛbem ꝑagrans ⁊ vitẽ plantare ⁊ ex vua vinũ toꝛculari exp̃mere oĩum p̃mus moꝛtales docuit. Pluraqꝫ alia ad vſum hoĩm excogitata effecerũt: vt ꝓ deo coleret. Scd̃m ex ioue ⁊ ꝓſerpina: vl̃ vt alii ſentiũt: ex cerere genitũ ferũt: q̃ p̃mus boues ad arãdũ iũxiſſe narrat. quã ob rẽ illius ſtatuis coꝛnua apponebãtur. Tertium ex ioue ⁊ ſemele cadmi filia natũ aiunt: qui ſpecie decoꝛus iter mulierũ choꝛeas ſũma cũ voluptate nutritꝰ fuit atqꝫ educatus. Feminarũ deinde. quas thyrſis armauit: exercitu cõgregato oꝛbẽ terraꝝ ꝑagrauit: eos qui pie iuſteqꝫ viuerẽt: ſacra myſteriaqꝫ docẽs. Feſtos p̃terea vbiqꝫ dies publice celebꝛari: choꝛeaſqꝫ agi ⁊ muſicã exerceri artẽ inſtituit. Poſtremo ſedatis inter oẽs natiões vꝛbeſqꝫ diſcoꝛdijs belliſqꝫ vbiqꝫ ſublatis: pacẽ oĩbꝰ largitꝰ ẽ. Quoſdã vo ob ſuꝑbiã ĩpietatẽqꝫ ip̃m ꝯtemnẽtes iactãteſqꝫ bacchas ꝓpter incõtinentiã ⁊ libidinẽ ab ip̃o circũduci. Cerimonias vo ac myſteria ad coꝛruptelam externarũ mulierũ adinuẽta: merita pena affecit quoꝝ in p̃mis fuit pẽtheus. Hec ⁊ multo plura Diodoꝛꝰ de bacho. Ouidius vero q̃ ab alijs duobus q̃ꝫ geſta fuere baccho ſoli iouis et ſemeles filio attribuere videt. Matris ſoꝛoꝛes. Ino ⁊ autonoen. He nanqꝫ vna cũ agaue matre pentheũ dilacerarũt. Perturbat. interpellat. Impedit: ne plura loquat. Agũtur. ꝑaguntur. ꝑficiunt. Liber adeſt. bacchꝰ aduenit qui idcirco liber dicit q̃ curis mentẽ liberet merũ. Origia aũt ⁊ bacchi ſacra tã elegãter deſcribit vt facile ab oĩbus ꝑcipi poſſint. Feſtis vlulatibus. clamoꝛibꝰ Qui eñ bacchi ſacra celebꝛabant: in furoꝛẽ acti tympanoꝛũ tubarũqꝫ ſtrepitu ita clamabãt: vt vlulare viderent. Ignota ad ſacra. q̃bꝰ alias nunq̃ꝫ interfuerãt. Quis furoꝛ anguigene. hac oꝛatione pentheus conatur deterrere thebanos a ſacrificijs bacchi celebꝛandis. Idcirco aũt eos ⁊ anguigenas ⁊ ꝓlem mauoꝛtiam vocat: q̃ a dꝛaconis dentibus: qui i tutela martis erat: oꝛiginem ducant. Per qd̃ quidem ſignificat eos nullũ cum mollibus viris vino ac libidini deditis cõmertium habere debere. Attollit. aufert. Era ne tantum. erea tympana. Ere repulſa. ſepius ferreis baculis percuſſa. Et adunco. aut cum p̃poſitio ſubaudiatur: aut ꝓ genitiuo ablatiuus poſitus eſt. Et magice fraudes. magice artes dicũtur q̃ carminibus ac veneficijs mẽtes hoĩm ꝑuertunt efficiũtqꝫ vt eſſe videãtur que nõ ſunt. A magis aũt qui lingua ꝑſarum ſapientes dicũtur: ſunt deriuate. Zoꝛoaſtres vero ip̃e p̃mus magice vanitatis inuẽtoꝛ fuiſſe dicit. Strictis telis. nudis enſibus. Agmina. acies. exercitus. Terruerint aũt ſubaudiat. eſt aũt a maioꝛi ad minus argumentũ. Obſceniqꝫ greges. turpis ac libidine coꝛrupta m̃ltitudo. Vos ne ſenes mirer: ſermonẽ ꝯuertit ad ſocios cadmi qui vna cũ ip̃o phenitiã patriamqꝫ relinquẽtes tandẽ ꝑ varia ꝑicula in beotiã ꝑuenerũt. A tyro. tyrus inſula eſt phenicie adiacens a tyro phenicis filio dicta. Eſt etiã tyros laconie vꝛbs ⁊ inſula ĩ mari rubꝛo. Eſt p̃terea vꝛbs indie tyros atqꝫ lydie. Vos ne acrioꝛ etas. ſenſꝰ ẽ. vos ne mirer o iuuenes: q̃rũ etatẽ robuſtioꝛẽ magis decet arma q̃ꝫ thyrſos tenere. ẽ ãt oꝛdo. Vos ne mirer o iuuenes q̃ꝝ acrioꝛẽ etatẽ ꝓpioꝛẽqꝫ mee decebat tenere arma. Nõ thyrſos

Penthꝰ

Thyrſi haſte erant pampinis oꝛnate quas bacchi ſacerdotes geſtabant. Vñ etiā bacchus thyrſiger vocat̄. Seneca ī medea. cādida thyrſigeri ꝓles. Qua ſtirpe. ac ſi diceret originē vos ducere a martio ſerpēte me mentote. q̄ ſolus mltos īterfecit: vt fontē ſuū tutaret̄. Ille dedit leto foꝛtes. ar gumentū eſt a maioꝛi. Eſt aūt antitheton. molles eñ. foꝛtibus opponūtur. Dedit leto. interfecit. Utinā toꝛmēta. inſtrumēta ſūt bellica a toꝛquēdis lapidibus aliiſqꝫ miſſilibus dicta. Sine crimine. ſine culpa. Soꝛſqꝫ querenda. hoc eſt. ſoꝛs noſtra lamētatione q̇dē digna foꝛet: nō vituꝑatione. Nō celanda. nō occultāda ꝓpter vituꝑatiōem. Sed

Eſte ꝑcoꝛ memoꝛes qua ſitis ſtirpe creati.
Illiuſqꝫ animos: qui multos ꝑdidit vnus:
Sumite ſerpentis. ꝓ fontibus ille lacuqꝫ
Interijt. at vos ꝓ fama vincite veſtra.
Ille dedit leto foꝛtes. vos vincite molles.
Et patrium retinete decus. ſi fata vetabant
Stare diu thebas: vtinam toꝛmenta viriqꝫ
Menia diruerent. ignis ferrumqꝫ ſonaret.
Eſſemus miſeri ſine crimine: ſoꝛſqꝫ querenda
Nō celanda foꝛet: lachꝛymeqꝫ pudoꝛe carerēt.
At nunc a puero thebe capient̄ inermi:
Quē neqꝫ bella iuuāt: nec tela: nec vſꝰ equoꝝ:
Sꝫ madidꝰ mirra crinis: molleſqꝫ coꝛone:
Purpureeqꝫ: ⁊ pictis intextū veſtibus aurū.
Quē quidē ego actutū. mō vos aſſiſtite cogā
Aſſumptumqꝫ patrē cōmentaqꝫ ſacra fateri.
An ſatis acriſio eſt animi contemnere vanum
Numen: ⁊ argolicas venieti claudere poꝛtas:
Penthea terrebit cum totis aduena thebis:
Ite citi (famulis hoc imperat) ite: ducēqꝫ (ſto.
Attrahite huc victū. iuſſis moꝛa ſegnis abe/
Hūc auus. hūc athamas. hūc cetera turba ſu
Coꝛripiūt dictiſ: fruſtraqꝫ ihiber̄ laboꝛāt (oꝛū
Acrioꝛ admonitu eſt: irritaturqꝫ retenta
Et creſcit rabies: moderaminaqꝫ ipa nocebāt.
Sic ego toꝛrentem. qua nil obſtabat eunti.
Leuius ⁊ modico ſtrepitu decurrere vidi.
At quacūqꝫ trabes obſtructaqꝫ ſaxa tenebāt:
Spumeus ⁊ feruens ⁊ ab obice ſeuioꝛ ibat.
Ecce cruentati redeunt: ⁊ bacchus vbi eſſet:
Querenti domino: bacchum vidiſſe negarūt.
Hunc dixere tamen comitē famulūqꝫ ſacroꝝ
Cepiuꝰ: ⁊ tradūt manibus poſt terga ligatis:
Sacra dei quendam tyrrhena gente ſecutū.

madidus myrrha crinis. h̓ eſt Sed capillus vnguēto delibutꝰ. Myrrha genus ē aromatis: q̇ vnguēta cōmendantur. Habitū aūt bacchi ita deſcribit: vt molliſſimus videatur. Et pictꝭ veſtibus. verſicoloꝛibus: varioꝝ coloꝛū. Quē quidē ego actutū. ſtatim ſine vlla moꝛa. Minatur pentheꝰ ſe bacchū ita eſſe toꝛturum: vt cum fateri ſit coacturus: ⁊ quem habeat verum patrē: et cur ea ſacra confinxerit. Commentaqꝫ ſacra. conficta. cōminiſci nāqꝫ cōfingere eſt. Vñ commentum ꝓ confictione apud Therentiū. Atqꝫ illis cōmentum placet. An ſatis acriſio. Exemplo pꝛobat bacchum facile poſſe repelli. Nam acriſiꝰ rex argiuoꝛum iam baccho clauſit vꝛbis poꝛtas. neqꝫ illiꝰ ſacra admittere voluit. Acriſius autē Abantis argiuoꝛū regis filius fuit ac pater Danaes a Ioue amate. Hic cū a Pꝛeto fratre regno fuiſſet pulſus: a Perſeo nepote fuit reſtitutus. A quo tamen poſtea ſpꝛeto tanq̄ꝫ Iouis non eſſet filius: in ſaxum fuit conuerſus: vt in ſequenti volumine narrat Ouidiꝰ.

Aduena. bacchum aduenam cōtemptus grã appellat pentheus. Neqꝫ enī eum Semeles ⁊ Iouis filium eſſe credit. Cum totis thebis. cum omnibꝰ thebanis. Continens enim pꝛo cōtento per metonymiam ſepenumero ponitur. Eſt autem interrogatiue cū magna indignatione legendum. Famulus hoc imperat. parentheſis eſt: q̄ declarat poeta: quibus mandauerit pentheus: vt vinctum adducerēt bacchū.

Hunc auus. cadmus. Hunc Athamas. aeoli filius fuit Athamas Cadmi gener. Acrioꝛ. pꝛoteruioꝛ. cōtumacioꝛ. Moderamina. ſenioꝛum admonitiones. Sic ego toꝛrentem. pulcra ſimilitudine declarat penthei aduerſus ſenioꝛem admonitiones pꝛoteruitatem. vt enim inquit toꝛrentes violēlentioꝛes fiunt: vbi aliquid ipis obijcitur. ſic pēthei furoꝛ monitis ſenioꝛum magis: magiſqꝫ creſcebat. Toꝛrēs autem dicit̄ fluuiꝰ qui eſtate ſiccatur. Obſtructa. oppoſita. Obice. obiectione. Seuioꝛ. violentioꝛ. Ecce cruētati redeūt. famuli ad bachū cōpꝛehēdendū miſſi ſanguinolēti ſunt reuerſi. Quoſdā eñ ex bachi comitibus vulnerauerāt. Querēti dño. tyꝛanno. Thyrrhena gente. thuſca. nam thyrrheni pplˀi ſunt Italie: q̄

et thuſci dicuntur. Et tyrrhenia. que tuſcia vocatur. Differt. ꝓfert. ꝓtrahit ac ꝓlongat. Significatur autē pentheus maximo agitari furore: vt qui ſubito de īmerito ſumere ſuppliciū vellet. Documenta. exempla. Noui moris. ritus. Nam bacchus ea tum primum ab India cum triumpho reuertens inuehebat ſacra. Frequentes. celebres ⁊ colas. Patria meonia eſt. lydia. Lydij nanqꝫ duce tyrrheno coloniam in italiam deduxerunt. Non mihi que duri. cur ſacra bacchi ſit ſecut⁹ Acetes exponit id qd̄ vltimo loco a tyrrheno fuerat rogatus. Lino. retibus que ex lino cōficiuntur. Significat autem patrem ſibi fuiſſe piſcatorē. Ars illi ſua cenſus erat. hoc eſt nullis alijs diuitijs pater meus ꝙ̄ arte cenſebatur atqꝫ inter capite cenſos numerabatur: qui nullum prorſus patrimonium habebāt. Studij. artis et inſtituti. Preter aquas. in quibus piſcarer. Et olenie capelle. amaltheam capram dicit: que iouem aluiſſe fertur: ac propterea in celū ſublata īter ſidera cum gemis edis fuit collocata: in cuius ortu ⁊ occaſu maxime pluuie ſolent eſſe. Olenos autem: vt inquit Iginus. vrbs eſt beotie: vt alij achaie in qua amalthea nutrita merito olenia vocatur capella Vn̄ Ouidius ipſe in faſtorū quinto. Naſcitur olenie ſignum pluuiale capelle. Ea vero enumerat acetes: quorum maxime periti eſſe debent nauium gubernatores. Taygeten. vna ē ex pleiadibus taygeta: per quā totū pleiadū que latine virgilie dicuntur: ſidus oſtēditur. Fuit etiam taygeta agenoris filia. Vn̄ Taygetus laconie mons: qui et taygeta dicitur fuit appellat⁹. Hyadas. latine ſucule quidē dicuntur nō apo ton yon. id eſt a ſuibus: vt priſci illi romani parū greci ſermonis adhuc eruditi putarūt. ſed apo tu yin. hoc eſt a pluendo hyades ſunt appellate: qꝫ ortu et occaſu pluuias inducunt. Sūt autem ſtelle in fronte tauri collocate. Arcton vrſam ꝑ quā ſeptentriones: q̄ nunqꝫ occidūt ſignificat. Ventorum qꝫ domos. hoc eſt quattuor mūdi partes: vn̄ flare dicūtur venti. orientem occidentē. meridiem ſeptētrionem. nam eurus in oriente. Zephirus in occidēte. Auſter ad meridiem. Boreas ad ſeptētrionem domos habere in primo a poeta narrant. Chie telluris ad oras ad littus chij inſule. Eſt enī chios clariſſima Ionum inſula cum eiuſdē nominis vrbe a chio oceani filio cognominata. Vel a niue: que Chion grece dicitur. Vel a chione nympha. Eſt etiam vrbs carie chios. ⁊ cheroneſi ⁊ euboee. Sane ſciendum primam ſyllabam in primitiuo corripi. in deriuatiuo vero produci. Adducor littora elegāter nomini detracta prepoſitio verbo eſt adiecta. Latices recentes. recētem aquā. Inferre. in nauē. Admoneo. ſocios ſubaudiamus. Utqꝫ putat. qꝛ fallebat opheltes. ideo putaſſe eū inquit poeta. Nam fere q̄ putare dicūtur: decipiunt. Titubare videt. vacillare mero ſomnoqꝫ ſimulabat ſe bacch⁹: ne a nautis de⁹ eſſe cognoſceret. Vixqꝫ ſeq. poſſe ſubaudiat. vix inq̄t videbat eos ſeq poſſe q̄ ipm ducebāt. Graduqꝫ.

Aſpicit hūc pētheus oculis: quos ira tremen-
Fecerat: ⁊ q̄ꝙ̄ vix pene temꝑa differt: (dos
Operiture tuaqꝫ aliis documenta dature
Morte ait. ede tuū nomē: nomēqꝫ parentum:
Et patriam: moriſqꝫ noui cur ſacra frequētes.
Ille metu vacuus nomen mihi dixit acetes.
Patria meonia eſt. humili de plebe parētes.
Nō mihi que duri colerēt pater arua iuuenci
Lanigeroſqꝫ greges. non vlla armenta reliq̄t.
Pauper et ipſe fuit: linoqꝫ ſolebat ⁊ hamis
Decipere: ⁊ calamo ſalientes ducere piſces:
Ars illi ſua cenſus erat. cum traderet artem:
Accipe quas habeo ſtudij ſucceſſor ⁊ heres
Dixit opes: morienſqꝫ mihi nil ille reliquit
Preter aq̄s. vnū hoc poſſum appellare ꝑnū.
Mox ego: ne ſcopulis hererē ſemꝑ in iiſdem:
Addidici regimen dextra moderante carine
Flectere: ⁊ olenie ſidus pluuiale capelle:
Taygetēqꝫ: hyadaſqꝫ oculis: arctōqꝫ notaui:
Vētorūqꝫ domos: ⁊ portus puppibus aptos.
Forte petens delon chie telluris ad oras
Applicor: ⁊ dextris adducor littora remis.
Doqꝫ leues ſaltus: vndeqꝫ immittor harene:
Nox vbi ꝯſumpta ē: aurora rubeſcere primo
Ceperat. exurgo: laticeſqꝫ inferre recentes
Admoneo: monſtroqꝫ viā: q̄ ducit ad vndas.
Ipſe quid aura mihi tumulo ꝓmittat ab alto
Proſpicio: comiteſqꝫ voco: repetoqꝫ carinā.
Adſumus en inquit ſociorꝫ primus opheltes.
Utqꝫ putat predam deſerto nactus in agro
Uirginea puerum ducit per littora forma.
Ille mero ſomnoqꝫ grauis titubare videtur:
Uix ſequi. ſpecto cultū faciemqꝫ gradumqꝫ:

greſſum. Nil ibi quod credi poſſet. ex cultu facie et ingreſſu coniectat Acetes puerum illum non mortalē: ſed deū eſſe. Adiis. auxilio ſis. His quoq; des veniam. parcas iis qui te huc tanq̄ predam attraxerunt. Pro nobis mitte precari. Acetis ſocij putantes ſe puerum nō bacchum cepiſſe: non modo nolunt ipm̄ precari: vt ſibi det veniam: ſed acetis quoq; preces egre ferunt. quare bacchum irridentes atq; contēnentes in delphinos omnes fuerunt conuerſi. Antēnas ſummas. antennarū ſummitates. Sunt autem antenne ligna vnde vela dependent. Rudente. fune nautico. Relabi. deſcendere. Prede tā ceca cupido eſt. acclamatio in cecam ſociorum auariciam.

Bacch⁹ ⁊ puerum

Nil ibi quod credi poſſet mortale videbam.
Et ſenſi: ⁊ dixi ſociis. quod numen in iſto
Corpe ſit dubito. ſed corpe numen in iſto eſt.
Quiſq̄s es o faueas. noſtriſq; laborib⁹ adſis.
His quoq; des veniā. p nobis mitte precari
Dictis ait: quo non alius conſcēdere ſummas
Ocior antennas: prenſoq; rudente relabi.
Hoc libys: hoc flau⁹ prore tutela melāthus:
Hoc pbat alcimedon: ⁊ q̄ requieq; modumq;
Voce dabat remis aīor hortator epopeus.
Hoc omnes alii. prede tam ceca cupido eſt.
Non tn̄ hanc ſacro violari pondere pinum
Perpetiar dixi. pars hic mihi maxima iuris.
Inq; aditu obſiſto. furit audaciſſimus omni
De numero lycabas: q̄ thuſca pulſus ab vrbe
Exilium dira penam p cede luebat.
Is mihi dum reſto: iuuenili guttura pugno
Rupit: ⁊ excuſſum miſiſſet ī equora: ſi non
Heſiſſem: q̄uis amens in fune retentus.
Impia turba pbat factum. tū. deniq; bacch⁹
(Bacchus eñ fuerat) veluti clamore ſolutus
Sit ſopor: atq; mero redeant ī pectora ſenſus
Quid facitis: quid clamor ait: q̄ dicite naute
Huc ope perueni: quo me deferre paratis:
Pone metū proreus: ⁊ quos ↄtingere portus
Ede velis dixit. terra ſiſtere petita.
Naxon ait liber curſus aduertite veſtros.
Illa mihi domus ē. vobis erit hoſpita tellus.
Per mare fallaces perq; omnia numia iurāt
Sic fore: meq; iubent picte dare vela carine.
Dextera naxos erat: dextra mihi lintea danti:
Quid facis o demens: q̄s te furor inq̄t ophel
Pro ſe q̄ſq; timet. leuā pete maxia nutu (tes
Pars mihi ſcat. ps quid velit: aure ſuſurrat
Obſtupui: capiatq; aliquis moderamia dixi.

Non tamen hanc. hypallage eſt: vt intelligamus non patiar ſacrum pōdus et numē hac naue violari: quod certe fieret: ſi vi aueheretur. Pars hic michi maxima iuris. Maxima inquit ps huius nauis eſt mea. Hic. in hac naue. inq; aditu obſiſto. in ipo inquit ingreſſu reſiſto ne in nauem inducat puer. Dira p cede. ppter crudelem occaſionem. Homicidium nāq; ppetrarat. Dum reſto. dum reſiſto. Excuſſum. impulſum. Amens. turbatus. Impia turba. ſociorum. Probat factum. approbat ⁊ laudat pcuſſionem et iniuriam mihi illatam. Bacchus eñ fuerat. parentheſis eſt exponēs puerum illum nón predam: ſed bacchum fuiſſe. Veluti clamore. ſolutus ſit ſopor. Tanq̄ inquit ſomnus bacchi clamore ⁊ ſtrepitu nautarum ſolutus foret. Atq; mero. hoc eſt poſt ebrietatē Qua ope. cuius opera. Pone metum proreus. aut eſt nomē ppriū vni⁹ ex tyrrhenis nautis. aut eū ſignificat qui prore preeſt. Siſtere. exponeris ⁊ collocaberis. Naxon ait liber. naxos inſula eſt agei cycladum clariſſima: q̄ ⁊ dyoniſias dicta fuit: vt inquit Solinus. vl' q hoſpita baccho fuerit: qui dionyſus cognominat. Vel qd vini fertilitate alias cycladas vincat. Vn̄ Virgilius. Bacchatamq; iugis naxon. dicta eſt autem naxos: vt quidā ſcribūt a naxo Carum duce: qui illam tenuerunt. Vel a Naxo Endymionis filio. Euphorion vero para to naxe. quod ē ſacrificare. Aſclepiades quidem narrat Naxias mulieres ex omnibus ſolas octo menſium pueros parere. Vel q ⁊ Bacchus ipſe octo menſium eſſe natus fertur. Vel q iuno baccho recōciliata hoc munere Naxias mulieres maxime bacchi ſacris deditas ſit proſecuta. Vel q ibi fons eſt ex quo certo anni tempore vinum fluit ſuauiſſimū cuius hauſtu partus acceleratur. Eſt enim Naxos vrbs Sicilie ſane inſula aliis quoq; nominibus appellat. Nā vt ſcribit Pli. illā ⁊ ſtrōgylen ⁊ Dian ⁊ Siciliā minorē ⁊ callipolin vocitarūt. Aduertite. ↄuertite. Quis te furor. vexat vl' ſilēt vbū ſubitelligat. Pro ſe. vnuſq̄ſq; inq̄t p ſe ē ſollicit⁹: ne naxō deuehat. Moderamia

gubernacula. Sceleris. q2 deus contra ꝓmiſſa fallebatur. Te ſcilicet. ironia qua ſignificat ethalion ſe q3 ſcire nauem gubernare. Scilicet. certe. ac fere ſemꝑ illuſiõem ſignificat. Uirgi. Scilicet hic ſuperis labor eſt. Tanq̃ mõ deniq3. tanq̃ nūc ſolū ⁊ non antea: cū tamen a ꝑncipio ſe decipi cognouerit. Nõ hec mihi littora naute. pulchra illuſio: qua ſignificat bacchus ſe valde timere: cum eos omnes preter vnum acetē ſit in delphinos cõuerſurus. Jam dudum flebam. iam a ꝑncipio. q̃relarū bacchi acetes inq̄t lachrymas cõtinere nõ poteram. Manus impia. multitudo impioꝝ. Preſentior. magis ꝓpitius: ⁊ qui magis ꝑcibus ac votis adſit. ex affectu hoc dictū eſt. vnicuiq3 em̄ deus quē colit maxim⁹ videtur. Quam veri maiora fide. Senſus eſt. Juro me tibi relaturū vera q̃ uis fide maiora: ⁊ q̃ vt credi poſſint vi deantur. Stetit equore puppis. nauis inq̄t imota ꝑmanſit in mari. Remoꝝ in verbere. in remigio ꝑſeuerant. Uelaq3 diducūt. diſſoluūt vela: q̄ñ remis nihil ꝓficiebãt. Gemia ope. duplici auxilio ⁊ remoꝝ ⁊ veloꝝ. Diſtinguunt. variant ⁊ pingūt. Corymbis. vue hederarū corymbi dicunt. Uuis racemiferis. vitibus racemos ferētib⁹. Uuas em̄ ꝓ vitibus poſuit. Agitat. cõcutit. ad terrorem nautis incutiēdū Haſtam velatā. thyrſi eſt periphraſis. Thyrſus nãq3 haſta eſt pampinis velata ⁊ cooperta. Quē circa tigres. anaſtrophe eſt. circa em̄ ꝑpoſitio ante ferenda poſtponitur. Tigres aūt ⁊ lynces fere ſunt baccho dicate: quas idcirco nautarū oculis obieciſſe bacchus ē viſus: vt earum aſpectu territi in mare deſilirent. Pictarum pantheraꝝ. fera eſt panthera pellem habēs varijs maculis diſtinctam. Exiliere viri. extra nauem in mare intelligam⁹. in delphinos aūt fuere tranſmutati: qui omnīū piſcium ſunt velociſſimi. Lingua his eſt cõtra naturam aquatilium mobilis. ꝓ voce gemitus humano ſimilis. dorſum repandū. Roſtꝝ ſimū q̃ de cauſa nomie ſimonis delectant. Mulcentur ⁊ ſono ⁊ cantu: pueroꝝ amore capiūtur. hoīem em̄ non expaueſcunt Nigreſcere. quia in delphinem mutabatur. delphinum vero pellis nigreſcit. Spine curuamine. dorſi incuruatione. Lati rictus. lata ora. Panda naris. ſima recurua. Trahebat. paulatim ſuſcipiebat ſquamam. Obuertere. conuertere. Reſilire. retrocedere ⁊ abbreuiari. Pinnas. que branchie a grecis dicuntur: quibus piſces natant Dare brachia ad intortos funes. brachijs ⁊ manibus funes tortos appħēdere. Repandus. incuruus. Trunco corpore. brachijs mutilato. Falcata. in falcis ſimitudinē figurata. Sinuantur. curuantur.

Tyrrheni naute in delphios

Neq3 miniſterio ſceleriſq3 artiſq3 remoui.
Increpor a cūctis: totūq3 immurmurat agmen.
E quibus ethalion te ſcilicet omnis in vno
Noſtra ſalus poſita eſt ait: ⁊ ſubit ipē: meūq3
Explet opus: naxoq3 petit diuerſa relicta.
Tum deus illudens tanq̃ mõ deniq3 fraudē
Senſerit: e pupi pontum ꝓſpectat adunca.
Et flenti ſimilis. non hec mihi littora naute
Promiſiſtis ait. nõ hec mihi terra rogata eſt.
Quo merui penam facto: que gloria veſtra ē.
Si puerum iuuenes: ſi multi fallitis vnum:
Jamdudū flebā. lachrymas manus ipia nr̄as
Ridet: ⁊ impellit ꝓperãtibus equora remis:
Per tibi nūc ipm̄ (neq3 enim preſentior illo
Eſt deus) adiuro tanto tibi vera referre
Quam veri maiora fide. ſtetit equore puppis.
Haud aliter: q̃ ſi ſiccum nauale teneret:
Illi admirantes remoꝝ in verbere perſtant:
Uelaq3 deducūt: gemīaq3 ope currere tēptãt.
Impediunt hedere remos: nexuq3 recuruo
Serpūt ⁊ grauidis diſtinguūt vela corymbiſ.
Ipe racemiferis frontem circundatus vuis
Pampineis agitat velatam frõdibus haſtā.
Quem circa tigres: ſimulacraq3 inania lyncū:
Pictarūq3 iacent fera corpora pantherarū.
Exiliere viri: ſiue hoc inſania fecit:
Siue timor. primuſq3 medõ nigreſcere cepit.
Corpe depreſſo ⁊ ſpine curuamine flecti
Incipit. huic lycabas in que miracula dixit
Uerteris. ⁊ lati rictus ⁊ panda loquenti
Naris erat: ſquamãq3 cutis durata trahebat.
At libys: obſtantes dū vult obuertere remos.
In ſpacium reſilire manus breue vidit: ⁊ illas
Jam nõ eſſe manus. iam pinnas poſſe vocari.
Alter ad intortos cupiēs dare brachia funes:
Brachia nõ habuit: trūcoq3 repãdus ī vndas
Corpe deſiluit: falcata nouiſſima cauda eſt.
Qualia dimidie ſinuantur cornua lune.

Undiqꝫ dant ſaltus:mł̄taqꝫ aſꝑgine rorant:
Emergūtqꝫ iterū:redeūtqꝫ ſub equora rurſus
Inqꝫ chori ludunt ſpeciem:laſciuaqꝫ iactant
Corpa:⁊ acceptū patulis mare naribꝰ efflant.
De modo viginti(tot eñ ratis illa ferebat)
Reſtabā ſolus pauidus geliduſqꝫ trementi
Corpe.vixqꝫ meū firmat deus excute dicens
Corde metum:chiamqꝫ tene.delatus in illam
Acceſſi ſacris:baccheiaqꝫ ſacra frequento.
Prebuimus lōgis pentheus ambagibꝰ aures
Inquit:vt ira mora vires abſumere poſſet:
Precipitē famuli rapite hunc:cruciataqꝫ du=
Corpa tormentis ſtygie dimittite morti. (ris
Protinus abſtractus ſolidis tyrrhenꝰ acetes
Clauditur in tectis:⁊ dum crudelia iuſſe
Inſtrumenta necis ferrumqꝫ igneſqꝫ paranť:
Sponte ſua patuiſſe fores.lapſaſqꝫ lacertis
Sponte ſua:fama eſt:nullo ſoluente catenas.
Perſtat echionides.nec iā iubet ire.ſed ipſe
Uadit:vbi feſtus facienda ad ſacra citheron
Cantibus ⁊ clara bacchantū voce ſonabat.
Ut fremit acer equus:cū bellicus ere canoro
Signa dedit tubicen:pugneqꝫ aſſumit amorē:
Penthea ſic ictus longis vlulatibus ether
Mouit:⁊ audito clamore recanduit ira.
Mōte fere medio eſt cingētibus vltima ſiluis
Purus ab arboribus ſpectabilis vndiqꝫ cāpꝰ
Hic oculis illum cernentem ſacra prophanis
Prima videt.prima eſt inſano concita curſu.
Prima ſuum miſſo violauit penthea thyrſo
Mater:⁊ o gemine clamauit adeſte ſorores.
Ille aper:in noſtris errat q̄ maximus agris:
Ille mihi feriēdus aper.iuit omnis in vnum
Turba furēs.cūcte coeūt.trepidūqꝫ ſequunť.
Iam trepidū.iam verba minꝰ violēta loquētē
Iam ſe damnantem.iam ſe peccaſſe fatētem.
Saucius ille tamen fer opem matertera dixit
Autonoe.moueant aīos Acteonis vmbre.
Illa quis Acteon neſcit:dextrāqꝫ precantis
Abſtulit.inoo lacerata eſt altera raptu.
Non habet infelix que matri brachia tendat.
Trunca ſed oſtēdens deiectis vulnera mēbris
Aſpice mater ait.viſis vlulauit Agaue:

Multaqꝫ aſꝑgine.multa reſperſione. Delphinū luſus naturāqꝫ deſcribit. Nam vt pli.ait. Mira ē inter delphinos societas.⁊ iter ſe nāqꝫ ludūt:⁊ minores natu ſꝑ aliq̄s grādior comitať:vt cuſtos:viſiqꝫ ſunt mortuū portare:ne lacerareť a beluis.Captł deniqꝫ q̄ꝫ tum pn̄t opitulantur. Inqꝫ chori ludunt ſpeciem in ſił̄itudinē multitudis hoīm ludentiū.Chorus eñ diciť conuentus ſaltantiū ⁊ canentium apo tis charas.hoc eſt a gaudio:vt Pla.ſcribit. Uixqꝫ meum firmat.cū difficultate inq̄t meū corpus ꝯfirmat bacchꝰ vt tremere ceſſaret. Chiam.inſulam ſubaudiamꝰ.Eſt eñ adiectiuū. Acceſſi ſacris.adiūctus ſum bacchi ſacrł. Longis ambagibus.longis nugis. Solidis ī tectł.in carcere nulla ex parte peruio:ac p̄terqꝫ ꝑ ianuam ingreſſum nō habenti. Perſtat echionides.pentheus echionis filius. Feſtus citherō.mōs ē:vt diximꝰ beotie citherō baccho dicatꝰ:ad faciēdaqꝫ ſacra accōmedatꝰ. Bacchātū.bacchi ſacra celebrātū. Sonabat.reſonabat ſtrepebat Ut fremit acer equꝰ.pētheū eq̄ bellicoſo ſił̄em eē ait. Aere canoro.ꝑiphraſis ē tube. Sig̃.pugnādi. Ictꝰ ether aer īpulſꝰ ⁊ ꝑcuſſꝰ. Lōgł vlulatibus.magnis bacchātū clamoribꝰ. Mouit ad irā ꝯcitauit. Recāduit.iterꝫ ē iſlāmata. Mōte medio.ī medio citherone. Ultima.extremas mōtł ꝑtes. Purus ab arboribꝰ.carēs arboribꝰ. Spectabł̄is vndiqꝫ.q̄ vndiqꝫ ⁊ ex oī ꝑte poterit ſpectari. Ocł̄is ꝓphāis.nō initiatis nō ſacrł. Prīa ē inſano.repetitio hec eo ꝑtinet vt oñdat pētheū ira bacchi potiſſimum a mr̄e cepiſſe lacerari. Mr̄ agaue.o gemīe ſorores.Ino ⁊ autonoe. Adeſte.aduenite. Ille aper.pētheus mr̄i bacchi furore correpte aper eē videbať. Trepidū.timidū ac trepide fugiētē q̄ paulo añ tā ſuꝑbꝰ tāqꝫ cōtūax erat. Autonoe mr̄tera.ſoror nāqꝫ agaues erat autonoe mr̄qꝫ acteōis Umbre.manes acteōis:quē a canibꝰ dilaceratū paulo añ legimꝰ. Illa q̄s.bacche nanqꝫ furore numis correpte oīa obliuiſcebāť.neqꝫ ſuos ab alijs dignoſcebāt. Inoo raptu.reciſione ab Ino fctā.nā Ino alterā pēthei manū abſcidit.ab Ino.n.inous deriuať. Deiectis mēbris.reſciſſis mēbris ⁊ in terrā ꝓiectis. Ululauit.clamorē vlulatus lupoꝝ ſił̄em emiſit.Eſt.n.vlulare lu=

porum proprium ab eorūq; voce verbum eſt factum. Auulſum. reciſum. Complexa. tenens. Jo comites. vox eſt bacchantiū. Non citius. Pulchra ſimilitudine declarat pentheum ſumma celeritate a matre ac materteris fuiſſe dilaceratum. Quo quidē ſignificat religionis contemptores ne apud ſuos quidem ita diis volentibus tutos eſſe poſſe. Jſmenides. thebane mulieres ab iſmeno fluuio beotie cognominate.

Collaq; iactauit: crinēq; per aera mouit.
Auulſumq; caput digitis cōplexa cruentis
Clamat. io comites opus hoc victoria nr̄a eſt
Non citius frondes autūni frigore tactas
Iamq; male herētes alta rapit arbore vētus:
Quā ſūt mēbra viri manib⁹ direpta nephādis
Talib⁹ exēplis monite noua ſacra frequētant
Thuraq; dāt: ſanctaſq; colūt iſmenides aras.

## P. Ouidii Naſonis metamor. Liber quartus

At non alcithoe mineias orgia cenſet
Accipienda dei. ſed adhuc temeraria bacchum
Progeniem negat eſſe iouis: ſociaſq; ſorores
Impietatis habet. feſtū celebrare ſacerdos
Immunes operum famulas dn̄aſq; ſuorum
Pectora pelle tegi. crinales ſoluere vittas.
Serta comis. manibus frōdētes ſumere thyrſos
Juſſerat: et ſeuā leſi fore numinis iram
Uaticinatus erat. parēt matreſq; nuruſq;:
Telaſq; et calathos infectaq; pēſa reponūt:
Thuraq; dāt: bacchūq; vocāt: bromiūq; lyeum
Ignigenāq;: ſatūq; iterū: ſolūq; bimrēm (ūq;
Addit his nyſeus: indetonſuſq; thyoneus.

## Raphaelis Regij in quartum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.

At non alcithoe. At particula eſt qua ꝯcime liber libro cōnectit. Sic Uirgilius. At regina graui iā dudū ſaucia cura. Alie quidem inquit omnes Thebane mulieres ſacra bacchi celebrabant. Sed Alcithoe quādam ducta temeritate ea ſpernebat: bacchūq; Iouis filium minime eſſe p̄dicabat Ac quo tp̄e ſacra bacchi ab aliis celebrabant: ipſa lanificio vna cū ſororib⁹ ⁊ ancillis operam dabat. Earū vero vna ad leuanduz laborem reliquas hortat: vt fabularū aliquid viciſſim narrēt. Hac aūt phantaſia multas deſcribit fabulas poeta: ac Mineidas tandē in veſpertiliones cōuerſas fuiſſe narrat. Mineias Minei filia. eſt. n. nomē patronymicū. Orgia dr̄ a grecis oīa ſacra q̄ diis imortalib⁹ fiūt quas latini cerimonias vocāt: apo tis orgis. hoc eſt a furore: quo ſacrificātes corripiebant. Inde Katexochin ſacra liberi patris orgia fuerūt appellata: in Thracia primū ab orpheo inſtituta: a quo vt tradit Diodorus: etiā Orpheia fuerūt cognominata. Illa primū ſolis mulieribus menſtrua patientib⁹ celebrari ſtatuit: quo eas illo potiſſimū tēpore a viris ſeparet. Poſtea aliis quoq; mulieribus vt illa celebrarent fuit permiſſum. Sed adhuc: ſed etiā inquit poſt tam grauia de pētheo ſumpta ſupplicia negat bacchū iouis eſſe filiū. Socias ipietatis. Nā et ſorores ſacra bacchi ſpernebāt. Feſtū celebrare ſacerdos Aut thireſias aut quis alius ſacerdos bacchi. Immunes operū. ab opationib⁹ liberas. Baccharuz aūt habitus deſcribit. Nā et ferarū pellib⁹ induebant. et crinib⁹ ſolutis coronas iponebāt ⁊ thyrſos manib⁹ iactabant. Calathos. ciſtas ac fuſoruz laneq; repoſitoria. Infecta pēſa. lanas colo ipoſitas ſed nondū filatas. Pēſum eni lana dr̄ a collo pēdens. Thuraq; dāt. ſacrificant. Bacchūq; vocāt. Noīa bacchi enūerat: quibus a bacchis iuocabat. bacch⁹ aūt dictus eſt apo tu bakchenin. hoc eſt ab iſaniēdo qđ ⁊ ipſe ⁊ ei⁹ comites furere viderent. bromi⁹ apo tu bremin. hoc eſt a fremēdo. Lyeus apo tu lyin. hoc eſt a ſoluendo ꝙ curas ſoluat vinū. Uñ etiā libera noſtris fuit appellatus. ꝙ aīm a curis liberet. Ignigena ꝙ ex fulminis igne genitus ſit. Latinū aūt ꝑ greco nomine poſuit. Pyrigenes eni grece dr̄. Satūq; iterū. bis ſatū. primū in ventre ſemeles. deinde i femore iouis. Bimatrem. ꝙ duas matres habuiſſe videt ⁊ ſemelen: vt diximus: ⁊ iouis femur. Idcircoq; etiā Dythyrābos fuit appellatus: ꝙ dia dio thyron: hoc eſt ꝑ duas ianuas trāſierit: ⁊ vt ex ſemeles ⁊ iouis femur. Addit his Nyſeus. Uel a Nyſa Citheronis vertice: vbi eū a nymphis nutritum fuiſſe iam diximus. vel a Nyſa idie vrbe clariſſima Nyſeus liber pater eſt appellatus: Huic vero opinioni accedere videt ⁊ Pōponius Mela. ſic eni in geographia ſcribit. Urbiū q̄s icolūt indi. Sūt aūt plurime: Nyſa ⁊ clariſſima ⁊ maxima montiū Me

Mineides i veſptilioēs.

Bacchi nomina

ros ioui ſacer famā hinc precipuam habent. In illa genitū. in huius ſpecu liberū arbitrant̄ eſſe nutritum vnde grecis auctoribus: vt femori iouis inſutū dicerēt: aut materia ſuggeſſit aut error. Hec mela. ceterum vt ſcribit diodorus plures fuerunt bacchi: quorū oīm geſta in vnum a poetis cōferunt̄. Indetonſuſqꝫ thyoneus. indetonſus. comatus. ſic enim pingebatur. thyoneus vero dictus eſt bacchus apo tu thyo qđ eſt ſacrifico. impetum facio. occido. excito. feſtino. vnde etiā thyades bacche dicuntur. Et cū leneo. apo tu linu. hoc eſt a lacu torcularis. leneus dicitur bacchus. Genialis vue. genio ⁊ voluptati accōmodate. genius enim

Et cum leneo genialis conſitor vue:
Nycteliuſqꝫ eleleuſqꝫ parēs ⁊ iacchus ⁊ euan.
Et que preterea per graias plurima gentes
Noīa liber habes. tibi enī incōſumpta iuuēta.
Tu puer eternus. tu formoſiſſimus alto
Conſpiceris celo. tibi cuz ſine cornibus aſtas
Uirgineū caput eſt. oriens tibi victus ad vſqꝫ
Decolor extremo qua cingitur india gange.
Penthea tu venerande bipēniferūqꝫ lycurgū
Sacrilegos mactas: tyrrenaqꝫ mittis ī equor
Corpora. tu biiugum pictis inſignia frenis
Colla p̄mis lyncū. bacche ſatyriqꝫ ſequūtur:

deus eſt voluptatis. vñ genialis dicit̄ voluptuoſus. vini aūt inuētio tum ꝓpter potus voluptatē: tū qꝛ corpus reddit validius grata ſupra modū mortalibus fuiſſe perhibet̄. Cōſitor. p̄mus enī vini vſum hoībus oſtēdit. Nyctelius. ꝙ noctu illius ſacra celebrāt̄ apo tis nyktos. hoc ē a nocte. Eleleuſqꝫ parens. eleleus dictus eſt bacchus. ab hac voce eleleu: qua ꝓcedentes ad orgia celebrāda ad cōferendāqꝫ pugnā vtebant̄. eſt enī hortantis aduerbiū. vinum autē hortat̄ ac reddit hoīem ad oīa aggrediēda audacē. vñ Horatius Quid nō ebrietas deſignat? operta recludit. Spes iubet eē ratas. ad prelia trudit inermē. Sollicitis animis onus eximit ad docet artes. Fecundi calices quē non fecere diſertū? Contracta quē nō in paupertate ſolutū? Iacchus. apo tis iakhis. hoc eſt a clamore. Euan. vox eſt bacchantiū: qua bacchꝰ ipſe ſig̃tur. Et q̄ preterea. aliis quoqꝫ multis cognoībus bacchū inuocari ait poeta. nā euhyius. bryſeus. baſſare vſqꝫ appellat̄. Tibi enī incōſumpta iuuenta. hymnū deſcribit in bacchū q̄ ī ipſius ſacris canebat̄. Tu puer eternꝰ. exponit queādmodū iuuēta baccho ſit icōſumpta nūqꝫ enī ſeneſcit. eoqꝫ et puer pingebat̄. ⁊ nudus: ꝙ ebrii et pueris ſimiles ſunt ⁊ oīa reuelant. Tu formoſiſſimus alto cōſpiceris celo. liber pater: vt ſcribit macrobius: ſol ab antiq̄s eē creditꝰ ē: quā ſentētiā Uirgilius quoqꝫ georgicorū p̄mo ſeq̄ videt̄: cū inq̄t. Uos o clariſſima mundi lumīa labētē celo q̄ ducitis annū liber ⁊ alma ceres. oīm vero ſyderū ſolē pulcherrimū eē cōſtat. Tibi cū ſine cornibus aſtas virgineū caput eſt. cornua idcirco attribuunt̄ baccho (vt ſcribit Sex. pom.) ꝙ hoīes nimio vino truces fiāt. modice vero ſūpto hylares ac māſueti: q̄les ſunt virgines efficiunt̄. eoqꝫ ſine cornibus bacchi caput virgineū eē fingit̄. Diodorus vero ait cornua idcirco fuiſſe baccho attributa: ꝙ primꝰ oīm boues ad iuguz iūxerit. quorū opa iacta ſemina fruges emiſerūt. Oriens tibi victus ad vſqꝫ. liber pat̄ vt hiſtorici in p̄miſqꝫ Dio. ſcribūt: p̄mus oīm cū exercitu in q̄ mulieres quoqꝫ erant furentes: in idiā ingreſſus fuiſſe: eāqꝫ ſubegiſſe. ac gētē nulli vnq̄ʒ hominū obnoxiā ac ſola q̄ete cōtentā cedibus libidinibuſqꝫ vexaſſe ac polluiſſe: indeqꝫ magnificentiſſimū triumphū reportaſſe fert̄. Ad vſqꝫ anaſtrophi. vſqꝫ ad eā p̄tē q̄ decolor india. i. nigra ⁊ mali coloris. Extremo gange. fluuius eſt indie vltimus gāges. vñ gangeticus ſinus ē cognoīatus. Bipēniferūqꝫ lycurgū. Securem ferentē. qua vites incidebat. nā lycurgus iſte rex fuit tracie: q̄ cū in cōtemptū bacchi vites ſecuri ſuccideret: ſibiipſi crura amputauit. Diodorus aūt narrat bacchū ex aſia in europā tranſiturū cum lycurgo thrarum rege ſocietatē iniiſſe. cū vero feminas primū in thraciā velut ad amicos traieciſſet: mandaſſe lycurgū ſuis militibus vt bacchū aggrederent̄: ipſumqꝫ ac pellices oēs obtrūcarēt. de his certior factus dyoni a q̄daꝫ indigena tharope noīe: cū nōdū milites trāſfretaſſent: amicorū p̄ſidio occl'te ad exercitū rediit. lycurgꝰ pellices aggreſſus oēs iteremiſſe dr̄. at bacchꝰ exercitu traiecto thracē pugna ſupatū captūqꝫ ocul' p̄uauit: illiꝰ domeſticis cruci affixis. tharopi vero beneficii memor thracū impiū cōceſſit ac ritū orgia celebrādi tradidit. fuit etiā lycurgus lacedemoniorū rex q̄ ipſis leges ꝯdidit. alius itē fuit nemee regionis rex: cuius filius ab hipſipyle thoātis regis filia educatꝰ fert̄. Sacrilegos. ſacrorū tuorū violatores. nā vt refert Diodorꝰ: bacchus orbē terrarū ſacrilegis ac deorū cōtēptoribus purgauit. Tyrrhena corpora. tyrrhenorū nautaruꝫ: vt in ſuperiori libro poeta narrauit. Tu biiugū lyncum. biiugarū. nā lynces liberi patris currū trahere dicunt̄ ſunt autē fere pellem maculis diſtinctā habētes. vnde Uirgilius. Quid lynces bacchi varie. comitatum autem bacchi et ſtatus eleganter deſcribit: cum inquit. effrene dextra leuaqꝫ ſequuntur lynces: et vda mero lambunt retinacula tigres. Poſt exultantes ſpolia armentalia portant. Semineceſqꝫ lupos: ſciſſaſqꝫ mimallones vrſas. Nec comitatus iners: ſunt illic ira furorqꝫ et metꝰ et virtus et nunq̄ʒ ſobrius ardor. Succiduiqꝫ gradus et caſtra ſimilima regni. Curioſus cetera videat que ſequuntur. Satyriqꝫ ſequuntur. ſatyri vt inquit Plinius nihil aliud hominis q̄ʒ figuram habent. in ethiopia naſcuntur aduncis naribus. aſpera cornibus fronte. pedes caprinos habentes. illorum ſaltatione ac iocis et riſu plurimuz oblectabatur bacchus.

Quiqꝫ ſenex ferula titubantes ebrius artus
Suſtinet: et pando non fortiter heret aſello.
Quacunqꝫ ingrederis clamor iuuenilis: et vna
Feminee voces: impulſaqꝫ tympana palmis
Concauaqꝫ era ſonant: lōgoqꝫ foramīe buxꝰ.
Placatus mitiſqꝫ rogant iſmenides adſis:
Iuſſaqꝫ ſacra colunt. ſole mineides intus
Intempeſtiua turbantes feſta minerua
Aut ducūt lanas: aut ſtamina pollice verſant:
Aut herent tele: famulaſqꝫ laboribus vrgent:
E quibus vna leui deducens pollice filum:
Dum ceſſant alie: cōmētaqꝫ ſacra frequentāt:
Nos quoqꝫ q̄s pallas melior dea detinet: iq̄t:
Vtile opus manuuꝫ vario ſermone leuemus:
Perqꝫ vices aliquid: qḋ tēpora longa videri
Nō ſinat: in mediū vacuas referamꝰ ad aures.
Dicta probāt: primāqꝫ iubēt narrare ſorores:
Illa quid e multis referat. nā plurima norat.
Cogitat: et dubia eſt de te babylonia narret
Derceti: quā verſa ſquamis velantibus artus
Stagna paleſtini credunt mutaſſe figura.
An magis vt ſumptis illius filia pennis
Extremos altis in turribus egerit annos.

Quiqꝫ ſenex. periphraſis eſt ſileni: qui bacchi fuit pedagogus atqꝫ educator eiqꝫ plurimum ad virtutem et gloriam reſqꝫ bellicas profuit. ſilenus autem a ſileno nyſeorum rege originem duxit: qui circa lumbos caudam habuit. quam et poſteri eius omnes geſtaſſe feruntur. Ferula. virgultum eſt leuiſſimum: quo ſenes inter ambulandū etiā num vti ſolent. Pando. curuo. Aſello nāqꝫ vehitur ſilenus bacchū ſequens. Concauaqꝫ era ſonant. cymbala erea. Longoqꝫ foramine buxus. periphraſis eſt tibie: que ex buxo fieri ſolet. Sole mineides. quodam furore bacchico videtur poeta in laudes bacchi referendas excurriſſe. quare nūc ad mineidas illius contemptrices refert orationem. Intus. intra domum clauſe: cum alie omnes ſe in citherone contuliſſent. Intempeſtiua minerua. lanificio tempori non conuenienti. eſt autē metonymia. nam mineruam lanificii inuētricē pro ipſo lanificio poſuit Aut lanas ducunt. aut ſubtegmen filant inquit aut ſtamē. aut texunt. Dū ceſſant alie. ociantur feſta bacchi celebrantes. Cōmenta. ficta. Leuemus leue faciamus. Aures vacuas. ocioſas. Illa quid e multis. pulchra phantaſia ad complures narrandas ingreditur transformationes poeta. ac eas quidem que a poetis attinguntur plenius: que vero obſcure ſunt minuſqꝫ celebrate breuiſſime percurrit: cum earum vſus nullus ſit futurus. Dirce babylonia. dirce quidem fere in exemplaribus legitur: egoqꝫ hactenus ſic putaui eſſe legendum. nunc vero et annotatione Hermolai barbari viri in p̄mis docti: cuius morte maximam iacturaꝫ nuper diſcipline omnes fecere ⁊ quod ita in vetuſtis codicibus ſcriptum eſt Derceti exiſtimo eſſe legendum. nam dercetis que et derketo acteſia vocatur

Dercetis in piſcem

et a barbaris atergatis: dea eſt eadem cum rhea quā ſyri piſcium abſtinentia colunt. vnde et nomē vt atheneus auctor eſt: quaſi atergatidos. hoc eſt ſyrorum lingua ſine piſcibus. cornutus vero ſcribit etiā columbas vetari menſis: quaſi duobus elementis nature maximis parci iubēte numine aeri et aque. diodorus aūt libro tertio: iuxta aſcalonem inquit lacus eſt vbi templū inſignis dee: quā ſyri vocant dercetun. hoc eſt derketuy muliebri facie. reliquū vero corpus figura piſcis cuius filia ſemiramis a colūbis educata ſit: et ob id ſacras genti aues eas eſſe. verū dercetis etiā athara ſtraboni vocatur: cui quidē venus obuia facta amorē cuiuſdā formoſi adoleſcentis ſibi ſacrificantis iniecit: ex quo quidē cum filiam dea ſuſcepiſſet: ſui erroris pudore ducta adoleſcentē a ſe remouit. filiā vero in loca q̄dā deſerta et ſaxoſa in quibꝰ plurime erant columbe expoſuit. illa vero quaſi diuino nutu ab auibus fuit enutrita. at dea pudore doloreqꝫ cōpulſa cum ſe in ſtagnum abieciſſet in piſcem fuit conuerſa. vnde et ſyri et piſcibus illius ſtagni abſtinent et templum iuxta lacum ipſum illi dee quam dercetun vocant facie hominis: reliquis corporis ꝑtibus piſcis edificarunt. paleſtini autem populi ſunt ſyrie arabie contermini a paleſtina vrbe regioneqꝫ dicti. ſtagnū ſane illud in quod ſe dercetis abieciſſe fertur. eſt iuxta aſcalonē ſyrie vrbem: vt diodorus ſcribit. An magis vt

Semiramis in columbam.

ſumptis. ſemiramis dercetis dee filia miro quodā mō columbis coagulato lacte e proximis paſtorum mapalibus rapto nutrita fuit. vnde et ſemiramis fuit appellata. nā ſyriorum lingua ſemiramides vocantur columbe quas ſyri vt deas colunt. ſemiramis vero poſt maxīa bella confecta babylonemqꝫ edificatam cum inſidias ſibi a filio ſtrui comperiſſet: omni iniuria illi remiſſa prefectis omnibus mādauit: vt filio tanqꝫ regi parerent: e veſtigioqꝫ euanuit ad deos vt creditum eſt: tranſlata. Quidā fabulantur illā in columbam fuiſſe ꝯuerſam. quorū opinionē etiā Ouidius ſequitur. cōpluribus enī columbis domū ingreſſis ⁊ illā cū reliq̄s euolaſſe putant. quo factū eſt vt ſyrij columbā vt deā colāt imortalē reginā arbitrati. Imꝑauit aūt ſemiramis vniuerſe aſie p̄ter indos: vixitqꝫ annos duos et ſexagita cū q̄dragitaduobꝰ regnaſſet. Nais an vt cātu

quenam hec fuerit nais mihi parum eſt compertum. nympha quedam que carminibus et herbis iuuenes quoſdam ſe clamoribus infeſtantes in mutos piſces tranſmutauit. ac tandem ipſa quoq; facta eſt piſcis. An que poma alba. mori arboris eſt periphraſis. morus enim arbor poma primum quidē alba: deinde nigra pyrami ac thiſbes ſanguine effecta ferre cepit. nam pyramus iuuenis et thiſbe puella cū domos contiguas haberent: ſe mutuo amare ceperunt. cū autem ſe amplecti aliter nō poſſent: egredi vrbem ad cōſtitutū locū decreuerunt. quo q̇dem cuȝ prior perueniſſet thiſbe: leena illac tranſeūte perterrefacta in antrū vicinū

Nais an vt cantu nimiūq; potentibus herbis
Verterit in tacitos iuuenilia corpora piſces:
Donec idem paſſa eſt. an q̄ poma alba ferebat
Vt nunc nigra ferat cōtactu ſanguinis arbor.
Hec placet. hec quoniā vulgaris fabula nō ē.
Talibus orſa modis lana ſua fila ſequēte.
Pyramus ⁊ thiſbe iuuenū pulcherrimus alt᷑.
Altera quas oriens habuit: prelata puellis:
Contiguas habuere domos: vbi dicitur altaȝ
Coctilibus muris cinxiſſe ſemiramis vrbem.
Noticiam primoſq; gradus vicinia fecit:
Tēpore creuit amor. tede quoq; iure coiſſent.
Sed vetuere patres: quod nō potuere vetare.
Ex equo captis ardebant mentibus ambo.
Conſcius omnis abeſt. nutu ſigniſq; loquunt᷑.
Quoq; magis tegit᷑: tāto magis eſtuat ignis:
Fiſſus erat tenui rima: quam duxerat olim
Cum fieret paries domui communis vtriq;.
Id vicium nulli per ſecula longa notatum:
Quid non ſentit amor: primi vidiſtis amātes:
Et vocis feciſtis iter: tuteq; per illud
Murmure blanditie minimo trāſire ſolebāt.
Sepe vbi ꝯſtiterāt hinc thiſbe. pyramus illic:
Inq; vices fuerat captatus anhelitus oris.
Inuide dicebāt paries q̇d amātibus obſtas:
Quātū erat vt ſineres toto nos corpore iūgi:
Aut hoc ſi nimiū ē: vl' ad oſcula dāda pateres
Nec ſumus ingrati. tibi nos debere fatemur:
Q̄d datus eſt verbis ad amicas trāſit⁹ aures.
Talia diuerſa ne quicq; ſede locuti
Sub noctem dixere vale: partiq; dedere
Oſcula quiſq; ſue nō peruenientia contra.
Poſtera nocturnos aurora remouerat ignes

cōfugit. pyramus deinde aduenīēs cū velū quod fugienti thiſbe e capite deciderat: cruētatū reperiſſet eam putās a feris fuiſſe laceratā gladio quē ſecū habebat ſub moro arbore incubuit. cuius ſanguine q̇dem mora effecta fuere nigra: cum antea candida fuiſſent. thiſbe aūt ex antro egreſſa cuȝ pyramum vulnere confectum vidiſſet: eodem ſe gladio confodit. ſane pyramus non ſolum viri eſt propriuȝ: ſed etiā fluuij nomen qui ꝑ anguſtias tauri montis in ciliciā defertur. thiſbe quoq; et mulieris ⁊ vrbis eſt nomē vnde thiſbeus declinatur. Contiguas. ſe inuicē tangētes. Semiramis. nini aſyriorū regis vxor fuit: magno mulier animo: q̄ mortuo marito ſexum mentita: ac ſe filiū eſſe ſimulans ſucceſſit: ac vt virum geſtorū gloria ſuperaret inter ea que preclara geſſit babylonem vrbem condidit. cuius menia ambitu trecēta ſtadia et ſexaginta complectebantur frequētibus turrib⁹ ac magnis ornata: vt diodorus ac fere hiſtorici et greci ⁊ latini ſcribunt. Altam vrbem. ad murorum ac edium magnificētiam reſpexit: qua facile alias vrbes babylon ſuperabat Coctilibus muris. latericijs et coctis lapidibus cōſtructis. Primoſq; gradus. primos amoris gradus viſum et colloquium eſſe conſtat. reliqui vero ſunt tactus. oſcula. cōcubitus. Tede iure. nuptiarū ac legitimo iure. Sed vetuere patres. fatue quidem hoc eſſe dictū videtur. ſi enim vetuere quomodo vetare nō potuerunt? verum acute ſimul et lepide eſt dictū. vetuerunt enī ne nuptiarū iure coirent. prohibere autem non potuerunt ne animis affectuq; copularentur. Tenui rima. ſubtili ac parua ſciſſura. Duxerat. contraxerat. Id vitium nulli. illa inquit rima a nullo vnq; fuerat animaduerſa Notatum. animaduerſum. eſt autem ordo. o amātes primi vidiſtis id vitiū nulli notatum per lōga ſecula. Quid non ſentit amor. parentheſis eſt rationem continēs: cur amantes primi rimam illam notarint. Inq; vices fuerat. hoc eſt poſtq; viciſſim ſuſpirauerāt. Quātum erat. ac ſi dicerēt nimiū erat: vt permitteres nos toto corpore copulari. Vel ad oſcula danda pateres. hoc eſt ſaltem aperiri tantū deberes: vt nos inuicem oſculari poſſemus. Vel. ſaltem Sub noctem. circa noctē. adueniēte nocte. Non ꝑuenientia cōtra. hoc eſt que ad alteram partem non perueniebant. Nocturnos ignes. ſtellas: que aurora aduenientе auferri videntur.

Nais i piſcem

Mora ex albis nigra

Pyram⁹ et thiſbe.

Solq̄ pruinoſas radiis ſiccauerat herbas:
Ad ſolitum coiere locū. tum murmure paruo
Multa prius queſti ſtatuunt: vt nocte ſilenti
Fallere cuſtodes: foribuſq̄ excedere temptēt.
Cūq̄ domo exierit vrbis quoq̄ tecta relinquāt
Neve ſit errandum lato ſpatiantibus aruo:
Conueniant ad buſta nini: lateātq̄ ſub vmbra
Arboris. arbor ibi niueis vberrima pomis
Ardua morus erat gelido contermina fonti.
Pacta placent. et lux tarde diſcedere viſa
Precipitatur aquis: ⁊ aquis nox exit ab iiſdē.
Callida per tenebras verſato cardine thiſbe
Egreditur: fallitq̄ ſuos: adopertaq̄ vultum
Peruenit ad tumulū: dictaq̄ ſub arbore ſedit
Audacem faciebat amor. venit ecce recenti
Cede leena boum ſpumantes oblita rictus
Depoſitura ſitim vicini fontis in vnda.
Quā procul ad lune radios babilonia thiſbe
Vidit: ⁊ obſcurum timido pede fugit in antrū
Dumq̄ fugit: tergo velamina lapſa reliquit.
Ut lea ſeua ſitim multa compeſcuit vnda:
Dum redit in ſiluas: inuentos forte ſine ipſa
Ore cruentato tenues laniauit amictus.
Serius egreſſus veſtigia vidit in alto
Puluere certa fere: totoq̄ expalluit ore
Pyramus. vt vero veſtē quoq̄ ſanguie tinctā
Repperit: vna duos īquit nox ꝑdet amantes.
E quibus illa fuit longa digniſſima vita:
Noſtra nocēs aīa eſt. ego te miſerāda peremi:
In loca plena metus: qui iuſſi nocte venires:
Nec prior huc veni. noſtrum diuellite corpus
Et ſcelerata fero conſumite viſcera morſu:
O quicunq̄ ſub hac habitatis rupe leones.
Sed timidi eſt optare necē. velamina thiſbes

Pruinoſas. pruina obrutas. eſt autē pruina ros congelatus. Coiere. ꝯuenere. Multa prius queſti. de parentibus ſuis. Nocte ſilenti. media que et intempeſta dicitur: ꝙ illo tempore omnia ſileant animalia. Fallere cuſtodes. decipere ianuarum cuſtodes: qui ianitores vocantur. Foribus. domibus. a parte enim totū intelligimus. Excedere. exire. Tecta. domos. Spatiantibus. in magno agri ſpacio obambulantibus. nā ſpatiari nihil aliud eſt (vt ait macrobius) ꝙ̄ in ſpatio lati itineris obābulare. Ad buſta nini. ad ſepulchrū nini aſſiriorum regis. buſtum aūt. proprie dicitur locus vbi cadauera comburebantur. Ardua. alta. morus autem arbor eſt: que (vt ſcribit plinius) ſerotino germinata floret. nec niſi exacto frigore germinat: ob id dicta ſapientiſſima arborū. Tarde. affectum exprimit amantiū: quibus dies maxime longus videtur: in cuius noctē conuenire ſtatuerunt. Precipitatur aquis in aquas oceani. ex opinione aūt vulgari hec dicūtur. neq̄ enī ſol in aquas deſcendit. Ex aquis nox exit ab iiſdē vbi enim ſol occidit: inde nox videtur oriri. Verſato. reuoluto. hoc ē aperta ianua. Adopertaq̄ vultū. vultū coopertum habens. ne cui forte obuiaret agnoſceretur. Dictaq̄ ſub arbore. cōſtituta. Audacem faciebat amor. cauſam reddit cur tam audax eſſet puella vt noctu ſola in agro reſideret. Venit ecce recēti. ecce aduerbium ſemper fere aliquid repentini inſperatiq̄ mali ſignificat: vt Vir. Ecce aūt gemini a tenedo trāquilla per alta. hoc aūt ⁊ aſconius notat: qui ait hoc ꝓprium eſſe Ciceronis: vt in rebus improuiſis hac ꝑticula ecce vtat. Oblita rictus. hoc eſt ora ſpumātis ſanguine boum infecta hñs. Depoſitura ſiti. hoc eſt potatura in vicino fōte. Timido pede. trepidis pedibus. ac feſtinātibus. vt ei trepidū ꝓ timido. ſic timidum pro trepido elegāter ponit. Ut lea. poſtq̄ leena. vtroq̄ enī dicit modo. Cōpeſcuit. placauit Laniauit. lacerauit. Serius egreſſus ſero tarde q̇dē ſignificat: ſʒ ita vt poſt amiſſam oportunitatē aliquā fere ponit. Amictus: velū. Veſtē. velū. E quibus illa. thiſbe quā idcirco vita digniſſimā fuiſſe ait pyramus: q: ⁊ promiſſis ſtetit: ⁊ longe ante ſe ad ꝯſtitutū locū venit. Noſtra nocēs aīa eſt. aīam ꝓ vita ſepenumero accipi notū ē. Ego te miſerāda peremi. ſe necis thiſbes: quā a leena dilaniatā putabat pyramus cāʒ fuiſſe ꝯfitet. Peremi. necaui. cū maximo aūt affectu hec a pyramo referunt. In loca plena metus: cām aſſignat pyramus cur ipſe interfecerat thiſbem. Qui iuſſi. q: ego iuſſi. ē ei relatiuū cāʒ exprimēs. Noſtrū diuellite corpus. apoſtrophe ad leones a q̇bus pyramus dilaceratā putabat thiſbē. Sub hac rupe. ſub hoc ſaxo. in hac ſpelūca. ꝓpinqua enī ſpelūca erat in quā refugerat thiſbe. Sed timidi ē optare necē. cū ſibi vir fortis eā ꝯſciſcat. Pacte arboris. ꝯſtitute. Ferrū. enſē ꝑ metonymiā. ex ferro nāq̄ enſes ꝯficiunt. Emicat. exilit. Non aliter q̄ cū. pulchra ſimilitudie oñdit poeta q̄ alte ex pyrami vulnere ſanguis

Tollit et ad pacte ſecuꝫ fert arboris vmbram.
Utqꝫ dedit note lachrymas. dedit oſcula veſti
Accipe nūc inq̄t noſtri quoqꝫ ſanguis hauſtꝰ:
Quoqꝫ erat accinctus: demiſit in ilia ferrum.
Nec mora. feruenti moriens e vulnere traxit.
Et iacuit reſupinus humo. cruor emicat alte
Non aliter q̄ꝫ cum viciato fiſtula plumbo
Scinditur: et tenui ſtridēte foramine longas
Eiaculatur aquas: atqꝫ ictibus aera rumpit.
Arborei fetus aſpergine cedis in atram
Uertunt̄ faciem: madefactaqꝫ ſanguine radix
Purpureo tinxit pendentia mora colore.
Ecce metu nondum poſito: ne fallat amanteꝫ
Illa redit. iuuenēqꝫ oculis animoqꝫ requirit:
Quantaqꝫ vitarit narrare pericula geſtit.
Utqꝫ locū & viſam cognoſcit in arbore formā:
Sic facit īcertam pomi color. heret an hec ſit.
Dū dubitat tremebūda videt pulſare cruētuꝫ
Membra ſolū: retroqꝫ pedē tulit: oraqꝫ buxo
Pallidiora gerens exhorruit equoris inſtar:
Quod fremit: exigua cū ſummū ſtringit̄ aura
Sed poſtq̄ꝫ remorata ſuos cognouit amores:
Percutit indignos claro plangore lacertos:
Et laniata comas: amplexaqꝫ corpus amatū
Uulnera ſuppleuit lachrimis: fletūqꝫ cruori
Miſcuit: et gelidis in vultibus oſcula figens
Pyrame clamauit: q̄s te mihi caſus ademit:
Pyrame reſponde. tua te cariſſima thiſbe
Nominat. exaudi: vultuſqꝫ attolle iacentes.
Ad nomē thiſbes oculos iaꝫ morte grauatos
Pyramus erexit: viſaqꝫ recondidit illa.
Que poſtq̄ꝫ veſtemqꝫ ſuam cognouit: et enſe
Uidit ebur vacuū: tua te manus inq̄t amorqꝫ
Perdidit infelix. eſt et mihi fortis in vnum
Hec manꝰ. ē et amor dabit hic ī vulnera vires.
Perſequar extinctum: letiqꝫ miſerrima dicar
Cauſa comeſqꝫ tui: quiqꝫ a me morte reuelli
Heu ſola poteras: poteris nec morte reuelli.
His tamen amborum verbis eſtote rogati
O multum miſeriqꝫ mei illiuſqꝫ parentes:
Ut quos certus amor: quos hora nouiſſima
Cōponi tumulo non inuideatis eodē. ( iūxit:
At tu que ramis arbor miſerabile corpus

exiliret. Quā cū vitiato fiſtula plūbo fiſtula per quā aqua deducit̄ ex plūbo fere fieri conſueuit: dicta q̄ꝫ fiſtule: et ti bie ſimilis ſit. Uitiato. corrupto. fracto. Eiaculatur. lōge eijcit. Atqꝫ ictibus aera rumpit. aque emiſſione aerē penetrat. Arborei fetus. mora arboris illius fructus. Aſpergīe cedis. ſanguinis aſperſione. In atram faciem. in nigram figuram. Madefactaqꝫ. qꝫ copula hoc loco pro quia eſt accipienda. cauſam enim aſſignat cur mora ex albis purpurea fuerint effecta. Geſtit. cupit. Utqꝫ locum. q̄ꝫ locum inquit et viſam arboris figurā thiſbe cognoſcit. tam colore mororum que ex albis rubicunda fuerant effecta redditur incerta. Pomi color. fructuū mori arboris color ex albo in rubicūdum trāſmutatus. pomum autem generale nomen eſt omnium fructuum: quicunqꝫ in arboribus naſcuntur: ſiue molles ſiue duros cortices habeāt. q̄ꝫuis quidā aliter ſentiant. Heret. dubitat an illa ſit arbor: ſub qua pauloante ſederat. Tremebunda. palpitantia. Pulſare percutere. nōdum enim mortuus erat pyramus. Retroqꝫ pedem tulit. retro ceſſit. Exhorruit. turbata eſt. Equoris inſtar. ad ſimilitudinem maris. inſtar autem indeclinabile nomen eſt. ac interdum ad ſimilitudinē. interdum ſignificat ad equiparationē: q̄ꝫuis ſine prepoſitōe ponatur. Uirgilius. Inſtar montis equū diuina palladis arte edificant. Quod fremit. ſtrepit. Cū ſummum ſtringitur. quando in ſuperficie redit̄ ac leuiter a vento attingitur. Claro plangore. magno eiulatu. In gelidis vultibus. i. frigida facie pyrami morientis. Suppleuit. impleuit. Quis te michi caſus ademit. eripuit. ſunt autem querele maxime amanti conuenientes. Erexit. extulit. aperuit. Recōdit. iterum cōdidit et occultauit et clauſit. Ueſtemqꝫ ſuam. velum ſuum: quo deceptus Pyramus ſeipſum interfecerat. Ebur vacuum enſe. id eſt eburneam vaginam enſe carentem. Tua te manus inquit amorqꝫ. teipſum inquit ob amorem quo me pſequebaris interfeciſti. In vnum. ad hoc vnum vt me ipſam interficiam. In vulnera ad vulnera mihi ipſi inferenda. Reuelli. ſeparari. Certus amor. verus. Non inuideatis. non prohibeatis noſtris votis inuidentes. Componi. condi. ac ſimul ſepeliri. Pullos. nigros.

Monumēta.memoriā. Gemini cruoris. ſanguinis duorū et pyrami et tiſbes. Aptato mucrone.appoſita cuſpide. Sub imū pectus.ad infimā pectoris partem. Ferro.enſi.quo ſeipm pauloante tranſfixerat pyramus. Uota.preces. Tetigere.cōmouere. Permaturuit.perfecte maturuit. Quodq3 rogis ſupereſt.cinis et oſſa rogis ſupereſſe ſolent. Deſierat.loq ſubaudiat̄ ⁊ alchitoe.finē enī ſue narrationi impoſuerat. Uocē tenuere.ſiluerunt. Leucothoe.ſoror alchithoes.anteq3 narret queadmodū leucothoe orchami regis achemenie ⁊ eurymones filia in arborem thuris fuerit ꝯuerſa: exponit adulteriū martis cū venere. Sol enī martem oli cū venere coeuntē vulcano eiꝰ marito indicauit: qui indignatus retibus tenuiſſimis cubile circūdedit: qbꝰ coeuntē martē cū venere ita implicuit: vt nullo pacto diſiungi poſſent. patefacto deīn cubiculo oīm deorū oculꝭ ſpectādos ſubiecit. quare venus indignata ſoli leucothoes amorē īmiſit: qui vt cōmodius ea potiret̄: ſe in matris eurymones figurā ꝯuertit. cū vero orcamꝰ pater eā vitiatā eſſe indicio clytie ſolis amice cognouiſſet. ipam defodit interram. ſol vero amicā miſeratꝰ: eā in thuris arborē ꝯmutauit. Hūc q̄q3. ac ſi diceret. nō ſolū mortales capiunt̄ amore ſed dij quoq3. ⁊ q̄dē clariſſimi. Uidet hic deus oīa p̄mus. cā eſt cur ſol putet̄ oīm primus martis adulteriū cū venere vidiſſe. quare hec p̄ticula nā ſubaudienda videt̄. Junonigene. ex iunone genito. vulcanū enī ſolū iuno ex ioue ſuſcepit. Furta. ſtupra et adulteria q̄ furtim fiant. Graciles. tenues atq3 ſubtiles. Que lumina fallere poſſent. que oculos decipere valerent. Elimat. efficit lima. Aranea. tela araneaꝝ. Utq3 leues tactus. ſignificat retia ea ita mollia fuiſſe ac flexibilia vt neq3 ſi tangerētur ſentiri poſſent: ac facile rebꝰ oībus cederent. Parua momenta. parua obſtacula: vt parum reſiſtere viderentur. Deprēſi. in re prohibita inuēti. nā dep̄hēdi ꝓprie q̄s in re minus honeſta dr̄. Lemnius. vulcanꝰ. q̄ cū deformis natus eēt iunoniq3 diſplicuiſſet e celo fuit a ioue in lemnū iſulā p̄cipitatus. ibiq3 a ſintijs: vt ſcribit ſeruiꝰ: fuit nutritꝰ. Admiſitq3 deos. aduocauit deos ad ſpectaculū venerꝭ et martis q̄ ita ligati in lecto iacebant: vt ſe diſſoluere non poſſent. Atq3 aliq̄s de dijs. eum fuiſſe mercuriū ferunt. Cytereia. venus a cytheris inſula dicta ad quā primū e mari nata concha perueniſſe dicitur. Memorem penam. aut hypallage eſt memor cythereia. aut quā in memoria habebat. vt Uirgilius. Seue memorē iunonis ob iram. Inq3 vices. viciſſim econtrario. Hyperione nate. Sol hyperionis titanis filius fuiſſe dicitur. ē autē apoſtrophe ad ſolem. Igne nouo. amore inuſitato.

Adulterium veneris cū marte.

Fabula 5

Leucothoe i thuris arborē

Nunc tegis vnius: mox es tectura duorum.
Signa tene cedis. pulloſq3 et luctibus aptos
Semꝑ habe fetꝰ: gemini monumēta cruoris.
Dixit: ⁊ aptato pectus mucrone ſub imum
Incubuit ferro: quod adhuc a cede tepebat.
Uota tamen tetigere deos. tetigere parētes.
Nam color in pomo eſt: vbi permaturuit ater.
Quodq3 rogis ſupereſt: vna requieſcit ī vrna.
Deſierat. mediūq3 fuit breue tēpus. et orſa ē
Dicere leucothoe. vocem tenuere ſorores.
Hunc quoq3 ſiderea qui tēperat omnia luce:
Cepit amor ſolem. ſolis referamus amores.
Primus adulterium veneris cū marte putat̄
Hic vidiſſe deus. videt hic deus oīa primus.
Indoluit facto: iunonigeneq3 marito
Furta tori: furtiq3 locum mōſtrauit. at illi
Et mens: et qđ opus fabrilis dextra tenebat
Excidit. extemplo graciles ex ere catenas
Retiaq3 et laqueos: que lumīa fallere poſſent
Elimat. non illud opus tenuiſſima vincant
Stamina. non ſummo q̄ pēdet aranea tigno.
Utq3 leues tactus momētaq3 parua ſequātur
Efficit: et lecto circundata collocat apte.
Ut venere thorum coniunx et adulter in vnū:
Arte viri vincliſq3 noua ratione paratis
In mediis ambo deprenſi amplexibus herēt.
Lemnius extēplo valuas patefecit eburnas:
Admiſitq3 deos. illi iacuere ligati
Turpiter. atq3 aliq̄s de diis nō triſtibus optat
Sic fieri turpis. ſuperi riſere: diuq3
Hec fuit in toto notiſſima fabula celo.
Exigit indicii memorem cythereia penam.
Inq3 vices illum tectos qui leſit amores:
Ledit amore pari. quid nunc hyperione nate
Forma colorq3 tibi radiataq3 lumīa proſunt:
Nempe tuis omnes qui terras ignibus vris:
Ureris igne nouo. quiq3 omnia cernere debes
Leucothoen ſpectas: et virgine figis in vna

Temperius.tempeſtiuius. Modo ſerius incidis.vndis. interdum inq̄t tardius occidis. Eoo celo.oriẽta li.vnde oritur aurora:que grece Jo dicit̃. Porrigis.producis. Brumales horas.hyemales dies qui ſolẽt eſſe breuiores. Vitium mentis.egritudo ac paſſio cordis:qua fere amantes pallent. Tranſit in lumina. Pallida nãq; videbantur. Nec tibi qđ lune.cãm eclipſis ſolis exponit.nã tunc deficere videt̃ cuꝫ luna ei ſubijcitur.luna vero infima planetarũ. Clymene.phaetõtis mater. Rhodos.inſula eſt lycie adiacẽs ſoli adeo grata:vt ſemꝑ q̃uis nebuloſo aere aliqua diei hora eius radij videant̃: vt ſcribit Plinius. Rhodos aũt apo tu rodu. hoc eſt a roſa ꝓpter pulchritudinẽ(vt q̇dã ſcribũt)fuit appellata. nã prius et ophiuſa ⁊ a ſereni tate etherea vocabatur.diodorus vero ait rhodon inſulam a rhodo puella ne ptuni filia ex quadam telchinum ſoro re qui primi inſulam tenuerunt fuiſſe appellatam. Nec tenet aee. perſa mater fuit cyrces:que eea ab aea vrbe colchorum nõ vt ſeruius ſcribit a vocib⁹ eorũ quos in bruta animalia cõuertebat:fuit appellata. Aea vero nõ ſoluꝫ colchorũ eſt vrbs ab Aecta medee patre edificata.ſed alia quoq; ẽ theſſalie eſt etiã macedonie fons aea:vt ſtephanus ſcribit.vnde aeus aea declinatur. Clytie.nympha fuit que apollinem amauit. Graue vulnus.magnũ dolorẽ q̃ſibi leucothoen ꝑlatã videbat. Gẽtis odorifere. odores ferentis. hoc eſt arabice. Formoſiſſima eurymone.pulcherrima.eurymone autẽ:vt ſcribit in theogonia heſiodus:nympha fuit oceani ⁊ tethios filia:vxorq; orchami achemeniorum regis. altera fuit apollinis filia q̄ thalioni marito adraſtum argiuorũ regẽ atq; eripylen peperit. Achemenias.perſicas. nã achemenij perſe et parthi ꝑp̄li ſunt finitimi. A priſco belo.a ꝑmo belo q̄ abãtẽ genuit.abas acriſiũ. Acriſius danaen. danae perſeum.perſeus bachemonen.bachemon achemenẽ.a quo achemenia eſt appellata.achemenes vero orchamuꝫ. Axe ſub heſperio.ſolis equorum paſcua deſcribit. que ſunt in occidente ambroſiam ferentia:cuius paſtu ſolis equi per noctẽ repant̃ ad diuturnos labores tolerãdos. Axe ſub heſperio.ſub celo occidentali.duo nãq; ſunt axes:(vt ſeruius quoq; ſcribit)q̄ et vertices ⁊ poli dicunt̃:arctic⁹ ſiue borealis q̇ a nobis ſp videt̃. ⁊ antarctic⁹ ſiue noti⁹ ⁊ auſtral̃ q̄ nũq; a nobis videri ꝑt.axẽ q̄ ꝓ celo poſuit.eſt aũt ꝓp̄e axis:vt ſcribit apuleius:directio q̄dã a polis velut a cardinib⁹ ꝑfecta.diuiſor et diſcriminator mũdi orbeꝫ terre in medietate cõſtituens.ambroſia vero q̄ immortalitas interpretatur: cibus eſt deorum:quo etiam equi ſolis paſci dicunt̃. eſt autem herba quã diaſcorides artemiſiã eẽ ait

Quos mũdo debes oculos.modo ſurgis eoo
Temperius celo. modo ſerius incidis vndis:
Spectãdiq; mora brumales porrigis horas.
Deficis interduꝫ:vitiumq; in lumina mentis
Tranſit:et obſcurus mortalia pectora terres.
Nec tibi quod lune terris propioris imago
Obſtiterit palles.facit hunc amor ipſe colorẽ.
Diligis hanc vnã. nec te clymeneq; rhodoſq;
Nec tenet aee genitrix pulcherrima circes:
Queq; tuos clytie q̃uis deſpecta petebat
Concubitus:ipſoq; illo graue vuln⁹ habebat
Tempore.leucothoe multarum obliuia fecit:
Gentis odorifere quam formoſiſſima partu
Edidit erymone.ſed poſtq; filia creuit:
Quam mater cunctas:tam matrem filia vicit.
Rexit achemen.ias vrbes pater orcham⁹:iſq;
Septimus a pri co numeratur origine belo.
Axe ſub heſperio ſunt paſcua ſolis equorum.
Ambroſiã pro gramine habẽt.ea feſſa diurnis
Membra miniſteriis nutrit: reparatq; labori.
Dũq; ibi quadrupedeſ celeſtia pabula carpũt
Noxq; vicẽ ꝑagit:thalamos de⁹ ĩtrat amatos
Verſus in eurymones faciẽ genitricis:⁊ inter
Bis ſex leucothoen famulas ad lumina cernit:
Leuia verſato ducentem ſtamina fuſo.
Ergo vbi ceu mater care dedit oſcula nate:
Res ait arcana eſt.famule diſcedite.ne.ve
Eripite arbitrium matri.ſecreta loquendi.
Paruerãt:thalamoq; deus ſine teſte relictus:
Jlle ego ſum dixit:qui longum metior annũ.
Omnia qui video. per quem videt.oĩa tellus.
Mũdi ocul⁹.mihi crede places.pauet illa:me
Et colus ⁊ fuſi digitis cecidere remiſſis (tuq;
Jpſe timor decuit.nec longius ille moratus
Jn veram rediit.ſpeciem:ſolitumq; nitorem.
At virgo q̃uis inopino territa viſu:
Victa nitore dei poſita vim paſſa querela eſt.
Jnuidit clytie.neq; enim moderatus in illam

Thalamos amatos.amice leucothoes cubiculum. Ducentem.deducentē filantem. Leuia ſtamina.mollia. Arbitrium.facultatē. Et colus.inſtrumentum eſt cui appenduntur ſtamina filanda. Et fuſi.horum inuentor cloſter arachnes filius a Plinio fuiſſe narratur. Nitore.pulchritudine.ſplendore. Nec̄ enī moderatus. cur inuideret clytie cauſam aſſignat.nimius enī erat ſolis amor in leucothoen. Diffamatum.vulgatum. Et ille.manu ſolem indicat patri leuchothoe. Crudus.crudelis.Enectum.necatum.obrutū. Exangue:mortuum ſine ſanguine. Volucrum moderator equorum.periphraſis eſt apollinis:qui moderator et rector eſt velociſſimorum equorum ac volantium potius q̄ currentiū: vt plene in ſecūdo vidimus. Poſt phaetonteos ignes. poſt fulmina quibus phaetō fuit abſumptus. Gelidos artus.mortua membra. id enim quod ſequitur pro eo quod precedit: et contra ſepenumero ponitur a poetis. Reuocare.reducere. Fatum.fati neceſſitas Nectare odorato.ſuauiſſimi odoris liquore.eſt enim nectar deorum potio: vt iā ſepius diximus. Tanges tn̄ ethera dixit. q̄uis inquit apollo te ad vitā reuocare non poſſim ad celum tamen peruenies. nā thuris fumus ad deos vſq̄ in celum peruenire creditur. Delicuit.mollez tenerum factum eſt:a deliqueſco preteritū. Sēſim.paulatim. Cacumine.in ſummitate. Tumulū harene aggerē. At clytiē. clytie nympha a ſole derelicta cū nouē dies ſine vllo cibo ac potu exegiſſet:tandē deorum miſeratione in herbam heliotropium cōuerſa fingitur: que nunc quoq̄ priſtini amoris memor continue folia ad ſolem vertit. vnde etiam nomen accepit. nam heliotropium dicitur ſolis conuerſio. ilios nāq̄ ſol. tropi conuerſio dicitur. Q̄uāuis amor excuſare dolorem. amore enī quo apollinem ꝑſequebatur dolebat clytie ſibi aliam ꝑferri. Dolore autē coacta indicauit patri leuchotoes cum ſole concubitum. Auctor lucis. periphraſis eſt ſolis qui lucis eſt effector. Moduz.finem. Tabuit ex illo. ex eo inquit tempore quo a ſole fuit derelicta:tabeſcere cepit clytie commerciumq̄ aliarum nympharum fugere. Sub ioue. ſubdio ad aerē Nouem luces. nouem dies. Flectebat.vertebat. Heſiſſe.affixa fuiſſe terre ſic vt ſurgere non poſſet. Luridus fuſcus. Vertitur ad ſolem. ad nomē herbe que heliotropiū dicitur alludit Suū.a ſe amatuz. Mutata. in heliotropiū herbā ꝯuerſa. Ceperat.occupauerat.delectarat. Poſcit alchitoe.rogatur vt aliquid fabularū narret. Que radio nauicula.inſtrumentū eſt ligneū quo vtunt textores. Stantis tele.pendentis. Idei.phrigii.nā ida mons eſt phrigie et crethe. Contulit.cōuertit.

Clytie in heliotropium

Solis amor fuerat:ſtimulataq̄ pellicis ira
Vulgat adulterium: diffamatumq̄ parenti
Indicat. ille ferox immanſuetuſq̄ precantem
Tendentemq̄ manus ad lumina ſolis: et ille
Vim tulit inuite dicentem: defodit alta
Crudus hūo:tumulūq̄ ſup grauis addit hare (ne.
Diſſipat hūc radiis hyperiōe nat⁹:iterq̄
Dat tibi:quo poſſis defoſſos promere vultus.
Nec tu iam poteras enectum pondere terre
Tollere nympha caput:corpuſq̄ exāgue iace
Nil illo fert̄ volucrū moderator equoꝝ (bas.
Poſt phaetonteos vidiſſe dolentius ignes.
Ille quidem gelidos radiorum viribus artus
Si queat:in viuum temptat reuocare colorē.
Sed quoniam tantis fatum conatibus obſtat
Nectare odorato ſparſit corpuſq̄ locumq̄:
Multaq̄ prequeſtus:tanges tn̄ ethera dixit.
Protinus imbutum celeſti nectare corpus
Delicuit:terramq̄ ſuo madefecit odore.
Virgaq̄ per glebas ſenſim radicibus actis
Thurea ſurrexit:tumulumq̄ cacumine rupit.
At clytien:q̄uis amor excuſare dolorem:
Indiciūq̄ dolor poterat:non amplius auctor
Lucis adit:veneriſq̄ modum ſibi fecit in illa.
Tabuit ex illo dementer amoribus vſa
Nympharū impatiēs:et ſub ioue nocte dieq̄.
Sedit humo nuda nudis incompta capillis.
Perq̄ nouem luces expers vndeq̄ cibiq̄.
Rore mero lachrymiſq̄ ſuis ieiunia pauit.
Nec ſe mouit humo tantum ſpectabat euntis
Ora dei:vultuſq̄ ſuos flectebat ad illum.
Membra ferūt heſiſſe ſolo:partemq̄ coloris
Luridus exāgues pallor cōuertit in herbas.
Eſt in parte rubor:violeq̄ ſimilimus ora
Flos tegit. illa ſuum:q̄uis radice tenetur:
Vertitur ad ſolem:mutataq̄ ſeruat amorez.
Dixerat:et factum mirabile ceperat aures.
Pars fieri potuiſſe negāt. pars omnia veros

Has aūt fabulas q̄ vix vnicꝫ apud aliquē preſtantū poetaꝝ īueniunt breuiter ꝑcurrit poeta: vidēs illas nullo fere in vſu futuras. Tantꝰ dolor vrit amātes. Acclamatio eſt ī amātū Zelotypiā. Tantꝰ inqt dolor amātes cruciat: vt ſepenumero amatos ꝑdant. Nec loquor Scython quidā ex mare ī feminā mirādo quodā modo fuit cōmutatꝰ. Id aūt fieri poſſe Pliniꝰ ꝗ̄ eſt auctor. Te ꝗ̄ nūc Adamas. Celmus nutritꝰ fuit iouis: cui dū puus erat: fuit admodū gratus. Poſtea ꝙ̄ vero iupiter deoꝝ imperiū eſt adeptꝰ: ipſum ī adamantem cōuertit: quia vulgaſſet iouē fuiſſe mortalem. Largocꝫ ſatos curetas ab hymbri. Curetes ppl̄i fuere Crete antiquiſſimi: q̄ vna cū corybantibꝰ iouē nutriuere. Sed cū dei de religionē cōtemnerent ab ioue ipſo imbribꝰ fuere deleti. Poſtea vero cuꝫ nemo deos coleret ex fungis eoſdē curetas repauit. Et crocō. Crocos adoleſcens fuit: quē ſmilax virgo cū amaret necꝫ frui poſſet: ambo ī flores conuerſi fuerūt. Vn̄ ſmilacee croceeꝗ corone dn̄r Sane ſmilax vt ſcribit galenꝰ etiā ſine ſ. lr̄a iterdū enūciat̄ Vn̄ ſit infamis. Salmacis fons eſt carie: quem q̄ ingrediunt̄ effemīati ac molles egrediunt̄. Huiꝰ aūt rei cām poeta refert ī hermaphroditi ꝓces: q̄ ꝑentes rogauit vt queadmodū ipſe: ſic alij ꝗ̄ fontem illū intrātes molleſcerent. Nā hermaphroditus mercurij a veneris filiꝰ fuit formoſiſſimꝰ: q̄ cū in fontē ſalmacidis nymphe īgreſſus foret: ita a nympha fuit colligatus vt ex duobꝰ corporibꝰ vnū fieret vtrūcꝫ hn̄s ſexū. Vn̄ etiam nūc Hermaphroditi vtrocꝫ ꝓditi ſunt ſexu. Eneruet. neruos ac vires eripiat. effemīet. Remolliat. molles ac effeminatos efficiat. Diua cythereide. venere. Sub ideis antris. in ſpeluncis ide montis phrygie. Cuius erat facies. Formoſiſſimuꝫ fuiſſe Hermaphroditū ſignificat: cū ſilem euꝫ fuiſſe ꝑentibꝰ dicat Nomē ꝗ̄ traxit ab illis Nā hermaphroditꝰ apo tu ermu. hoc eſt Mercurio aphroditis venere fuit appellatus. Studio. cupiditate et ani inclinatiōe. Lycias vrbes. Lycia Lydia ꝛ Caria ꝓuicie ſunt finitime. Caras adit. Cares ppl̄i ſunt carie. Eſt aūtē actūs grecus. Car enī caros decliat̄ ī maſcl̄ino. ī feminīo aūt Caiera. Carre vero vrbs eſt meſopotamie Craſſi cede nobilis a Carra Syrie fluuio denoīata. Videt hic ſtagnū. Fontis ſalmacidis deſcriptio. Viuo ceſpite. Naturali ħra. Nympha colit. habitat. Idē aūt cū fonte nomen habꝫ. Salmacis enī nympha vt ſcribit ſex. pōpeiꝰ: Celi ꝛ terre filia molliſſima fert̄ fuiſſe cā fontis Halycarnaſi aque appellande Salmacidis: quā q̄ bibiſſet: vicio ipudicitie molleſceret ob eā cauſam: ꝙ eiꝰ aditꝰ anguſtatꝰ parietibꝰ occaſionem largit̄ iuuenibus petulantibꝰ pueroꝝ

Poſſe deos memorant. ſꝫ non ē bacchꝰ ī illis.
Poſcitur alcithoe. poſtꝗ̄ ſiluere ſorores.
Que radio ſtantis percurrens ſtamina tele
Vulgatos taceo dixit paſtoris amores
Daphnidis idei: quē nymphe pellicis ira
Contulit in ſaxum. tantus dolor vrit amātes.
Nec loquar: vt quondā nature iure nouato
Ambiguus fuerit modo vir. mō femīa ſcythō.
Te quocꝫ nūc adamas: quondā fidiſſime puo
Celme ioui: largocꝫ ſatos curetas ab hymbri.
Et crocon ī paruos verſum cū ſmilace flores
Pretereo: dulcicꝫ animos nouitate tenebo.
Vnde ſit infamis. quare male fortibus vndis
Salmacis eneruet: tactoſcꝫ remolliat artus
Diſcite. cauſa latet. vis eſt notiſſima fontis.
Mercurio puerum diua cythereide natum
Naiades ideis enutriuere ſub antris.
Cuius erat facies: in qua matercꝫ patercꝫ
Cognoſci poſſent. nomē quocꝫ traxit ab illis
Is tria cū primū fecit quiquennia: montes
Deſeruit patrios: idacꝫ altrice relicta
Ignotis errare locis: ignota videre
Flumina gaudebat ſtudio minuēte laborem.
Ille etiam lycias vrbes: lyciecꝫ propinquos
Caras adit. videt hic ſtagnū lucētis ad imū
Vſcꝫ ſolum lymphe. nō illic cāna paluſtris:
Nec ſteriles vlue: nec acuta cuſpide iunci.
Perſpicuus liquor eſt. ſtagni tn̄ vltima viuo
Ceſpite cingunt̄. ſempercꝫ virentibus herbis.
Nympha colit: ſed nec venatibꝰ apta: nec arcꝰ
Flectere que ſoleat: nec q̄ cōtendere curſu.
Solacꝫ naiadum celeri non nota diane.
Sepe ſuas illi fama eſt dixiſſe ſorores.
Salmaci vel iaculum vel pictas ſume pharetras:
Et tua cū duris venatibus ocia miſce.
Nec iaculū ſumit: nec pictas illa pharetras.
Nec ſua cū duris venatibus ocia miſcet.
Sed modo fonte ſuo formoſos perluit artus.

Scython in feminā

Celmus ī Adamātem

Daphnis ideus in ſaxum

Crocos cū ſmilace ī flores

Hermaphroditꝰ.

Salmacis fons

puellarūq; violendaꝝ.q2 nō patet effu
giū.vñ enniꝰ.Salmacides ſpolia ſine
ſanguīe ⁊ ſudore.Qđ ï molles atq; ef=
femiatos dictū corrupte legit̄ in p̄mo
de officijs Ciceronis: ïepteq; ab ijs q̄
in illud opꝰ cōmentaria ſcripſerūt: ex=
ponit̄:vt in quadā diſputatiōe noſtra:
q̄ circūfert̄:copioſius diximꝰ. Duris
venatibus.laborioſis venatiōibꝰ.Cy=
theriaco.pulcro q̄lis venerē deceret.
Aut certe Cythoriacho legendū eſt a
cythoro mōte buxis abūdante:ex quo
ligno pulchri pectines ꝯficiunt̄. Per
lucenti amictu.ꝑlucida veſte. Signifi
cat aūt hāc nymphā molliſſimā fuiſſe.
Jncubat.recubat.iacet. Compoſuit.
ornauit. Et finxit vultū.ſumpſit vul
tū blandū.amātiq; aptū. Si quā di=
gnabere teda.Si quā tuis nuptijs di=
gnā exiſtimabis. Hic tibi ſiue aliq̄ eſt
Si inq̄t ſpōſaꝫ habes:mecū velis h̄ lo
co furti coire. Sin vero nō habes: me
veli accipias vxorē. Ab hijs.poſt hec.
Hic color.His ſilitudībꝰ declarat q̄lis
eſſꝫ Hermaphroditi pueri color:poſtea
q̄ audita nymphe orōne erubuit. A=
prica.ſoli expoſita. Arbores aūt ſoli ex
poſite rubicunda poma ferre ſolent.
Aut ebori ticto. Minio ac purpureo
colore picto. Aut ſub cādore rubenti
lune.hoc ē lune eclipſim pacīeti. Tūc
eñ rubeſcere videt̄. Cū fruſtra reſo=
nāt:fruſtra ꝑſtrepūt.nihil eñ lune defi
cienti ꝓſunt.q̄uis vulgus putet car=
mīa veneficaꝝ ereorū vaſoꝝ tinnitibꝰ
ïpediri:nec eclipſim lune inducant.vñ
Juuenalis loquacitatē mulieꝝ carpēs
inq̄t.Una laboranti poterit ſuccurrere
lune. Era.erea vaſa. Auxiliaria.au
xiliū lune afferentia:ne veneficaꝝ defi
ciat carmibꝰ. Sororia oſcula.caſta et
pudica:q̄lia ſorores decēt.Eſt aūt ad=
iectiuū nomē ſororiꝰ a ſorore declinatū
neq; eū ſignificat q̄ alicuius ſororē du
xit vxorē:vt q̄dā putant. Eburnea.cā
dida vt ebur. Deſinis an fugio. Aut
deſine inq̄t.aut ego hinc fugiā: ac tibi
ſoli iſta loca relinquā. Extimuit.ne fu
geret. Gradu verſo.cōuerſo greſſu ⁊
paſſu. Fruticū ſilua. Frutices medi
ſunt īter arbores ⁊ herbas. Ut vacuꝰ
vt pote ocioſus.⁊ alijs curis ſolutus.
Et ïobſeruatus.non viſus a q̄q̄ non
notatus. Alludentibꝰ.q̄ alludere ſibi
blādiriq; videbant̄. Mollia velamia
Molles veſtes ac tenues. Flagrant
q̄ꝫ lumia nymphe.hoc eſt.ocl̄i q̄ꝫ nym
phe Salmacidos flagrare videntur.

Sepe cythoriaco diducit pectine crines.
Et q̄d ſe deceat:ſpectatas conſulit vndas:
Nunc perlucenti circūdata corpus amictu
Mollibꝰ aut foliis:aut mollibꝰ ïcubat herbis
Sepe legit flores:⁊ tūc quoq; forte legebat:
Cum puerū vidit:viſumq; optauit habere.
Nec tamen ante adit:et ſi properabat adire:
Quam ſe cōpoſuit.q̄ circūſpexit amictus.
Et finxit vultū:et meruit formoſa videri.
Tunc ſic orſa loqui.puer o digniſſime credi
Eſſe deus.ſed tu deꝰ es:potes eſſe cupido:
Siue es mortalis:qui te genuere beati.
Et mater felix:et fortunata profecto
Si qua tibi ſoror eſt.⁊ que dedit vbera nutrix.
Sed longe cūctis longeq; beatior illa eſt:
Si qua tibi ſponſa eſt.ſi quā dignabere teda.
Hic tibi ſiue aliq̄ eſt:mea ſit furtiua voluptas
Seu nulla eſt:ego ſim:thalamūq; ïeamꝰ eūdē
Nais ab his tacuit.pueri rubor ora notauit.
Neſcit q̄d ſit amor.ſed ⁊ erubuiſſe decebat:
Hic color aprica pendentibꝰ arbore pomis:
Aut ebori tincto eſt:aut ſub candore rubenti
Cū fruſtra reſonant era auxiliaria lune.
Poſcenti nymphe ſine fine ſororia ſaltem
Oſcula:iāq; manus ad eburnea colla ferenti
Deſinis an fugio tecūq; ait iſta relinquo?
Salmacis extimuit:locaq; hec tibi libera tra
Hoſpes ait.ſimulat q̄du diſcedere verſo (do
Tū quoq; reſpiciēs fructicūq; recōdita ſilua
Delicuit:flexoq; genu ſummiſit. at ille
Scilicet vt vacuus ⁊ ïobſeruatus in herbis
Huc it:et hinc illuc.⁊ in alludentibꝰ vndis
Sūma pedum taloq; tenus veſtigia tingit:
Nec mora.tēperie blandarū captus aquaruꝫ
Mollia de tenero velamina corpore ponit.
Tum vero ſtupuit:nudeq; cupidine forme
Salmacis exarſit.flagrāt quoq; luīa nymphe
Non aliter q̄ cū puro nitidiſſimus orbe
Oppoſita ſpeculi refertur ymagine phebus:
Vixq; morā patitur:vix iā ſua gaudia differt.
Jam cupit amplecti.iam ſe male ꝯtinet amēs
Jlle cauis velox applauſo corpore palmis
Deſilit in latices:alternaq; brachia iactans

In liq̄dis trāſlucet aquis: vt eburnea ſi quis
Signa tegat claro vel candida lilia vitro.
Uicinus et meus eſt exclamat nais: et omni
Ueſte procul iacta mediis immittitur vndis:
Pugnātemq̄ tenet: luctātiaq̄ oſcula carpit:
Subiectatq̄ manus: īuitaq̄ pectora tangit.
Et nūc hac iuueni. nunc circūfunditur illac.
Deniq̄ nitentē contra: elabiq̄ volentem
Implicat vt ſerpens: quā regia ſuſtinet ales:
Sublimēq̄ rapit. pendens caput illa pedeſq̄
Alligat: et cauda ſpaciantes implicat alas.
Utq̄ ſolent hedere longos intexere truncos.
Ut ve ſub equorib⁹ deprēſū3 polypus hoſtē3
Continet ex omni demiſſis parte flagellis.
Perſtat atlātiades: ſpataq̄ gaudia nymphe
Denegat. illa p̄mit: demiſſaq̄ corpore toto
Sicut inherebat: pugnes licet improbe dixit:
Non tñ effugies. ita dii iubeatis: et iſtum
Nulla dies a me: nec me diducat ab iſto.
Uota ſuos habuere deos. nā mixta duorum:
Corpora iungunt: facieſq̄ inducitur illis
Una: velut ſi quis conducat cortice ramos:
Creſcendo iungi pariterq̄ adoleſcere cernit.
Sic vbi cōplexu coierunt membra tenaci:
Nec duo ſunt: ſ3 forma duplex: nec femīa dici:
Nec puer vt poſſit: neutrūq̄ ⁊ vtrūq̄ videtur.
Ergo vbi ſe liq̄das: quo vir deſcēderat: vndas
Semimarē feciſſe videt: mollitaq̄ in illis
Meñbrā: manus tendens: ſ3 iā nō voce virili
Hermaphroditus ait. nato date munera vr̄o
Et pater et genitrix amborū nomen habenti.
Quiſquis in hos fontes vir venerit: exeat īde
Semiuir: et tactis ſubito molleſcat in vndis.
Mot⁹ vterq̄ parens nati rata verba biformis
Fecit: et incerto fontem medicamine tinxit.
Finis erat dictis: et adhuc mineia proles
Urget opus: ſpernitq̄ deū: feſtūq̄ p̄phanat:
Tympana cū ſubito non apparentia raucis
Obſtupuere ſonis: ⁊ adunco tibia cornu:
Tinulaq̄ era ſonāt: ⁊ olēt myrrheq̄ crociq̄:
Reſq̄ fide maior: cepere vireſcere tele.
Inq̄ hedere faciē pendens frondeſcere veſtis
Pars abit in vites: et que modo fila fuerunt:

Nam etiā oculis prodebat quāta potiundi pueri cupiditate teneret: id qđ amore captis fere vſu venire ſolet. Non aliter. Sic inquit oculi nymphe flagrare vident ac ſplēdere: vt ſolis radii ſereno aere: cū ipſis ſpeculū opponit. nam tunc et ſplendidiſſimi vident et ignem cōtrahunt. Puro orbe. nebulis carente: ⁊ ſereno aere. Ille cauis velox. Natantiū morē exprimit. Ingreſſuri eni aquas manibus cauis corpus ſibi p̄cutiunt. Liquidis. puris. Signa. ſtatuas. Luctantia oſcula carpit ab illo reluctante. Eſt eni hypallage. Inuita. pro illi inuito ac nolenti. altera hypallage. Nitentem contra. repugnantem: reluctantem. Implicat vt ſerpens. His ſilitudinibus oſtendit q̄ arctū ſtrictūq̄ teneat almacis Hermaphroditū. Regia ales: aquila: que idcirco in iouis tutela eſſe dicit: q̄ ex auibus ſola nunq̄ fulmine tangatur. Eſt aūt ſerpentibus infeſtiſſima: a quibus ſepenumero ita implicat: vt in terram vna cū illis decidat. Spaciātes. ſpacioſe ⁊ late ſe iactātes. Polypus. piſcis ē mire magnitudinis multos hñs pedes. vñ etiā nomē accepit. nā polys mult⁹ pus podos pes dr̄. Hic iſidiat piſcatorib⁹: q̄s ſi ceperit: oībus pedib⁹ q̄ flagella vocat poeta: ſic ſtrigit: vt nullo pacto effugere poſſint. Eſt etiā morbus a ſilitudine piſcis dict⁹ nares maxime infeſtās. de quo Horati⁹. Balbinū polypus agre. Perſtat. ī p̄poſito p̄ſeuerat. Atlantiades. p̄nepos atlātis. nā atlas maiā genuit. Maia mercuriū. Mercuri⁹ hermaphroditū. Diducat. ſeparet. Suos. p̄pos ⁊ p̄pitios. Cōducat. cōiungat. Coierūt. cōiūcta fuerūt. Neutrū. nec puer: nec puella. Et vtrūq̄: q̄ ſexū vtrūq̄ habebat

Ergo vbi. Nunc aſſignat cauſam: id qđ in narratiōis principio pollicita eſt alcitoe: cur ſalmacidis fontē īgredientes molles effemiatiq̄ reddant. Quo vir. In q̄s vir nō mollis ſed fortis ⁊ cōſtans deſcēderat et ingreſſus fuerat. Semimarē. ſemiuirū ⁊ effeminatum.

Mollita. mollia facta. Venerit. ingreſſus fuerit. Biformis. q̄ ⁊ maris et femine formā referebat: q̄lem hermaphroditi hñt. Incerto. ignoto. Finis erat dictis. Alcithoe vna cū ſororibus poſt finitas fabulas ira bacchi: cui⁹ ſacra contēnebāt: ī veſptiliōes aues fuerūt conuerſe: ac eax domus incenſa.

Mineia ples.minei filie. Urget op⁹.operiſtat. Prophanat.polluit.pphanũ ac non ſacrũ efficit. Pro phanũ eni opponit̃ ſacro. Tinnula..tinientia ac reſonãtia.Tinnire ꝓpe dñr era pcuſſa.vñ etiã tintinabula ſunt appellata. Myrreq₃ croci.Illis enĩ delibutus bacchus ad eas fuerat ingreſſus:q̃uis non videret. Reſq₃ fide maioꝛ.hoc ẽ maioꝛ q̃ cui fides debeat adhiberi.Multas aũt in trãſcurſu metamoꝛphoſis poeta deſcribit ſic apte vt nulla indigeant expoſitiõe. Iãq₃ dies exactus erat.iã inq̃t.dies erat p̃teritus. Quo nec tenebras.Crepuſculi deſcriptio eſt.nã crepuſculũ dubia lux dr̃. Pingues lãpades.faces ex pingui ⁊ reſinã ferenti teda confecte.nõ aũt propter oleũ pingues.Lãpas eñ generale eſt vocabulũ oĩm eoꝝ q̃ accenſa lucent. Feraꝝ.:ygriũ ⁊ lyncũ q̃ fere bacchi currũ trahere dñr. Mẽbrana.cartilago q̃ membrana charta eſſe videt̃. Tenueſq₃.hoc ẽ.brachia in alas fuere cõuerſa.Veterẽ figurã.priſtinã et humanã formã.Nõ illas pluma leuauit. Mineides inq̃t plume leuitate nõ fuerũt in aerẽ ſublate:ſed trãſlucentib⁹ ⁊ cartilagineis alis. Veſptiliões ei ſunt iplumes.Pro corpe.p corpoꝝ magnitudie.Seroq₃ tenent a veſpe nomen. Veſptiliões eñ a veſpere dñr. Tum vo.totis.Ino bacchi nutrix ac mr̃tera vxoꝛq₃ athamãtis i odiũ iunonis incidit.qđ vbiq₃ bacchi vires laudibus extollebat: cũ et alũni ⁊ mariti ⁊ filioꝝ felicitate nimiũ ſupba videret̃. hãc igr̃ iuno vt affligeret ad iferos deſcendẽs vnã e furijs excitauit:q̃ athamãta i tãtũ furoꝛẽ cõiecit:vt learchũ filiũ interfecerit. Ino aũt mariti furoꝛẽ fugiens e ſcopulo ſe vna cũ melicerta altero filio i mare p̃cipitauit.qui veneris p̃cib⁹ a neptuno excepti:⁊ Ino in leucotheã deam:q̃ matuta.⁊ melicerta in Palemonẽ:q̃ latine poꝛtunus dr̃:fuere commutati. Matertera. Ino eñ ſemeles fuit ſoꝛoꝛ:q̃ bacchũ tanq̃ filiũ educauit. De tot ſoꝛoꝛib⁹ expers.Una doloris erat.Sola doloꝛe carebat.Alie nãq₃ ſoꝛes filios amiſerant. Agaue pentheũ:auctenoe:acteonẽ. Niſi quẽ fecere ſoꝛoꝛes.Ex infoꝛtunijs nãq₃ ſoꝛoꝛu₃ doloꝛẽ capiebat ino.alias felix haberi poterat. Natis filijs.learcho et melicerta. Thalamo athamantis.nuptijs athamãtis thebanoꝝ p̃ncipis ac aeoli regis ventoꝛũ filij. Sublimes aĩos elatos ac ſupbos. Alũni bacchi quẽ₃ aluerat. Alũnus aũt ſemp i paſſiua accipit̃ ſignificatiõe:q̃uis quidã Laurẽtio valle contradicere pulchꝛũ putantes in actiua quoq₃ inueniri cõtendant

Tele i bederam et vites

Vespertilionis deſcriptio

Ino i deã

Palmite mutantur.de ſtamine pãpinus exit.
Purpura fulgoꝛem pictis accõmodat vuis.
Iãq₃ dies exactus erat:tempuſq₃ ſubibat:
Quod tu nec tenebras:nec poſſes dicere lucẽ.
Sed cũ luce tamen dubie confinia noctis.
Tecta repente quati:pingueſq₃ ardere vident̃
Lampades:⁊ rutilis collucent ignibus edes:
Falſaq₃ ſeuarũ ſimulacra vlulare ferarum.
Fumida iãdudum latitant per tecta ſoꝛoꝛes:
Diuerſeq₃ locis ignes ac lumina vitant.
Dũq₃ petunt tenebras:puos mẽbrana p art⁹
Poꝛrigitur:tenueſq₃ includunt brachia pẽne
Nec qua perdiderint veterem ratione figura₃
Scire ſinũt tenebre.non illas pluma leuauit.
Suſtinuere tñ ſe perlucentibus alis:
Conateq₃ loqui minimã pro coꝛpoꝛe vocem
Emittunt:peraguntq₃ leues ſtridoꝛe q̃relas:
Tectaq₃ non ſiluas celebꝛant:lucẽq₃ peroſe
Nocte volant:ſeroq₃ tenent a veſpere nomen:
Tum vero totis bacchi memoꝛabile thebis
Numen erat:magnaſq₃ noui matertera vires
Narrat vbiq₃ dei:deq₃ tot ſoꝛoꝛibus expers
Una doloꝛis erat:niſi quem fecere ſoꝛoꝛes.
Aſpicit hãc natis thalamoq₃ athamãtis habẽ(tem
Sublimes aĩos:et alũni numine iuno.
Nõ tulit:et ſecũ.potuit de pellice natus
Uertere meonios:pelagoq₃ ĩmergere nautaſ
Et laceranda ſue nati dare viſcera matri.
Et triplices operire nouis mineidas alis:
Nil poterit iuno:niſi multos flere doloꝛes:
Idq₃ mihi ſatis eſt.hec vna potẽtia nr̃a eſt.
Ipſe docet q̃d agam.fas eſt ⁊ ab hoſte doceri
Quidq₃ furoꝛ valeat pentheia cede ſatiſq₃

Numine.diuinitate. Nõ tulit.tolerare nõ potuit. Et ſecũ.locuta eſt ſabaudiat̃. De pellice natus.bacchus ſemeles fili⁹. Meonios nautas.thyrrhenos q̃ a meonia erant oꝛiundi.Uertere.cõuertere in delphinos:vt pauloante vidimus. Et lacerãda.pentheũ ſignificat q̃ vt vidim⁹:ſub apri foꝛma a mr̃e materteriſq₃ fuit dilaceratus. Triplices.tres.Nouis alis.q̃ antea nunq̃₃ viſe fuerũt.na₃ ex ſola cartilagine ac mẽbꝛana cõſtant Pentheia cede.pẽthei occiſionẽ Eſt aũt poſſeſſiuũ triſyllabũ:cui⁹ penultima apud grecos cũ ei dipthõgo

ſcribit:q̄ quidē vel in e.vel in i.longā a nobis cōuerti ſolet:q̃ꝫuis antiq̄ eadē ei dipthōgo vterent. Cur nō ſti mulet.in furorē agat. Ino.ſororū.exēplo. Eſt via decliuis.viā que ducit ad inferos primū deſcribit. Deinde ipſas ſedes infernas. Nubila.vmbroſa.obſcura. Funeſta taxo.ferali ac peſtifera. Nā taxus arbor eſt maxi me venenoſa. Vn̄ toxica fuere denomiata:vt plinꝰ ſcribit. Ducit ad infernas. deeſt Que. Sic virgiliꝰ Vrbs antiqua fuit tyrij tenuere coloni:deeſt quā. Stix iners.imobilis.paludes em̄ q̄ non mouent: et nebulas et tetrū emittūt odorē. Simulacraq̄ꝫ functa ſepulchris.hoc eſt aīe quaꝝ corpora ſepulchra ſortita ſunt. Nam quaꝝ cadauera īſepulta iacēt.ijs trāſi re ſtygē paludē nō dabat:ſcđm pſcoꝝ opinionem. Senta.ſenticoſa.ſpinoſa. Sentes eī ſpine dn̄r. Stygiā vrbem ī fernā. Fera regia.crudelis aula Nigri ditis.plutonis. Mille capax. magni tudinē vrbis īferne ſignificat. Nec vlli exiguus pplo eſt.vlli multitudini quā talibet ſit. Aīe nāq̄ꝫ locū non occupāt cū ſint īcorporee. Parſq̄ꝫ forum cele brant. Jd ſequit qđ inq̄t in ſexto Vir. Nā vnuſquiſq̄ꝫ apud inferos iiſdē ſtu dijs delectat:quibꝰ dū viueret:teneba tur. Nōnulli ergo apđ īferos ſunt cau ſidici.alij aulici.alij artifices.alij in car cere detinent. Jmi tyrāni.inferni regi plutonis. Tantū odijs. Parentheſis eſt acclamationē cōtinens. Adeo inq̄t iuno ab ira odioq̄ꝫ vexabat. Simul. poſtq̄ꝫ. Cerberus.canis eſt triceps in ferorū cuſtos. Sorores.nocte genitas Furias.:eumenides nāq̄ꝫ noctis ⁊ a cherontis filie fuiſſe dn̄r. Sūt aūt tres Teſiphone. Alecto et Megera. Graue et in placabile numen. Moleſtū et qđ nullis precibꝰ placari poteſt. Adamante.adamas adeo durus eſt lapis: vt nulla alia re q̄ꝫ hircino ſanguīe frangi poſſit. Sedes ſcelerata vocat. Sceleratoꝝ ſedes vocat carcer:ī quo ex ijs q̄ plectebant nōnullos enumerat. Viſcera pbebat. Tityꝰ laniāda.tityꝰ terre fuiſſe filius dr̄ adeo magnus:vt nouē iugera ſuo corpore occuparet. Hic cū latone vim inferre vellet.ſagittis a pollinis ad īferos detruſus:ea pena fuit dānatus vt vultures cor eius nunq̄ꝫ exedere ceſſent. Tibi tātale nulle. Tātalus iouis ex plote nympha filius cū iouis arcana hominibꝰ pdidiſſet:filiūq̄ꝫ pelopen dijs hoſpicio ſuſceptis comedendum appoſuiſſet: alias eſſe carnes mentitus:ad inferos detruſus ea pena plectit:vt neq̄ꝫ bibere aquis etiā labia tangentibꝰ:neq̄ꝫ quicq̄ꝫ comedere poſſit:q̃ꝫuis illiꝰ capiti arbor īmineat pomis onuſta. Hac aſit pena auari oēs affici vident:q̄ partis pecunijs ꝑ auariciā vti nō poſſunt. Aut vrges ſiſyphe. Siſyphus aeoli fuit filiꝰ:q̄ cū Jſthmū Latrocinijs infeſtaret:a theſeo īterfectus ea pena apud īferos dānatꝰ eſt:vt ex ima valle ſaxū ad mōtis verticē nūq̄ꝫ vrgere deſiſtat:niſi cū ī vallē deſcēdit ad ſaxū delapſū iterū ī mōtis cacumē īpellendū. Hoc aūt figmēto denotant ābitioſi:q̄ q̃ꝫuis ſepiꝰ ī petēdis magiſtratibꝰ repulſam ferāt:ab ābiendo tn̄ nunq̄ꝫ deſiſtūt. Voluit ixion. Js iunonē de ſtupro īterpellare auſus ro

Via ad inferos

Ac ſuper oſtendit cur nō ſtimulet:eatq̄ꝫ
Per cognata ſuis exempla furoribus ino:
Eſt via decliuis funeſta nubila taxo:
Ducit ad infernas per multa ſilentia ſedes.
Styx nebulas exhalat iners:vmbreq̄ꝫ recētes
Deſcendūt illac:ſimulacraq̄ꝫ fūcta ſepulchris
Pallor hyēſq̄ꝫ tenent late loca ſenta:nouiq̄ꝫ
Qua ſit iter manes ſtygiā qđ ducat ad vrbem:
Jgnorant.vbi ſit nigri fera regia ditis.
Mille capax aditus:⁊ apertas vndiq̄ꝫ portas
Vrbs habet:vt que fretū de tota flumīa terra
Sic omnes aīas locus accipit ille:nec vlli
Exiguus pplo eſt:turbam ve accedere ſentit.
Errant exangues ſine corpore ⁊ oſſibꝰ vmbre.
Parſq̄ꝫ forū celebrant.pars imi tecta tyrāni.
Pars aliquas artes antique imitamīa vite
Exercent.aliā partem ſua pena coercet.
Suſtinet ire illuc celeſti ſede relicta
(Tantū odiis ireq̄ꝫ dabat)ſaturnia iuno.
Quo ſimul intrauit:ſacroq̄ꝫ a corpore pſſum
Jntremuit limen:tria cerberus extulit ora:
Et tres latratus ſimul edidit.illa ſorores
Nocte vocat genitas q̄ue ⁊ īplacabile numē.
Carceris an̄ fores clauſas adamāte ſedebāt:
Deq̄ꝫ ſuis atros pectebant crinibꝰ angues:
Quam ſimul agnorūt īter caliginis vmbras:
Surrexere dee.ſedes ſcelerata vocatur.
Viſcera prebebat tytius lani anda:nouēq̄ꝫ
Jugeribꝰ diſtractus erat.tibi tantale nulle
Depḣēdunt aq̄:queq̄ꝫ īminet effugit arbor:
Aut petis:aut vrges ruiturū ſiſyphe ſaxum:
Voluitur ixion:et ſe ſequiturq̄ꝫ fugitq̄ꝫ.
Moliriq̄ꝫ ſuis letum patruelibus auſe

Inferorū vrbis deſcriptio

te apud inferos ita fuit alligatus: vt ſemp voluat. Belides. beli neptes. Nā belus duos habuit filios. Danaū: ⁊ Aegyptū: pro q̄ imperiti ſcribunt egiſthū. Is quinq̄ginta danai filias totidē ſuis filijs deſponſauit. Sed danaus cū apollinis oraculo didiciſſet: ſe qn̄qꝫ ab vno filioꝝ aegypti ſibi genero occiſum iri: filiabꝰ mādauit: vt pˀma nocte q̄qꝫ ſuū: maritos occiderēt. Que quidē oēs pter vnā hypermeſtrā natu minorē: q̄ lino ſpōſo pepcit: a q̄ poſtea danaus fuit interfectus: patri ſunt obſecute. Quare ea pena apud inferos ſunt dānate: vt cribris aquā haurire nunq̄ deſiſtant. Letū. mortē a lendo: qđ non eſt ivſu: qđ mors oīa deleat. Patruelibus. Ex duobꝰ fratribꝰ nati patrueles dicunt. Et ante oēs ixiona. q̄ ab eo affecta iīuria fuerat cū de ſtupro fuit interpellata. Rurſus ab illo. poſt illū. Cur hic e fratribꝰ. Nā ſiſyphus et athamas fratres fuere filijqꝫ eoli. Cū cōiuge. cū vxore ſua ino. Spreuit contēpſit. Et exponit cauſas odij: quo pſequit athamantē. Quidqꝫ velit. exponit etiā q̄d velit furias facere. Staret. erecta foret. ſed euerteretur. Et in facinus. in ſcelus. Traherent athamāta furores. h eſt vt athamas furioſꝰ effectus aliquid mali ppetraret. Imperiū. pmiſſa. Decorū ſeruat poeta. Nā iratorū cōfuſa ſemp eſt oratio. Tiſiphone. vna eſt ex tribꝰ furijs inferni q̄ homicidas maxīe punit. vn̄ etiā nomē accepit. nā tio eſt punio. phonos cedeſ dr̄. Obſtantes colubros. ſerpētes os ipediētes ne loq̄ poſſet. Furie nāqꝫ ſerpentes pro crinibꝰ hr̄e fingunt. Longis ambagibꝰ. longiſ verboꝝ circuitiōibus. longa orōne. Roratis. inſperſis Luſtrauit. purgauit ab inferorū cōtactu. Thaumātias iris. thaumātis filia Importuna. moleſta. Fluido cruore. corrupto ſanguīe. Tiſyphones aūt apparatū habitūqꝫ perſpicue deſcribit. Luctus comitat. Scite hi comites attribuunt tiſiphone furie. Nā et luctus et pauorꝭ ⁊ iſanie cauſa eſſe mortalibꝰ tiſiphone videt. Limine. athamātis Poſtes aeolij Inue athamantis aeoli nepotis. Pallorqꝫ fores infecit acernas. aduētu inq̄t tiſiphones fores acerne pallide fuerūt effecte. ex quo maxima vis veneni furie illiꝰ ſignificat. Fores acernas. ex acere confectas. Acer nāqꝫ arbor eſt operū elegantia ⁊ ſubtilitate citro ſecunda: vt plinius ſcribit. Plura eiꝰ ſunt gn̄a: que q̄ videre cupit ex plinij ſextodecio voluīe: repetat lz. Solqꝫ locū fugit. aduentu tiſiphones ſol q̄ꝫ fugatus eſt. Infelix. infelices faciens. Sic Virgili. Sis felix noſtrūqꝫ leues quecūqꝫ laborem. Sanieqꝫ vomūt. venenū ex ore emittūt. Liguiſqꝫ coruſcant. Linguas vibrant. Eſt eni triſida et longiſſima ſerpentibus lingua: quaꝫ tāta celeritate mouēt vt tres

Aſſidue repetunt: quas pdūt: belides vndas:
Quos omnes facie poſtqꝫ ſaturnia torua
Vidit: ⁊ ante omnes ixiona: rurſus ab illo
Siſyphon aſpiciens: cur hic e fratribus īquit
Perpetuas patit penas: athamāta ſuperbū
Regia diues habet: qui me cū cōiuge ſemper
Spreuit: et exponit cauſas odiiqꝫ vieqꝫ:
Quidqꝫ velit. quod vellet erat: ne regia cadmi
Staret: ⁊ i facinus traherēt athamāta furoreſ
Imperiū. promiſſa. preces confundit in vnū:
Sollicitatqꝫ deas. ſic hec iunone locuta
Tiſiphone canos vt erat turbata capillos
Mouit: et obſtātes reiecit ab ore colubros:
Atqꝫ ita. nō longis opus eſt ambagibus inq̄t.
Facta puta quecūqꝫ iubes. inamabile regnuꝫ
Deſere: teqꝫ refer celi melioris ad auras.
Leta redit iuno: quam celum intrare parantē
Roratis luſtrauit aquis thaumantias iris.
Nec mora tiſiphone madefactā ſanguīe ſumit
Importuna facem: fluidoqꝫ cruore rubentem
Induitur pallam: tortoqꝫ incingitur angue:
Egrediturqꝫ domo: luctus comitatur euntē.
Et pauor: ⁊ terror: trepidoqꝫ inſania vultu.
Limine cōſtiterat. poſtes tremuiſſe feruntur
Aeolii. pallorqꝫ fores infecit acernas.
Solqꝫ locū fugit. monſtris exterrita cōiunx.
Territus eſt athamas: tectoqꝫ exire parabāt.
Obſtitit infelix: aditūqꝫ obſedit erynnis.
Nexaqꝫ vipereis diſtendens brachia nodis
Ceſariē excuſſit. mote ſonuere colubre. (pſe
Parſqꝫ iacēs humeris: pars circū pectora la
Sibila dāt: ſaniēqꝫ vomūt: liguiſqꝫ coruſcāt.
Inde duos mediis abrupit crinibus angues:
Peſtiferaqꝫ manu raptos inmiſit. at illi
Inooſqꝫ ſinus. athamanteoſqꝫ pererrant:
Inſpirātqꝫ graues aīos: nec vulnera mēbris
Vlla ferūt. mens eſt que diros ſentiat ictus.

habere liguas videant̄. Graues aīos. difficiles. anxios. Uulnera. morſus. Diros ictus: graues affectus et perturbationes. Ictus aūt prope ſcorpionū dicunt̄: q̄uis et ſerpentum. Et virus echidne. hidre ſerpentis. Echidna vero latine vipera dr̄. Erroreſqꝫ vagos. errandi vagandiqꝫ cupiditatē. Propo aūt epitheto vagos errores poeta vocauit. Cicuta. herba eſt preſentiſſimi veneni. Furiale. in furorē agens. Mouit. in furorē cōmouit. Ignes. venti et facis agitatione cōmotos. Cōſequit̄ ignib⁹. aſſequit̄ ſic vt cōtinenter igne⁹ orbis videret̄. Sic victrix. voti cōpos. Sumptūqꝫ recingit̄ anguē. Serpentem quo cincta erat tiſiphone reſoluit. Furibūdus. furioſus. Io comites. vox eſt et bacchantiū et furentiū. Rotat. circūducit. Rigido ſaxo. duro et aſpero. Diſcutit. diſijcit. illidit diſtringit quatiendo. Infantia ora. infantis caput. Sparſi veneni. a tiſiphone. Exululat. clamores horrēdos emittit. Male ſana. īſana et furioſa. Euoe bacche. vox eſt bacchātiū. Sonat. clamat. Hos vſus. hanc vtilitatē vt furias et īſanias. Imminet. Promōtoriū deſcribit vn̄ ſe Ino cū melicerta filio ꝑcipitauit. Summa riget. aſpera ⁊ inculta eſt. In apertū equor. in latū mare. Occupat. celeriter aſcendit. Uires inſania fecerat. Parentheſis: qua res veriſiſ̄is efficit̄. Onuſqꝫ ſuū. melicertam filiū quē fugiens ſecū aſportauerat. Recanduit. cādida et alba facta ē ꝓpter ſpumā: quā concitatuz mare emittere ſolet. Tametſi candere ꝓprie dicat̄ ferrū ignitū. Neptis. inus. que hermiones filie veneris filia fuit. Suo patruo. Neptuno qui frater eſt iouis: cui⁹ tertia venus eſſe filia dr̄. Quatuor eīn veneres fuiſſe Cicero in libris de natura deor̄ ſcribit. quarū primā que magna venus appellat̄: celi ac diei filiā fuiſſe. Secundā ex maris ſpuma natam. Tertiā iouis ⁊ diones filiā. Quartam ſyrij ⁊ cyprie. Proxima. naz ioui celū in mūdi diuiſione Neptuno terra cū mari obtigit. In Ionio imenſo. Ioniū mare eſt greciam alluens. Eſt aūt ſpondaicus verſus neqꝫ vllius vocalis admittit colliſionem. Tuis. marinis. Aliqua et mihi. hoc eſt ego q̊qꝫ aliq̇d gratie ī mari hr̄e debeo: cū in mari ex ſpuma ſim nata. indeqꝫ appellata. Obiter aūt Ouidius aliam quoqꝫ transformationē exponit. Nam ſecunda venus: vt diximus: ex maris ſpuma ac ſanguine celi teſticulorū procreata fingit̄. Saturnus eñi celo patri iratus falce virilia abſcidiſſe: eaqꝫ in mare ꝓieciſſe narrat̄: ex quorū ſanguine ⁊ maris ſpuma venus cōcreta eſſe perhibetur. Unde etiam Aphrodite apo tis aphru. hoc eſt a ſpuma vocatur.

Ueneris origo

Attulerat ſecum liquidi quoqꝫ mōſtra venena
Oris cerberei ſpumas: et virus echidne:
Erroreſqꝫ vagos: cecæqꝫ obliuia mentis:
Et ſcel⁹: ⁊ lachrymas: rabiēqꝫ: ⁊ cedis amorē:
Omnia trita ſimul: que ſanguine mixta recēti
Coxerat ere cauo viridi verſata cicuta.
Dūqꝫ pauent illi: vertit furiale venenum
Pectus in ambor̄. precordiaqꝫ ītima mouit.
Tum face iactata per eundem ſepius orbem:
Conſequitur motos velociter ignibus ignes.
Sic victrix iuſſiqꝫ potens ad inania magni
Regna redit ditis: ſumptūqꝫ recingit̄ anguē.
Protin⁹ aeolides media furibundus in aula
Clamat io comites his retia tendite ſiluis.
Hic modo cū gemīa viſa eſt mihi prole leena.
Utqꝫ fere ſequitur veſtigia cōiugis amens:
Deqꝫ ſinu matris ridentem: ⁊ parua learchuz
Brachia tendentem rapit. ⁊ bis terqꝫ ꝑ auras
More rotat funde: rigidoqꝫ infantia ſaxo
Diſcutit ora ferox. tum deniqꝫ concita mater
Seu dolor hoc fecit: ſeu ſparſi cauſa veneni
Exululat: ſparſiſqꝫ fugit male ſana capillis.
Teqꝫ ferens paruū nudis melicerta lacertis
Euoe bacche ſonat. bacchi ſub nomine iuno
Riſit: ⁊ hos vſus preſtet tibi dixit alūnus.
Imminet equorib⁹ ſcopulus. pars ima cauat̄
Fluctib⁹: ⁊ tectas defendit ab imbrib⁹ vndas.
Sūma riget: frontēqꝫ ī apertū porrigit equor.
Occupat hunc (vires inſania fecerat) ino:
Seqꝫ ſuper pontū nullo tardata timore
Mittit: onuſqꝫ ſuum. percuſſa recāduit vnda.
At venus īmerite neptis miſerata labores
Sic patruo blandita ſuo eſt. o numen aquar̄:
Proxima cui celo ceſſit neptune poteſtas:
Magna quidē poſco. ſed tu miſerere meoruz.
Iactari quos cernis in ionio immenſo:
Et diis adde tuis. aliqua ⁊ mihi gr̄a pōto eſt:
Si tamen in medio quondā concreta ꝓfundo

Nomenq̄ ſimul faciēq; vocauit. hoc ē figurā et nomē Inus Melicerte commutauit. nā Ino Leucothea grece: latine Matuta fuit appellata. Melicerta vero a grecis Palemon. a noſtris portunus fuit nuncupatus. Sidonie comites. matrone thebane Ino fugiētem ſecute: cū ex veſtigijs percepiſſent eā ſe in mare ꝑcipitaſſe: iunoni inuidiā facere ceperunt. Quare iuno irata eas partim in ſaxa: partim ī aues cōmutauit. Primo ſaxo. in ꝑma ꝓmontorij parte. Nec dubiū de morte rate. nā eā mortuā cū filio putauerunt. Cadmeida. cameiam. patronymicū pro poſſeſſiuo. Deplanxere. defluere palmis pectora plāgentes atq; percutiētes. Cōuicia. cōtumelias. Monumenta. memoriā. Solito plangore. cōſueta percuſſione. Riguiſſe. duros factos eſſe. Heſit. ꝑmanſit. Que nunc q̄q; gurgite in illo. Tapinoſis eſt. Gurgitem em̄ pro ſinu maris poſuit poeta. gurgites em̄ fluminū proprie dicuntur. Diſtringūt. radunt. leuiter attingūt. Cadmeides Thebane mulieres a Cadmo duce ſic dicte. Neſcit Agenorides Cadmus varijs ſuorū infortunijs vexatus Thebas vna cū hermione vxore dereliquit: ſeq; in illyriū cōtulit: vbi cū vxore in ſerpentē fuit conuerſus. Qđ quidē idcirco fingit: q2 cadmus cū iam eſſet ſenex: ab amphione ⁊ zetho regno pulſus ad illyrios ſe cōtulit: vt Palephatus ſcribit. vbi vna cum hermione vxore miſerrimā exegit vitā. Serieq; malorū. cōtinuatione īfortunioꝝ. Et oſtentis. mōſtris. Premeret. vexaret. Contigit illyricos fines. in illyriū ꝑuenit. Eſt aūt illyriū regio Epiro finitia ab illyrio Polyphemi filio cognoīata vt ſcribit appianꝰ. Graues. pleni. onerati. Dū prima retractāt. cōmemorant ſue domꝰ ꝑmordia. Releguntq; ſuos ſmōe. labores. colligūt. ī meōriaz reducūt. Num ſacer ille. Dubitat cadmꝰ an ille ſerpēs: quē ad fontē īterfecit: alicui deoꝝ fuerit ꝯſecratus: q̄ ſibi maloꝝ cā fuerit. Quē ſi cura deū vīdicat. h̄ eſt ꝓ cuiꝰ cede ſi dij vindictā de me ſumūt: vtinā ego q̄q; ſpens efficiar: vt ab iſtis liberer malis. Elegāter aūt dicimꝰ vindico īimicos ⁊ pr̄is cedē: ꝓ eo qđ ē punio īimicos ⁊ ꝓ cede pr̄is vīdictā ſumo Tā certa ira. vt me nūq; malis vexare ſint ceſſaturi. Porrigar. ꝓducar. ꝓlōger. Cōmixtaq; ī vnū. confuſa ī vnū. Tenuant. tenuia ac ſubtilia efficiunt.

Comites inus in lapides et aues

Cadmus cū vxore i ſerpentes

Spuma fui: gratūq; manet mihi nomē ab illa
Annuit oranti neptunus: ⁊ abſtulit illis
Quod mortale fuit: maieſtatemq; verendam
Impoſuit: nomēq; ſimul faciēq; nouauit.
Leucotheaq; deū cū matre palemona dixit.
Sidonię comites quantum valuere ſecute
Signa pedum primo videre nouiſſima ſaxo.
Nec dubiū de morte rate cadmeida palmis.
Deplanxere domū ſciſſis cū veſte capillis:
Utq; parum iuſte nimiūq; in pellice ſeue
Inuidiam fecere dee. conuitia iuno
Non tulit: et faciā vos ipſas maxima dixit
Seuitie monumēta mee. res dicta ſecuta eſt.
Nam que precipue fuerat pia: perſequar inq̄t
In freta reginam: ſaltūq; datura moueri
Haud vſq; potuit: ſcopuloq; affixa coheſit.
Altera dum ſolito temptat plangore ferire
Pectora: temptatos ſentit riguiſſe lacertos.
Illa manus: vt forte tetēderat ī maris vndas
Saxea facta manus ī eaſdem porrigit vndas.
Huius vt harreptū laniabat vertice crinem:
Duratos ſubito digitos in crine videres.
Quo queq; in geſtu deprenſa eſt: heſit in illo.
Pars volucres facte: q̄ nūc quoq; gurgite ī illo.
Equora diſtrīgūt ſūmis cadmeides alis.
Neſcit agenorides natam paruūq; nepotem
Equoris eſſe deos. luctu ſerieq; malorum
Uictus et oſtentis: que plurima viderat: exit
Conditor vrbe ſua: tanq̄; fortuna locorum
Non ſua ſe premeret: longiſq; erroribus actꝰ
Contigit illyricos profuga cū coniuge fines.
Iāq; malis anniſq; graues dū prima retractāt
Facta domus: relegūtq; ſuos ſmone labores
Num ſacer ille mea traiectus cuſpide ſerpēs
Cadmus ait fuerat: tum cū ſidone profectus
Uipereos ſparſi ꝑ humū noua ſemina dētes?
Quem ſi cura deum tam certa vindicat ira:
Ipſe precor ſerpens ī longam porrigar aluū.
Dixit. ⁊ vt ſerpens ī longam tenditur aluum:
Durateq; cuti ſquamas increſcere ſentit:
Nigraq; ceruleis variari corpora guttis.
In pectus cadit pronus: cōmixtaq; in vnum
Paulatim tereti tenuantur acumine crura.

Tereti. oblongo atqꝫ rotundo. Tendit. extendit ad vxorem. In ꝑtes eſt fiſſa duas. ſerpentes bifidā ſiue vt Plinius ait: triſulcā videnť habere linguā. Nec verba loquēti ſufficiūt. nec ꝑtes inqt lingue ſubminiſtrant verba cadmo loquti volenti. ſufficere nāqꝫ hoc loco eſt tranſitiuum. et ſubminiſtrare ſignificat. Aliquos q̄ſtus. aliq̄s querelas. qua in ſignificatione citra diptongū ſcribiť. queſtus eni cum diptongo turpe ſignificat lucrū. Sibilat. ſibilare verbū eſt facticiū a vocis ſono declinatū. natura aūt ſerpentes ſibilāt. Et dū loquor oia. ordo eſt et ſenſus. et vbi ſunt oia mēbra dū loquor: mirať eni hermione ꝙ nihil mēbroꝝ cadmi videbat

Brachia iam reſtāt. que reſtant brachia tēdit.
Et lachrymis ꝑ adhuc humana fluētibus ora
Accede o coniunx. accede miſerrima dixit.
Dūqꝫ aliquid ſupeſt de me: me tāge: manūqꝫ
Accipe: dū manꝰ ē. dū nō totū occupat anguis
Ille quidē vult plura loq̄: ſed lingua repente
In partes eſt fiſſa duas. nec verba loquenti
Sufficiūt: quotiēſqꝫ aliquos parat edere q̄ſtꝰ:
Sibilat. hanc illi vocem natura reliquit.
Nuda manu feriēs exclamat pectora coniūx.
Cadme mane: teqꝫ his infelix exue monſtris.
Cadme q̇d hoc: vbi pes: vbi ſūt humeriqꝫ ma
Et color ⁊ facies: ⁊ dū loquor oia cur nō (nuſqꝫ
Me quoqȝ celeſtes in eundem vertitis anguē
Dixerat. ille ſue lambebat coniugis ora.
Inqȝ ſinus caros: veluti cognoſceret ibat.
Et dabat amplexus aſſuetaqȝ colla petebat.
Quiſqȝ adeſt (aderant comites) terreť. at illis
Lubrica perlucent criſtati colla draconis.
Et ſubito duo ſunt: iunctoqȝ volumie ſerpūt:
Donec in appoſiti nemoris ſubiere latebras.
Nūc quoqȝ nec fugiūt hoiez. nec vulneř ledūt,
Quidqȝ priꝰ fuerit placidi meminere dracōes.
Sed tamē ambobus verſe ſolatia forme
Magna nepos dederat: quē debellata colebat
India. quē poſitis celebrabat acheia templis
Solus abantiades ab origine cretus eadem
Acriſius ſupereſt: qui menibus arceat vrbis
Argolice: contraqȝ deum ferat arma: genuſqȝ
Non putat eſſe deū. neqȝ eni iouis eē putabat

Aderāt comites. parēthesis qua ſignificatur comites ſaltē iterfuiſſe illi trāſformationi. Criſtati draconis. criſtas i capite hñtis. draco aūt apo tu derkeſte. hoc eſt a videndo declinať. eſt eniȝ acutiſſimi viſus. Iunctoqꝫ volumine. iuncta reuolutiōe. Appoſiti. iuxta poſiti ac vicini. Sed tñ ambobus. hec idcirco a poeta narranť: vt ꝯcinne quas expoſiturus eſt trāſfigurationes cum prioribus cōnectanť. nā acriſius rex argiuorū et orgia bacchi ſpernebat: et ꝑſeum ſibi nepotē iouis eſſe filiū nō credebat. ſic igiť ad perſei geſta enarrāda deſcendit poeta. Nepos. bacchus qui ex india deuicta glorioſiſſimū reportauerat triumphū. Debellata. bello deuicta. Acheia. grecia. nā acheia pars eſt grecie. vñ achei pro grecis accipiunť. ſane acheia cum diptōgo a grecis ſcribiť. ſic aūt eſſe ſcribēdū achei inde ducti facile oſtendūt. Poſitis tēplis. edificatis. Solus abantiades. acriſius (vt in libro temporū ſcribit euſebius) abātis argiuoruȝ regis fuit filius: paterqꝫ danaes. ex qua perſeū iupiter ſuſcepit Is a preto fratre pulſus regno a ꝑſeo nepote fuit reſtitutus: a quo tādē propter ingratitudinē in ſaxū fuit conuerſus. Abantiades. abantis filius. abantes quoqꝫ populi ſunt euboee: a q̇bus etiā abātis fuit appellata. ſiue ab abāte argei filio vel neptuni et arethuſe. Ab origine eadē: q2 et ipſe ab ioue originē ducebat. nā belus iouis fuit filiꝰ is vero pater fuit abantis cuius filium acriſium fuiſſe diximus. Neqꝫ eni iouis eſſe putabat ꝑſea. filiū ſubintelligamus vel genus. perſeus autē iouis ex danae acriſij fuit filius. is cum adoleuiſſet: vt ſcribit ioannes grāmaticꝰ palladis: vt alij polydectis regis ſeriphi iuſſu ad gorgonas debellandas ē profectus. egide a pallade ipſa ac talaribus enſeqꝫ falcato a mercurio acceptis. meduſe igitur caput amputatū cum in greciam referret: ab atlante mauritanie rege ab hoſpitio repulſus: gorgonis capite oſtenſo ipſum in montem eiuſdem nominis commutauit. Andromedam deinde virginem cephei regis ac caſſiepeie filiam monſtro marino crimine matris obiectam ea conditione liberauit: vt ſibi vxor traderetur. ſed cum iam nuptias celebraret: ac Phineus cephei frater: cui andromeda anteq̄ꝫ obijceretur monſtro fuerat deſponſata: ſibi eam vi auferre conaretur: et multos ex illiꝰ ſocijs interfecit: et gorgonis capite oſtenſo Phineum ipſum cum reliquis in ſaxa conuertit. ac demum in greciam reuerſus pretum acriſij fratrem: qui regno auum expulerat in lapideȝ transformauit: acriſiumqꝫ auum in regnum reduxit: ac polydectē ſephiri regem vna cum multis alijs in ſaxa conuertit.

Perſea: quem pluuio danae cōceperat auro.
Mox tamē acriſium (tanta eſt preſentia veri)
Tam violaſſe deum: ꝙ non agnoſſe nepotem
Penitet. impoſitus iam celo eſt alter: et alter
Vipereí referens ſpoliū memorabile monſtri
Aera carpebat tenerum ſtridentibus alis.
Cūq; ſuper libycas victor penderet harenas:
Gorgonei capitis gutte cecidere cruente.
Quas hum⁹ exceptas varios aīauit ī angues:
Unde frequēs illa eſt infeſtaq; terra colubris.
Inde per immenſum ventis diſcordib⁹ actus
Nunc huc nunc illuc exemplo nubis aquoſe
Fertur: et ex alto ſeductas ethere longe
Deſpectat terras: totumq; ſuperuolat orbez.
Ter gelidas arctos. ter cancri brachia vidit.
Sepe ſub occaſus. ſepe eſt ablatus in ortus.
Iamq; cadente die veritus ſe credere nocti
Conſtitit heſperio regnis atlantis in orbe.
Exiguāq; petit requiem: dum lucifer ignes
Euocet aurore. curſus aurora diurnos.
Hic hominum cūctis ingenti corpore preſtās

Ipſe vero in orientē profectus perſiam. perſaſq; de nomine ſuo appellauit. tādem inde reuerſus cū acriſium auum in ſe ingratū in lapidem cōmutaſſet: ipſe cū andromeda vxore ac cepheo ſocero: ⁊ caſſiepeta ſocru in celum fuit tranſlatus: atq; inter ſidera collocatus. Quem pluuio danae cōceperat auro. danae acriſij filia ꝗ in turri ita concluſa erat a patre ꝗ acceperat ſe nepotis manibus periturū: vt nullus vir ad eā accedere poſſet: a ioue in auri guttas transformato fuit cōpreſſa. qđ cū reſciuiſſet acriſius: egre ferens illā in arca impoſitam in mare proijci iuſſit. ea vero arca a dicte piſcatore ſeriphio (vt Strabo narrat) ad polydectez ſeriphi regem fuit delata: qui ꝗuis danaen cogere nō potuerit vt ſibi nuberet: perſeum tamen infantē educauit. Pluuio auro. nam iupiter in auri guttas cōuerſus in danaes gremiū pluiſſe fingitur. Tanta eſt pſentia veri. acclamatio hec interpoſita ſignificat maximā eſſe veritatis potentiā. Preſentia. potentia. Penitet: q: in ſaxū fuit commutatus. Impoſitus iam tum celo eſt alter. bacchus in numerū deorū relatus. Viperei monſtri ſpoliuz. capitis meduſe eſt periphraſis. nā phorcus ex ceto coniuge tres ſuſtulit filias eximia pulchritudine. euryalian. ſtheno et meduſam. et vt nōnulli volūt ſcyllam: quas Pomponius mela ſcribit gorgadas inſulas ethiopici maris tenuiſſe: vñ gorgones videntur appellate: que vnicū habuiſſe oculū fingunt. quo cū libuiſſet ſingule vterent. harū natu maxima fuit meduſa: que cum quadam die ſola in littore vagaretur a neptuno ita fuit adamata vt eaz vel in tēplo palladis: quo confugerat: violarit. quare pallas indignata et crines eius ꝗbus maxime neptuno placuerat: in angues conuertit et effecit: vt quoſcunq; aſpexiſſet: in lapides cōmutarent. hanc vero perſeus vt iam dixim⁹: ope palladis a qua ſcutum criſtallinum: ⁊ mercurij a quo talaria et falcatū enſem accepat: interemit. qđ quidē idcirco fictū eſſe videt: ꝙ perſeus illius ſupate opib⁹ preclara multa geſſit. nā atlantē mauritanie regē et africā et totā greciā parteq; aſie ſubegit. Memorabile. memoratu dignū. Aera carpebat tenerū. hoc eſt p aera penetratu facilē volabat. Cūq; ſuper libycas. guttas ſanguinis ex meduſe capite cadentes in terrā libyam varios in ſerpētes cōuerſas fuiſſe narrat poeta. quod ideo fictū videt: q: libya ſerpentib⁹ venenoſis abūdat. Gorgonei capitis. meduſei. gorgones enī vt dixim⁹: tres fuere ſorores quarū meduſa natu maxima a pſeo capite fuit priuata. Colubris. ſerpētibus. Inde per immēſum. p infinitū ac inane qui eſt aer. Seductas. ſepatas. Deſpectat. deorſū ſpectat. Totūq; ſupuolat orbem. hoc eſt ſupra totū terrarū orbē fertur. Gelidas arctos. gelidos ſeptētriones. ad quos nunꝗ ſol accedit. Iamq; cadente die. occidente ſole. Credere. cōmittere. In heſperio orbe. in occidentali orbis pte. nam heſperus ſtella eſt que veſperi in occidente apparet. vnde heſperius orbis. et hiſpania interdū heſperia vocatur. ſic aūt concīne ingreditur transformationē atlantis regis mauritanie potentiſſimi in mōtē. ad quē cū perueniſſet perſeus: rogauit vt ſe hoſpitio ſuſciperet: donec illuceſceret dies. ceterū atlas oraculo admonitus: vt ſibi a iouis filijs caueret: ne regno ab aliquo eo priuaret: illū ſuperbe admodū repulit. quare pſeus indignat⁹ capite meduſe reuelato eū in montē transformauit. ꝗ celū ſuſtinere dr. qđ idcirco fictū eſſe videt ꝙ perſeus ſuperate meduſe opibus fretus atlantis regnum inuaſit eumq; in montes fugere coegit. celum autem humeris ſuſtinere fingitur atlas: tum ꝙ (vt ſcribit Plinius) primus omniū aſtrologiā inuenit: tum ꝙ mons ipſe ita eſt altus vt celum contingere videatur. ſane apud antiquos atlantes vocabantur ſtatue: que columnas humeris ſuſtinebant. Ignes aurore. lumina aurore: que ſemper ante ſolem fertur. Iapetionides atlas fuit. atlas iapeti gigantis et lybie nymphe filius fuit. ꝗꝗ de matre parū inter ſcriptores cōuenit alii nāq; clymenes. alij aſie fuiſſe filiū ferūt. nos vero pliniū ſeqmur: ꝗ eū lybie filiū ſcribit fuiſſe. verū alij ꝗ ꝗ fuerūt clari atlātes: ꝗrū vn⁹ in archadia regnauit. alt in etruria. Ultia tellus. mauritania cū reliq occidēte

Gutte ſā=guīs me=duſe i ſer=pentes.

Iapetionides atlas fuit. vltima tellus
Rege ſub hoc et põtus erat: qui ſolis anhelis
Equora ſubdit equis: et feſſos excipit axes.
Mille greges illi: totidẽq; armẽta per herbas
Errabant: et humum vicinia nulla premebat.
Arboree frondes auro radiante nitentes
Ex auro ramos. ex auro poma ferebant.
Hoſpes ait perſeus illi. ſeu gloria tangit
Te generis magni. generis mihi iupit᷑ auctor:
Siue es mirator rerum: mirabere noſtras.
Hoſpitiũ requiemq; peto. memor ille vetuſte
Sortis erat. dederat themis hãc pnaſia ſortẽ
Temp⁹ atla veniet: tua quo ſpoliabitur auro
Arbor: et hunc p̃de titulũ ioue natus habebit.
Id metuens ſolidis pomaria clauſerat atlas
Montibus: et vaſto dederat ſeruãda draconi:
Arcebatq; ſuis extremos finibus omnes.
Huic quoq; vade procul: ne longe gloria rerũ
Quas mentiris ait. longe tibi iupiter abſit.
Viq; minis addit: manibuſq; expellere tẽptat
Cunctãtẽ: et placidis miſcentẽ fortia dictis.
Viribus et inferior (quis enĩ par eſſet atlantis
Viribus?) at quoniã pui tibi gloria noſtra eſt.
Accipe munus ait: leuaq; a parte meduſe
Ipſe retrouerſus ſqualentia protulit ora.
Quãt⁹ erat mõs fact⁹ atlas: nã barba comeq;
In ſiluas abeũt. iuga ſunt humeriq; manuſq;.
Qd̄ caput ante fuit: ſũmo eſt in mõte cacumẽ.
Oſſa lapis fiunt: tum partes altus in omnes
Creuit in immẽſum. ſic dii ſtatuiſtis: et omne
Cum tot ſideribus celum requieuit in illo.
Clauſerat hippotades eterno carcere vẽtos:
Admonitorq; operum celo clariſſimus alto
Lucifer ortus erat. pẽnis leuat ille reſumptis
Parte ab vtraq; pedes teloq; accigitur vnco.
Et liquidum motis talaribus aera findit.
Gentibus innumeris circũq; infraq; relictis
Ethiopum populos cepheiaq; cõſpicit arua.
Illic immeritam materne pendere lingue
Andromedã penas iniuſtus iuſſerat hãmon.
Quam ſimul ad duras religata brachia cautes
Vidit abantiades: niſi ꝙ leuis aura capillos
Mouerat: et tepido manabant lumina fletu

Qui ſolis anhelis. feſſis ac defatigatis. eq̇ nãq; ſolis ab oceano atlãtico excipi videnť. Vicinia nulla. nulli vicini inq̇t q̇cq̃; agrorũ habebãt qd̄ exararẽt. oĩa nãq; ab atlãte poſſidebanť. p qd̄ ſignificať fuiſſe locupletiſſimus. Vetuſte ſortis. antiqui oraculi. Themis pnaſia q̃ in monte pnaſo tẽplũ habet. vt in p̃mo vidimus. Hũc titulũ. hanc gloriã titulus aũt a tutãdo dr̃: ꝙ ſua cuiq; geſta operaq; tituli tueanť. Pomaria. hortos arboribus cõſitos. q̃q̃; pomaria proprie ſint pomorũ repoſitoria. poma aũt hec ab hercule ipſo iouis filio ablata fuiſſe notiſſimũ eſt. Ne longe gloria rerũ. recede inq̇t procul a noſtro regno: ne a nobis oppreſſus ĩditio ſis et gloriã rerũ falſam eſſe: et a iouis genere longe abeſſe. Par eſſet. ſufficere poſſet. vt enĩ oĩm maximus ita valentiſſimus erat. At quoniã pui. at qm̄ inq̇t noſtrã gloriã pui facis: accipe mun⁹ tibi cõuenientẽs. Ipſe retrouerſus. caute ne ipſe i ſaxũ ↄuerteret. Sic dij ſtatuiſtis. voluiſtis. cuius aũt rei rõem aſſignare nõ poſſumus: ad deorũ potẽtiã referre ſolem⁹. Clauſerat hippotades eolus hippote nepos. nã eolus iouis fuit fili⁹ ex aceſta hippote troiani filia is idcirco rex ventorũ eſſe phibeť: ꝙ vt ſcribit Varro cũ apud nouẽ ſicilie inſulas italie ppinq̃s illacis tpibus regnaret: ex cõſurgẽtibus nebulis ita futuros ventos p̃dicebat: vt in ſua ptãte eos a rudibus hr̃e crederetur. Plini⁹ aũt ip̃m vẽtorũ rõnem iueniſſe ſcribit Pẽnis reſumptis. talaribus que p noctem depoſuerat iterũ aſſũptis. Telo vnco. enſe falcato. Cepheia arua. cephei regna. cepheus enĩ vt ex ſentẽtia euripidis ſcribit Iginus. phenicis fuit fili⁹ rexq; ethiopũ ⁊ caſſiepeie maritus ac andromede pater: q̇ andromedã filiã pp̄ter vxoris ſupbiã mõſtro marino obijcere fuerat coactus. cum enĩ caſſiepeia mater ſe nereidibus pulchriorem eſſe iactaret: p̃cibus ipſarũ motus neptun⁹ belluã marinã ĩmiſit: que ethiopiam vaſtaret. quare conſultus iupiter hammon: qua ratione nereides placari poſſent: reſpõdit cephei caſſiepeie q; progeniem monſtro eſſe obijciendã andromedã igitur cum ad ſcopulũ religatam perſeus vidiſſet ea conditione ſe illã liberaturũ pactus ẽ: vt ſibi vxor permitteret. ceterum phineus cephei frater: cui antequã monſtro exponereť andromeda fuerat deſpõſata· cũ vi eã

Atlas in montem

andromeda ceto expoſita.

perſeo eripere conaret̃:m̃ltis īterfectiſ reliq̃s in ſe ruentes pſeus ipſe meduſe capite detecto in lapides commutauit. Materne lingue. nã caſſiepeia de pulchritudine cũ nereidibus ꝯtendere fuerat auſa. Iniuſtus hãmõ. iniquus iupiter in ea ſentẽtia ferẽda. neq̃ enĩ iuſtũ eſt vt filij pro parentibus penas pẽdant. hãmõ aũt harenarius interp̃tat̃ nã in libye harenis tẽplo celeberrimo ſub imagine arietis iupit̃ colebat̃. q̃q̃ ſcribat Diodorus ex quorũdã ſentẽtia hãmonẽ libye regem fuiſſe vxorẽq̃ cepiſſe rheã celi filiã. ſaturni aliorũq̃ titanũ ſororẽ. Trahit inſcius ignes. hoc eſt ignarus quenã eſſet: amore ipſius capit̃. Quatere. mouere. ꝯcutere. Appellare virũ. loq̃ cum viro. Virgo. cã eſt cur virũ alloq̃ nõ auderet. virgo nãq̃ erat. Genitor lugubris. pullis veſtibus indutꝰ. Vinctoq̃ ĩ corp̃e adherẽt hoc eſt ligatã andromedã cõplectunt̃. Manere. expectare. Ad opẽ ferendã. ad auxiliũ andromede ferendũ. Hanc ego ſi peterẽ. merito perſeus dotes ſuas apud ignotos exponit: quo faciliuſ id qđ cupit accipiat. Paciſcor. in pactionẽ deduco. Accipiũt legẽ. conditionem quã ipſis tulerat perſeus vt ſua eſſet: ſi ip̃az ſua virtute ſeruaſſet. Acta impulſa. hac aũt ſimilitudine ꝛ magnitudo ꝛ ĩpetus bellue illius marine declarat̃. Iuuenũ ſudãtibus lacertis. hypallage eſt. nã ſudantiũ iuuenũ lacertiſ ĩpellunt̃ triremes. Quãtũ balearica torto. tantũ inq̃t bellua diſtabat a ſcopulis: quãtũ ſpacij pila plũbea funda emiſſa ꝑtrãſire poſſet. Medij celi. medij aeris. Pedibus tellure repulſa. geſtũ exp̃mit eius q̃ ſe e terra in aerẽ tollere velit. ſic pauloante de pallade dixit. ꝛ ĩpreſſa tellurẽ reppulit haſta. Arduus. altus. Vtq̃ iouis p̃pes. pulchra ſimilitudine poeta oñdit quãta agilitate monſtrũ illud marinũ pſeus oppreſſerit. Prepes. ales. eſt aũt aquile periphraſis q̃ ſerpentibus maxime infeſta eſt. p̃petes vero maiores dicunt̃ aues quaꝝ ex volatu auguria colligunt̃. Liuentia. pallentia. Occupat. corripit. Miſſo. emiſſo. effecto. Per iane. per aerẽ qđ inane dicit̃: q2 vacuus eẽ videtur. Fremẽtis. ore ſtrepentis. et furentis bellue. Ignachides. perſeus argiuus Inachide nãq̃ argiui dicũtur ab inacho qui primus apud argos regnauit: ac fluuium achaie inachum a ſuo nomine appellauit.

Marmoreũ ratus eſſet opꝰ. trahit ĩſciꝰ ignes:
Et ſtupet: et viſe correptus imagine forme
Pene ſuas quatere eſt oblitus in aere pẽnas.
Vt ſtetit. o dixit non iſtis digna catenis:
Sed quibus inter ſe cupidi iũguntur amãtes:
Pande requirenti nomen terreq̃ tuumq̃:
Et cur vincla geras. primo ſilet illa: nec audet
Appellare virum virgo: manibuſq̃ modeſtos
Celaſſet vultus: ſi non religata fuiſſet.
Lumĩa: qđ potuit: lachrymis ĩpleuit obortis.
Sepius inſtanti: ſua ne delicta fateri
Nolle videretur: nomen terreq̃ ſuumq̃:
Quantaq̃ materne fuerit fiducia forme
Indicat: ꝛ nondũ memoratis omnibus vnda
Inſonuit: venienſq̃ immenſo bellua ponto
Eminet: et latum ſub pectore poſſidet equor.
Conclamat virgo. genitor lugubris et vna
Mater adeſt: ambo miſeri: ſed iuſtius illa.
Nec ſecuz auxiliũ: ſed dignos tempore fletus
Plãgorẽq̃ ferũt: vinctoq̃ ĩ corpore adherẽt.
Tum ſic hoſpes ait. lachrymarũ lõga manere
Tpa vos poterũt. ad opẽ breuis ora ferẽda eſt
Hanc ego ſi peterẽ perſeus ioue natus et illa:
Quam clauſam ĩpleuit fecundo iupiter auro.
Gorgonis anguicome pſeus ſuperator: ꝛ alis
Ethereas auſus iactatis ire per auras:
Preferrer cunctis certe gener. addere tantis
Dotibus et meritũ: faueant mõ numĩa: tẽpto.
Vt mea ſit ſeruata mea virtute paciſcor.
Accipiunt legem. quis enĩ dubitaret: et orãt:
Promittuntq̃ ſuper regnum dotale parẽtes.
Ecce velut nauis prefixo concita roſtro
Sulcat aquas iuuenũ ſudãtibus acta lacertis
Sic fera dimotis impulſu pectoris vndis
Tantũ aberat ſcopulis: quãtũ balearica torto
Funda poteſt plũbo mediũ tranſmittere celi:
Cum ſubito iuuenis pedibus tellure repulſa
Arduus in nubes abiit: et in equore ſummo
Vmbra viri viſa eſt. viſam fera ſeuit in vmbrã
Vtq̃ iouis prepes vacuo cum vidit in aruo
Prebentem phebo liuentia terga draconem:
Occupat aduerſum: neu ſeua retorqueat ora:
Squamigeris auidos figit ceruicibꝰ vngues.

Curuo tenus hamo. vſqꝫ ad capulum cui ferrum recuruum ſolet apponi. Circunſona. circumlatrans. Ille. perſeus. Super obſita. deſuper tecta atqꝫ cooperta conchis et oſtreorum teſtis. balenarum enim tergoribus conche oſtreaqꝫ adherere ſolent. Falcato enſe. recuruo ac falci ſimili. eſt enim nomen participio ſimile falcatus. Bellua puniceo. quanta fuerit hec bellua: facile ex fluctibus quos ore euomebat: colligere poſſumus. Maduere graues aſpergine penne. hoc eſt pēne alarū perſei et madide ⁊ graues reſperſione fluctuū quos euomebat bellua ſunt effecte. Nec bibulis. ſiccis ac multum humoris et aque attrahentibus. bibuli nanqꝫ dicūtur qui multum ac potius nimium bibunt. Ultra. vlterius. Credere. confidere. Stantibus aquis. quieſcente mari. Extat. eminet. extra ſtat et apparet. vnde etiam extare libri dicuntur qui inueniuntur. Nixus eo. cū inquit in vertice illius ſcopuli pedes firmaſſet: ſepius ilia bellue enſe tranſegit. Littora cum plauſu clamor. hoc ē plauſus et clamor. eſt autem figurata oratio. Superas deorū domos. periphraſis eſt celi. hac autem hyperbole magnitudo clamoris plauſuſqꝫ ſignificatur. Caſſiepe. que ⁊ caſſiepeia dicitur. huius ſane nominis tertia ſillaba apud grecos e littera ſcribitur. quāuis apud latinos o vocalem minus recte habeat. Que autem de andromede vinculis dicta ſunt apud ioppen paleſtine vrbem geſta eſſe feruntur. Mollit humum foliis. narraturus quēadmoduꝫ virge in mari naſcentes in coralia fuerunt conuerſe inquit eas a perſeo meduſe capiti ſubiectas induruiſſe lapidiſqꝫ figuram contraxiſſe: quod quidē nereides admirate multa et ipſe virgulta capiti meduſe ſubiecerūt: atqꝫ ī mare diſiecerunt. que quamdiu aqua teguntur mollia ſunt. extracta ad aerem ſtatim rigeſcunt. Phorcynidos meduſe. phorci filie: vt diximus. phorcus ſane apud grecos phorcys phorcyos ⁊ phorcynos declinatur. vnde phorcynis patronimicū femininū eſt deriuatum. Nouum rigorem. inuſitatam duriciem. Antea nanqꝫ ſub aqua mollis erat. At pelagi nymphe. Nereides. Temptant. experiūtur. Et idem contingere gaudent. hoc eſt letantur cum vident virgulta in lapidis modum dura fieri. Diis tribus ille phocos. perſeus ob monſtruꝫ illud marinum debellatum diis gratias agere ac ſacrificare decreuit. ac primum tres aras tribus diis. minerue. mercurio. ac ioui ex ceſpitibus in littore extruxit. deinde vaccam minerue. vitulum mercurio. taurum ioui immolauit.

Sic celeri miſſo preceps per inane volatu
Terga fere p̄ſſit: dextroqꝫ fremētis in harmo
Inachides ferrū curuo tenus abdidit hamo.
Uulnere leſa graui modo ſe ſublimis ī auras
Attollit. mō ſubit aquas. modo more ferocis
Uerſat apri: quē turba canuꝫ circūſona terret.
Ille auidos morſus velocibus effugit alis:
Quaqꝫ patēt nūc terga cauis ſupobſita ꝯchis.
Nunc laterū coſtas. nūc qua tenuiſſima cauda
Deſinit in piſcem: falcato vulnerat enſe.
Bellua puniceo mixtos cum ſanguīe fluctus
Ore vomit. maduere graues aſpergine pēne:
Nec bibulis vltra perſeus talaribus auſus
Credere cōſpexit ſcopulum: qui vertice ſūmo
Stātibꝰ extat aq̄s. operitur ab equore moto.
Nixus eo rupiſqꝫ tenens iuga prima ſiniſtra
Ter quater exegit repetita per ilia ferrum.
Littora cum plauſu clamor ſuperaſqꝫ deorū
Impleuere domos. gaudēt: generūqꝫ ſalutāt:
Auxiliumqꝫ domus ſeruatoremqꝫ fatentur
Caſſiepe cepheuſqꝫ pater. reſoluta catenis
Incedit virgo preciumqꝫ et cauſa laboris.
Ipſe manus hauſta victrices abluit vnda.
Anguiferū caput dura ne ledat harena: (gas
Mollit humum foliis: nataſqꝫ ſub equore vir
Sternit: ⁊ imponit phorcynidos ora meduſe.
Uirga recens bibulaqꝫ etiā nūc viua medulla
Uim rapuit mōſtri: tactuqꝫ induruit huius:
Percepit nouum ramis et fronde rigorem.
At pelagi nymphe factum mirabile temptāt:
Pluribus in virgis: et idem ꝯtingere gaudēt:
Seminaqꝫ ex illis vt erāt iactata per vndas:
Nunc quoqꝫ coraliis eadem natura remanſit:
Duriciem tacto capiant vt ab aere: quodqꝫ
Uimen in equore erat: fiat ſuper equora ſaxū.
Diis tribꝰ ille phocos totidē de ceſpite ponit.
Leuum mercurio. dextrum tibi bellica virgo.
Ara iouis media eſt. mactatur vacca minerue.

Uirgulta in coralia

Alipedi. mercurio alas in pedibus habenti: vt qui et velociſſimus ſit planetarum et cum talaribus aletis pingatur. Indotata. valde dotata. in nanqꝫ prepoſitio vim interdum habet intentiuā. andromedam enim accepit perſeus cum ethiopie regno dote. Tedas hymeneus amorqꝫ precipiunt. amor inquit ⁊ hymeneus nuptias perſeo ſuadēt. a parte nanqꝫ totum intelligimus. faces enim que fere ex tedis conficiuntur nouis nuptijs ad maritos ſe conferentibus preferebantur. quare et nuptiarum apparatum deſcribit. et quecunqꝫ in nuptijs fieri conſueuere. Hymeneum autem deum fuiſſe qui in celebrandis nuptijs inuocabatur: nemo eſt fere qui ignoret. Precipiunt. ſuadent atqꝫ imperant. Largis odoribus. copioſis thuribus: ac alijs (vt ita dicaꝫ) odoramentis. Sertaqꝫ. corone a ſerendis floribus appellate. Argumenta. ſigna indicia. Reſeratis valuis. apertis foribus. Diffudere. exhilarauere. letificauere. vinum enim generoſum animi vires excitat corqꝫ letum reddit. Abſtuleris. recideris. Crinita draconib⁹ ora. hoc eſt caput meduſe pro crinibus habens dracones. atqꝫ ſerpentes. Locū iacentē. planum et ſpacioſum campū Solide molis. ſolidi muri atqꝫ circuitus. Geminas ſorores. non duas ſed ſimiles. tres enim fuerunt vt diximus Phorcidas. phorci filias: que et phorcinides dicuntur vt pauloante diximus. Unius luminis. ſolius oculi. Id ſe ſollerti. narrat iqt ſe illud vnū lumē ꝓuida aſtutia rapuiſſe: dum per vices ab altera alteri traderetur. Fragoſis fragore ac ſtrepitu reſonantibus. Ex ipſis. hominibus et feris. Se tamen horrende. tacite reſpondet obiectioni poſſet enim quis dicere. qua ratione tu o perſeu viſa meduſa in lapidem nō fuiſti conuerſus. ꝙ inquit per clypeuꝫ cryſtallinum illam dormiētem aſpexi atqꝫ obtruncaui. ſe autem eſt legendū non ſed: vt fere in exemplaribus eſt deprauatum. Ere repercuſſo. per es clypei traſlucidum. Eripuiſſe. truncaſſe. recidiſſe. Penniſqꝫ fugacem pegaſon et fratrē. pegaſus equus alatus ⁊ chryſaor enſem aureum in manu tenēs finguntur ex collo meduſe reciſo capite ſtatim exiliſſe. chryſaora ergo fratrem pegaſi vocat poeta: ꝗuis in exemplaribus fratres plurali numero corrupte legatur. Longi curſus. ſpacioſi volatus. Ab alto. ab aere. Pennis. alis que ex pennis conſtant. Ante expectatum tacuit. narrationi anteqꝫ putaret finem impoſuit. per quod ſignificatur gratiſſimam omnibus conuiuis fuiſſe perſei orationem. Cur vna ſororum. cur meduſa ſola ex gorgonibus immixtos capillis habuerit ſerpentes. Scitaris. rogas vt ſcias

andromede nuptie

Meduſe cedes.

Meduſe capilli in ſerpentes

Alipedi vitulus. taurus tibi ſumme deorum:
Protinus andromeden et tanti premia facti
Indotata rapit. tedas hymeneus amorqꝫ
Precipiūt. largis ſatiantur odoribus ignes:
Sertaqꝫ dependent tectis: et vbiqꝫ lyreqꝫ
Tibiaqꝫ et cantus animi felicia leti
Argumenta ſonant. reſeratis aurea valuis
Atria tota patent: pulchroqꝫ inſtructa paratu
Cephei proceres ineunt conuiuia regis.
Poſtqꝫ epulis functi generoſi munere bacchi
Diffudere animos: cultuſqꝫ genuſqꝫ locoruꝫ
Querit abantiades. querenti protinus vnus
Narrat lyncides moreſqꝫ habitumqꝫ virorū:
Que ſimul edocuit. nunc o fortiſſime dixit
Fare precor perſeu quanta virtute quibuſqꝫ
Artibus abſtuleris crinita draconibus ora.
Narrat abantiades: gelido ſub atlāte iacentē
Eſſe locum ſolide tutum munimine molis:
Cuius in introitu geminas habitaſſe ſorores
Phorcydas vnius ſortitas luminis vſum.
Id ſe ſollerti: furtim dum traditur: aſtu
Suppoſita cepiſſe manu: perqꝫ abdita longe
Deuiaqꝫ et ſiluis horrentia ſaxa fragoſis
Gorgoneas tetigiſſe domos: paſſiqꝫ ꝑ agros
Perqꝫ vias vidiſſe hominū ſimulacra ferarū
In ſilicem ex ipſis viſa conuerſa meduſa.
Se tamen horrende clypei: quē leua gerebat:
Ere repercuſſo formam aſpexiſſe meduſe.
Dūqꝫ grauis ſōn⁹ colubras ipſamqꝫ tenebat:
Eripuiſſe caput collo: penniſqꝫ fugacem
Pegaſon ⁊ fratrē matris de ſanguine natos.
Addidit ⁊ longi non falſa pericula curſus.
Que freta. quas terras ſub ſe vidiſſet ab alto:
Et que iactatis tetigiſſet ſidera pennis.
Ante expectatum tacuit. tamen excipit vnus
Ex numero procerum querens cur vna ſororū
Geſſerit alternis immixtos crinibus angues.
Hoſpes ait: quoniam ſcitaris digna relatu:

Conſpectior.pulchrior.capillos enim pulcherrimos habuit. Inueni qui et vidiſſe referrent.hoc eſt audiui hoc ex iis qui aiebant ſe meduſam vidiſſe. Auerſa eſt.ſe auertit pallas ne videret neptunum cum meduſa coeuntem. In turpes hydros.in tetros ſerpentes.hydri autem aquarum ſerpentes dicũtur.apo tu ydatos hoc eſt ab aqua. Nunc quoqꝫ.pallas inquit ad terrendum hoſtium animos caput meduſe cũ ſerpẽtibus in egida ſuum tranſtulit.

¶ Raphaelis regij in quintum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.

Accipe queſiti cauſam.clariſſima forma
Multorũqꝫ fuit ſpes inuidioſa procorum
Illa:nec in tota conſpectior vlla capillis
Pars fuit:inueni:qui ſe vidiſſe referrent.
Hanc pelagi rector templo vitiaſſe mineruę
Dicitur.auerſa eſt:et caſtos egide vultus
Nata iouis texit.ne ve hoc impune fuiſſet:
Gorgoneum crinẽ turpes mutauit in ydros:
Nũc quoqꝫ vt attõitos formidĩe terreat hoſtes
Pectore i aduerſo quos fecit ſuſtinet ãgues.

## ¶ Pu. Oui. Naſonis metamor. liber quĩtus.

Dumqꝫ ea cephenũ medio danaeius heros
Agmine cõmemorat:fremitu regalia turbe
Atria cõplentur: nec coniugalia feſta
Qui canat: ẽ clamor: ſed q̃ fera nunciet arma.
Inqꝫ repentinos conuiuia verſa tumultus
Aſſimilare freto poſſis: quod ſeua quietum
Uentorum rabies motis exaſperat vndis
Prim⁹ in his phine⁹ belli temerarius auctor
Fraxineam quatiens eratę cuſpidis haſtam:
En ait en adſum prerepte coniugis vltor.
Nec mihi te penne nec falſum verſus in aurũ
Iupiter eripiet.conanti mittere cepheus
Quid facis exclamat:quę te germane furentẽ
Mens agit in facin⁹: meritis ne hęc grã tãtis
Redditur: hac vitam ſeruate dote rependis:
Quam tibi nõ perſeus:verũ ſi queris:ademit:
Sed graue nereidũ numẽ.ſꝫ corniger hãmõ.
Sed que viſceribus veniebat bellua ponti
Exãturanda meis.illo tibi tempore rapta eſt:
Quo peritura fuit.niſi ſi crudelis id ipſum
Exigis vt pereat: luctuqꝫ leuabere noſtro.

Dumqꝫ ea cephenum.Ita hunc librum cum ſuperiore poeta connectit vt res e re naſci narratioqꝫ continuari videatur Primum autẽ tumultũ iniqſſime a phineo cephei fratre: cui andromeda pri⁹ q̃ bellue obijceret̃ deſponſata fuerat:excitatuꝫ deſcribit. deinde eius cum ſocijs in lapides mutationem. Cepheni autem a cepheo rege populi illi fuerunt denominati. Danaeius heros.perſeus danaes filius.ẽ autem poſſeſſiuum nomen quinqꝫ ſillabarum non quattuor vt quidam legunt. Nec coniugalia feſta.nuptialia non erat inq̃t clamor nuptijs conueniens:ſed bello ꝛ pugne. Aſſimilare.cõparare ac ſimilia putare. ſane ſimilare dicimus et aſſimulare:non autẽ ſimulare vt quidam indocti precipiunt. Exaſperat.aſperum ꝛ tempeſtuoſum reddit. Auctor.excitator. En ait en adſuꝫ En aduerbium fere affectui et idignationi ſeruit que ex illa reduplicatione magis magiſqꝫ declarat̃. Pẽne.alata talaria. Falſum aurum.ſimulatuꝫ nõ verum. Conanti mittere. volenti phineo iacere haſtam in perſeum. In facinus.in ſcelus. Seruate.andromede Rependis.remuneraris. Hac dote.vt illum interficias qui andromedã mõſtro marino obiectam ſeruauit.iuſtum autem gratumqꝫ virum cepheum fuiſſe poeta oſtendit. Sed graue nereidũ numen.graue potens. nereides auteꝫ nymphe ſunt marine: q̃bus ſe pulchriorem caſſiopeia eſſe iactarat.earumve ro precibus fatigatus neptunus cetos immiſit quo cephenorum agros vaſtãte conſultus hammon reſpõdit caſſiopeie prolem monſtro eſſe obijciendaꝫ Sed corniger hammon.iupiter hammon ſub forma arietis cornuti colebatur. Viſceribus meis.mea filia que ex meis viſceribus atqꝫ carnibus concepta eſt. Leuabere.leuior fias.a dolore ſubintelligatur.

Tumult⁹ magni deſcriptio.

Phinei cuꝫ perſeo certamen

Scilicet haud ſatis. ironia qua phineo inſultat frater cepheus. Cum enim et patruus et ſponſus eſſet andromede aliquid certe auxilij afferre debebat. cum vero nihil prorſus tulerit: impudentiſſime eam repetit quam tutari non eſt auſus. Affixa. alligata. vna enim cum andromeda regna quoqꝫ dotalia alligata videbantur. Petiſſes. petere acceptumqꝫ ire debuiſſes. Nunc ſine. nūc inquit permitte eum qui meruit. Pactuſqꝫ eſt illam habere. Per quem non orba ſenectus. hoc eſt per quē ego iam ſenex liberis non careo. vnica nanqꝫ filia illi erat andromeda. Hec ſenectus. hec mea ſenectus. Manu autem cum hec diceret: canos tangens phineo indicauit. Et voce. et verbis. Certe morti. ſiquidē andromeda ꝓculdubio mortua fuiſſet: niſi a perſeo e faucibus bellue illius marine erepta eſſet. Ille nihil contra. reſpondit ſubintelligitur. Ignorat. dubitat. Cunctatuſqꝫ breui. parumper remoratus. Nequicq̄ꝫ. fruſtra. Stratis. lectis. in quibus priſci diſcumbebant. Remiſſo reiecto. eandem nanqꝫ haſtam in phineum perſeus reiecit. Et indignum. et copula affectui ſeruit. īdignatur enī poeta: ꝙ ara in qua dij iuſtiſſimi coluntur: ſcelerato atqꝫ nefario homūtioni profuerit. Non irrita. non vana vt que rhetum vnum ex phinei ſocijs interemit. Calcitrat. calcibus terram percutit. Hoſpitijqꝫ deos. iouem hoſpitalē de quo Virgi. Jupiter hoſpitibus nā te dare iura loquuntur. hoſpites autē nefas eſt violari. Eo priſci hoſpitibus ſalem in primis apponebant: quem cū vna guſtaſſent: ita vnius mētis et amicitie eos debere eſſe cenſebāt: vt ſal in vnam naturam ex terra et aqua congelatur. Bellica pallas adeſt. auxilio. eſt quo nanqꝫ pacto vnus perſeus tot in ſe ruentibus viris ſine palladis auxilio reſiſtere potuiſſet. Datqꝫ animos. audacem reddit. Erat indus atys. ad differentiā phrigij a cybele matre deorum adamati elegāter indus eſt appoſitus fuit etiam alius atys creſilydorum regis filius. Limniace. nympha fuit gāgis indie fluuij filia. videtur autē eſſe palus iuxta gangem. limyn nanqꝫ paludem ſignificat. Limbus. faſcia. Obibat. circumibat. Aurata monilia. aurata pro aureis poſuit. monilia nanqꝫ colli ornamenta aurea eſſe ſolent. hoc eſt ex auro ſolo conſtantia. non aurata et auro ſolū ornata. Myrrha. vnguēto cui myrra quoqꝫ adhibetur. Crinale. ornamentum eſt crinium. vnde etiam eſt denominatum. Ille quidem iaculo. ſignificat eum et iaculandi et ſagittandi fuiſſe imprimis peritum. Quamuis diſtantia. longe poſita ac remota. Sed tendere doctior arcus. locutio eſt greca. latine enim doctior tendendi diceretur.

Scilicet haud ſatis ē: ꝙ te ſpectāte reuicta eſt.
Et nullam ꝙ opem patruus ſponſuſue tuliſti.
Inſuper a quoq̄ꝫ ꝙ ſit ſeruata dolebis.
Premiaqꝫ eripies. que ſi tibi magna videntur:
Ex illis ſcopulis vbi erant affixa petiſſes.
Nunc ſine qui petiit ꝑ quē hec nō orba ſenectꝰ
Ferre: quod et meritis ⁊ voce eſt pactus: eūqꝫ
Non tibi: ſed certe prelatum intellige morti.
Ille nihil contra. ſed et hunc et perſea vultu
Alterno ſpectans petat hūc ignorat an illum.
Contatuſqꝫ breui contortam viribus haſtam:
Quantas ira dabat: nequicq̄ꝫ in perſea miſit.
Et ſtetit illa toro. ſtratis tum deniqꝫ perſeus
Exiliit: teloqꝫ ferox inimica remiſſo
Pectora rupiſſet: niſi poſt altaria phineus
Iſſet. et indignum ſcelerato profuit ara.
Fronte tamen rheti non irrita cuſpis adheſit:
Qui poſtq̄ꝫ cecidit: ferrūqꝫ ex oſſe reuulſū eſt:
Calcitrat: ⁊ poſitas aſpergit ſanguine mēſas.
Tum vero indomitas ardeſcit vulgus in iras.
Telaqꝫ coniiciunt. et ſunt qui cephea dicant
Cum genero debere mori. ſed limine tecti
Exierat cepheus teſtatus iuſqꝫ fidemqꝫ
Hoſpitiiqꝫ deos: ea ſe prohibente moueri.
Bellica pallas adeſt: ⁊ protegit egide fratrē:
Datqꝫ aīos. erat indus atis: quē flumīe gāge
Edita lemniace vitreis peperiſſe ſub vndis
Creditur: egregius forma: q̄ꝫ diuite cultu
Augebat bis adhuc octenis integer annis.
Indutus tyriā chlamidē: quā limbus obibat
Aureus. ornabant aurata monilia collum:
Et madidos myrrha curuū crinale capillos.
Ille quidem iaculo q̄uis diſtantia miſſo
Figere doctus erat: ſed tēdere doctior arcus.
Tum quoqꝫ lēta manu flectentē cornua pſeus
Stipite qui media poſitus fumabat in ara:
Perculit: in factis confundit et oſſibus ora.
Hunc vbi fedatos iactantē ſanguine vultus

Lenta cornua. flexibilia arcus cornua. In media ara. q̃ hymeneo nuptiaꝝ deo extructa erat. Perculit. p̄cuſſit. Et fractis cōfundit in oſſibus ora. Sic quidē legit̃: ſed forſitan minꝰ recte. Ablatiuꝰ eī ille fractis oſſibus modū ſignificat: cui in. ꝓpoſitio apponi non ſolet. Quare mihi illa et copula ac in ꝓpoſitio vtraqꝫ in alteriꝰ locū transferenda videt̃. vt legamus in fractis confundit et oſſibus ora. hoc eſt valde ac penitus fractis oſſibus faciem ita confudit: vt non agnoſceret̃. Jactantem. non oſtētantez. ſed cōcutientē. id qḋ facere exvulnere morientes ſolent. Fedatos. deturpatos. Aſſyrius. ſyrius. nā aſſyria prouincia eſt eadē cū ſyria. Exhalātem. ex ore emittentem. Uitam. animā Sub acerbo vulnere. propter acerbuz et aſperum vulnus. Deplorauit. defleuit. Ille. atys. Tetenderat. neruo intēderat: vt in perſeum ſagittaz emitteret Arripit. ſceleriter rapit. Et mecuz tibi ſint certamina. hoc eſt ⁊ mecum in certamen deſcende. Nec longum. nec diu Fato. morte Quo. ex quo fato. Emicuit. exiliuit. euolauit. Penetrabile telum. periphraſis eſt ſagitte que facile penetrat. Uitatum. declinatum. nam perſeus ſagittam a lycaba miſſam vitauit. Sinꝰ ac plicas multas habente. Uertit in hunc harpē. Harpe enſis eſt mercurij falcatus: vt diximus: quo perſeus meduſe caput amputauit. Natantibus. errantibus in humore ac lachrymis. Ad manes. ad inferos. Ecce ſuenites. ab oppido ethiopie ſuenio ſuenites nomen gentile diducitur. Eleganter aūt et patriam et genꝰ iſtius phorbantis deſcribit poeta: ne quis phorbanta priami filium illi pugne interfuiſſe putet. Hi autem omnes quos hoc loco poeta enumerat obſcuri ſunt: nec a quoqꝫ alio ſcriptore quod ſciam celebrantur. Auidi cōmittere pugnam. cupidi pugnandi. Eſt enim figura loquēdi greca. Surgentibus. ſurgere volentibus. Adactus. infixus. Enſis harpe quo illos perſeus transfixit. Actoriden erichthon. actoris filium. Sed altis extantem ſignis. Eminentē celatura atqꝫ magnitudine ac pondere craterem deſcribit. Altis ſignis. alte eminentibus ſignis et celaturis. Multeqꝫ in pondere maſſe. hoc eſt magni ponderis. Crater autem vas eſt menſarium miſcendo cum aqua vino accōmodatum. Infligit. incutit. immittit. Rutilum cruorem. rubicundum ſanguinem. Moribundo vertice. pro ipſe moribūdus capite percutit terram. Eſt enim hypallage. Semiramio ſanguine. regio. ſemiramis nanqꝫ regina fuit que condidit babylonem. vt copioſe in ſuperiore ſcripſimus libro. Caucaſeum. a caucaſo ſcythie monte. Sperchesiaden. ſperchesij cuiuſdam filium. Expertem fruſtra belli. fruſtra ſe a bello ⁊ pugna abſtinentem. Interfectus nāqꝫ fuit. In partes. in factiones. partes enim in plurali ſolum factiones ſignificant. vnde Ciceronem partes pompeij dicimus ſecutum.

Aſſyrius vidit lycabas iunctiſſimus illi
Et comes et veri non diſſimulator amoris.
Poſtqꝫ exhalantem ſub acerbo vulnere vitaz
Deplorauit atyn: quos ille tetenderat: arcus
Arripit: et mecum tibi ſint certamina dixit.
Nec longum pueri fato letabere: quo plus
Inuidie qꝫ laudis habes. hec omnia nondum
Dixerat. emicuit neruo penetrabile telum:
Uitatūqꝫ tamen ſinuoſa veſte pependit.
Uertit in hunc harpem ſpectatā cede meduſe
Acriſioniades: adigitqꝫ in pectus. at ille
Jam moriens oculis ſub nocte natantibꝰ atra
Circūſpexit atyn. ſeqꝫ acclinauit ad illum:
Et tulit ad manes iuncte ſolacia mortis.
Ecce ſuenites genitus methione phorbas:
Et libys amphimedō auidi cōmittere pugnā
Sanguīe: quo late tellus madefacta tepebat:
Conciderant lapſi: ſurgentibus obſtitit enſis
Alterius coſtis. iugulo phorbantis adactus.
At non actoridem erithum: cui lata bipennis
Telū erat: admoto perſeus petit enſe: ſꝫ altis
Extantem ſignis: multeqꝫ in pondere maſſe
Ingentem manibus tollit cratera duabus:
Infligitqꝫ viro. rutilum vomit ille cruorem.
Et reſupinus humū moribūdo vertice pulſat.
Inde ſemiramio polydemona ſanguīe cretū:
Caucaſeūqꝫ abarim: ſperchesiadenqꝫ lycetuz:
Intonſumqꝫ comas elycen: phlegiāqꝫ clytūqꝫ
Sternit: ⁊ extructos moriētū calcat aceruos.
Nec phineus auſus concurrere cōminus hoſti
Intorquet iaculū: quod detulit error in idam
Expertam fruſtra belli: ⁊ neutra arma ſecutū.
Ille tuens oculis immitem phinea toruis
Q̄nquidē in ꝑtes ait abſtrahor: accipe phineu

Penſacꝫ.pondera. Hoc vulnere. qđ tibi ſum illaturus. Uulnus.qđ tu mihi intuliſti. Cephenū poſt regem.poſt cephenum regem andromede patrem Lyncides.lyncei filius.Et inceſſit.irritat.prouocat.Deuouet.execratur.Scelerata arma.in perſeum ſcelerate ac nefarie ſumpta.Decutit.deijcit.detrūcat Incidit are.cecidit ī aram.In medios ignes.qui in ara fuerant excitati. Ceſtibus inuicti. inſuperabiles. Ceſtus autem arma ſunt pugilum. Uelatus tempora. velata et tecta tempora habens.Iapetide.iapeti filius. Ad hos vſus.bellicos.Cithariſte nācꝫ et lyriſte a pugnis ſunt alieni. Moueres. pulſares. Plectrum. inſtrumentum ē quo lyra pulſatur apo tu plictin.hoc ē a percutiendo dictū.Imbelle.imbellibus ac mollibus aptū. Stygijs manibus.inferis.Styx enim palus eſt inferorū notiſſima. Manes aūt inferorū anime dicuntur. Leuo tempore.ſiniſtra capitis parte. Caſucꝫ fuit miſerabile carmen.Forte īquit lyra emiſit carmen triſte et morienti cōueniens. Repagula dicunt̃ aſſeres qui clauſis hoſtijs opponuntur. Illiſit.inflixit. Procubuit.in caput in terram cecidit.Cynipheus pelates. garamanticus. Cinyps enī vt ſcribit Herodotus fluuiꝰ eſt garamantū: qui inter duas ſyrtes ī mare lybicū labit̃.vnde cinyphei tertio georgicorū libro apud virgiliū dicunt̃ hirci. Nec minꝰ interea barbas incana cꝫ mēta Cyniphei tondēt hirci ſetaſcꝫ comantes. Leuis poſtis.ſiniſtri. Cohēſit.affixa fuit. Latus hauſit.ꝑcuſſit Et Naſamoniaci. Naſamones populi ſunt libye iux̄ ſyrtes naufragis: vt ſcribit Plinius:admodū infeſti. Latius. latiores campos. Singultantem. per ſingultus animā emittentem. Bactreus alconeus.Bactra nomine tantum plurali vrbs eſt.vnde etiam bactriana regio indie contermina fuit appellata.

Quem feciſti hoſtē:pēſacꝫ hoc vulnere vulnꝰ.
Iācꝫ remiſſurus tractum de corpore telum:
Sanguine defecto cecidit collapſus in artus.
Hic quocꝫ cephenū poſt regē primus odites
Enſe iacet clymeni. ꝓtenora percutit hypſeꝰ.
Hypſea lyncedes.fuit et grandeuꝰ in illis
Emathion equi cultor timiduſcꝫ deorum:
Qui qm̄ prohibent anni bellare:loquendo
Pugnat:⁊ inceſſit:ſcelerataꝗ deuouet arma.
Huic cromis āplexo tremulis altaria palmis
Decutit enſe caput:qđ protinus incidit are.
Atcꝫ ibi ſemianimis verba execrantia lingua
Edidit:et medios animā expirauit in ignes.
Hic gemini fratres proteaſcꝫ ⁊ ceſtibꝰ hāmon
Inuicti:vinci ſi poſſent ceſtibus enſes:
Phineia cecidere manu:cereriſcꝫ ſacerdos
Alphitus albenti velatus tempora vitta.
Tu quocꝫ iapetide nō hos adhibēdꝰ ad vſus:
Sed qui pacis opꝰ citharā cū voce moueres:
Iuſſus eras celebrare dapes feſtūcꝫ canendo:
Quē ꝓcul aſtantē plectrūcꝫ imbelle tenētem
Petalus irridens ſtygiis cane cetera dixit
Manibus:et leuo mucronem tempore fixit.
Concidit:⁊ digitis morientibꝰ ille retentat
Fila lyre:caſucꝫ fuit miſerabile carmen.
Nec ſinit hunc īpune ferus cecidiſſe lycormaſ.
Raptacꝫ de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illi ſit medie ceruicis.at ille
Procubuit terre mactati more iuuenci.
Demere temptabat leui quocꝫ robora poſtis
Cinypheus pelates.temptanti dextera fixa ē
Cuſpide marmaride coriti:lignocꝫ cohēſit.
Herenti latus hauſit abas.nec corruit ille.
Sed retinēte manu moriēs de poſte pepēdit.
Sternitur et menaleus perſeia caſtra ſecutꝰ:
Et naſamoniaci dorilas ditiſſimus agri.
Diues agri dorilas:quo non poſſederat alter
Latius:aut totidem tollebat farris aceruos.
Huius in obliquo miſſum ſtetit inguine ferꝝ.
Letifer ille locus:quē poſtcꝫ vulneris auctor
Singultantem aīam et verſantem lumīa vidit
Bactreus alconeꝰ:hoc qđ ꝑmis inq̄t habeto
De tot terre agris:corpuſcꝫ exangue relinq̄t.

Ultoꝛ abantiades. perſeus. Ceruice exacta eſt. ꝑ ceruicē electa. In partes ābas. et anterioꝛē et poſterioꝛem. Libꝛata. vibꝛata. Fraxinus. haſta fraxinea. Eſt enī metonymia. Acta. miſſa. Iaculū danus oꝛe momoꝛdit. hoc eſt iaculū in os dani fuit cōiectū. Occidit et celedon myndeſius. Myndeſos vꝛbs eſt ſyꝛie. et mindones populi ſunt libye. Matre paleſtina. regio eſt ſyꝛie paleſtina cōtermina iudee a paleſtina vꝛbe dicta. Sagax videre. ſciens pꝛeuidere atqꝫ pꝛenūciare futura. Augur nāqꝫ erat. eſt autē greca locutio. Sagax videre. Aue falſa. falſo augurio. Futurā nāqꝫ moꝛtē pꝛeuidere neſciuit. Sic Uir. Sed nō augurio potuit depellere peſtē.

Toꝛquet in hūc haſtā calido de vulnere raptā
Ultoꝛ abātiades: media que nare recepta
Ceruice exacta eſt: in parteſqꝫ eminet ambas.
Dūqꝫ manum foꝛtuna iuuat. clitiūqꝫ danūqꝫ
Matre ſatos vna diuerſo vulnere fudit.
Nam clitii per vtrūqꝫ graui libꝛata lacerto
Fraxinus acta femur. iaculū danꝰ oꝛe momoꝛ
Occidit ⁊ celedō mīdeſiꝰ. occidit aſtreꝰ (dit.
Matre paleſtina et dubio genitoꝛe creatus.
Echionqꝫ ſagax quondam ventura videre.
Nunc aue deceptus falſa: regiſqꝫ thoactes
Armiger: et ceſo genitoꝛe īfamis agyꝛtes.
Plus tñ exhauſto ſupereſt. nāqꝫ omnibus vnū
Oppꝛimere eſt animꝰ: cōiurata vndiqꝫ pugnāt
Agmina pꝛo cauſa meritū īpugnante fidēqꝫ.
Hac ꝑ parte ſocer fruſtra pius ⁊ noua cōiunx
Cum genitrice fauēt: vlulatuqꝫ oīa complent.
Sed ſonꝰ armoꝝ ſuperat: gemituſqꝫ cadentū:
Pollutoſqꝫ ſimul multo bellona penates
Sanguīe perfundit: renouataqꝫ pꝛelia miſcet.
Circūeunt vnum phineus et mille ſecuti
Phinea. tela volant hyberna grandine plura
Pꝛeter vtrūqꝫ latus pꝛeterqꝫ et lumē ⁊ aures.
Applicat hic humeros ad magne ſaxa colūne
Tutaqꝫ terga gerēs: aduerſaqꝫ ī agmīa verſus
Suſtinet inſtantes. inſtabat parte ſiniſtra
Chaoniꝰ molpheꝰ. dextra nabatheꝰ ethemō:
Tigris vt auditis diuerſa valle duoꝛum
Extimulata fame mugitibus armentoꝛum
Neſcit vtro potius ruat: et ruere ardet vtroqꝫ:
Sic dubius perſeus: dextra leua ne feratur.
Molphea traiecti ſummouit vulnere cruris.
Cōtentuſqꝫ fuga eſt. neqꝫ eī dat tēpus ethemō
Sed furit: et cupiens alto dare vulnera collo
Non circūſpectis exactum viribus enſem
Fregit: et extrema percuſſe parte colūne
Lamina diſſiluit: dñiqꝫ in gutture fixa eſt.
Non tñ ad letum cauſas ſatis illa valentes

Plus tñ exhauſto ſupeſt. plus inquit eo qꝺ factū eſt: ſupeſt cōficiundū. Exhaurire nāqꝫ interdū cōficere ſignificat. vt Uir. Que bella exhauſta canebat. Nanqꝫ oībus vnū. oībus īquit animꝰ eſt vnū perſeū oppmendi. Pꝛo cauſa meritū impugnante. hoc eſt pꝛo phineo: qui et meritū perſei quo ādromedam ſeruauerat: et fidem ipſi a rege datā impugnabat. Hac pꝛo parte. pꝛo fide autē ac merito et iuſta cauſa pauci admodū ſtabāt. Pollutos. violatos. īfectos. Bellona. Pallas dea belli. Circūeunt vnū. circūdant perſeum ſolum. Hinc autē maxima perſei virtus declaratur: qui ſolus tante multitudini totqꝫ telis reſiſtere potuerit. Pꝛeter vtrūqꝫ latus. iuxta vtrūqꝫ latꝰ ⁊ dextrum ⁊ ſiniſtrum pꝛopeqꝫ et oculos et aures. Applicat hic humeros. tunc inquit perſeus humeros magne colūne appoſuit: vt a tergo tutꝰ ī ſe ruentes hoſtes repellere poſſet. Chaonius molpheus. epirota. chaonia nāqꝫ pars eſt epyri a chaone troiano: vt carmine virgiliano etiā pueris notum eſt appellata chaoniāqꝫ omnē troiano a chaone dixit. Nabatheus. Nabathea regio eſt felicis arabie. vnde nabatheꝰ nomen gentile deriuatur: vt latius in pꝛimo diximꝰ. Tigris vt auditis. Hac ſimilitudine poeta oſtendit perſeū addubitaſſe vtrū pꝛius percuteret: cū ambo inſtarent: alter a dextra. altera ſiniſtra Molpheū an ethemonē. Diuerſa valle. in diuerſa vallis parte. Utro. in vtram partem. Sūmouit. repulit. Traiecti. tranſfixi. Contentuſqꝫ fuga eſt. ſatis perſeo fuit molpheū fugaſſe. Ab altera nāqꝫ pte ethemon inſtabat: neqꝫ perſeo interficiendi molphei tēpus dabat. Non circūſpectis viribus. Hypallage eſt. ipſe enim non circunſpectus. hoc eſt impꝛudens ac temerarius. Circūſpectus enim cum nomen eſt: pꝛudens qui omnia circūſpicit dicitur. Exactum. electum. Ualentes cauſas. potentes.

Cyllenide harpe. pro cyllenia. patro-nymicū pro poſſeſſiuo eſt poſitū. Cyllenius autem mercurius dicitur a cyllene Arcadie monte: vbi ex maia natus eſſe fingitur. Uirgilius in octauo. Uobis mercurius pater eſt: queꝫ candida maia Cyllene gelido conceptum vertice fudit. Uerū vbi virtutem. poſteaq̄ꝫ inquit perſeus ſenſit virtutem ſibi ingenita 1 a multitudine ſuperari: cuꝫ amicos admonuiſſet: vt oculos auerterent: gorgonis caput hoſtibus aperuit quo viſo illi eueſtigio in lapides fuere conuerſi. Eſt aūt ordo. Uerū. perſeus dixit. Ego petā et ſumā auxiliū ab hoſte et meduſe capite: qm̄ vos ipſi ſic cogitis. hoc eſt me ad hoc compellitis. Ubi. et poſtq̄ꝫ. Uidit virtutē ſuccūbere turbe. hoc eſt a multitudine ſuperari. Miracula. mōſtra. Diriguit. rigida et dura facta eſt. In hoc ſignum heſit. hoc eſt Theſſalus in ſtatuam marmoream ita eſt cōuerſus: vt iaculum emittere velle videatur. Signū de marmore. ſtatua marmorea. Heſit. ſtetit. Septemplice nilo. Nilus fluuius eſt egypti clariſſimus: qui ſeptē hoſtijs in mare exit. vnde Uirgilius quarto georgi. Diuerſa ruens ſeptem diſcurrit in ora. Uſqꝫ coloratis amnis deuect⁹ ab idis. Suppreſſa. cohibita atqꝫ coercita. Nec ſunt ea peruia verbis. neqꝫ enim verba egredi poſſunt. Magica arma. magicos cantus. incantamēta atqꝫ veneficia. Incurſurus erat. impetum facturus in perſeū. Penas ſubiere. paſſi ſunt. Oborto ſaxo. repente orto. Tinnitibus acutis. vocibus acutis. Tinire autem verbū eſt facticiū a ſono quem percuſſa era emittere ſolent. Naturam traxit eandem. nam et ipſe in ſtatuam marmoream fuit cōuerſus. Riguerūt. rigida et dura et ſaxea facta fuerunt. Marmor erant. marmoree erant ſtatue. Auertitur. a perſei conſpectu oculos auertit. Confeſſaſqꝫ manus. man⁹ iunctas. quales qui ſe victi fatentur tēdere ſolent.

Plaga dedit: trepidū pſeus et inertia fruſtra
Brachia tendentē cyllenide confodit harpe.
Uerum vbi virtutem turbe ſuccumbere vidit:
Auxilium perſeus: quoniam ſic cogitis ipſi:
Dixit: ab hoſte petā. vultus auertite veſtros:
Si quis amicus adeſt. ⁊ gorgonis extulit ora.
Quere aliū: tua quē moueant miracula dixit
Theſſalus: vtqꝫ manu iaculū letale parabat
Mittere: ī hoc heſit ſignuꝫ de marmore geſtu.
Proxim⁹ huic āphix animi pleniſſima magni
Pectora lyncide gladio petit: inqꝫ petendo
Dextera diriguit: nec citra mota nec vltra eſt.
At nileus qui ſe genitum ſeptemplice nilo
Ementitus erat: clipeo quoqꝫ flumina ſeptem
Argento partim. partim celauerat auro:
Aſpice ait perſeu noſtre primordia gentis.
Magna feres tacitas ſolacia mortis ad vm-
A tāto cecidiſſe viro. pars vltima vocis (bras
In medio ſuppreſſa ſono eſt: adapertaqꝫ velle
Ora loqui credas. nec ſunt ea peruia verbis.
Increpat hos: vicioqꝫ animi non viribus inq̄t
Gorgoneis torpetis erix. īcurrite mecum:
Et pſternite humi iuuenē magica arma mouē
Incurſurus erat. tenuit veſtigia tellus. (tem.
Immotuſqꝫ ſilet: armataqꝫ manſit imago.
Hi tn̄ ex merito penas ſubiere: ſed vnus
Miles erat perſei: pro quo dū pugnat acōte⁹
Gorgone conſpecta ſaxo concreuit oborto:
Quē ratus aſtyages etiā nunc viuere: longo
Enſe ferit. ſonuit tinnitibus enſis acutis.
Dū ſtupet aſtyages: naturam traxit eandem.
Marmoreoqꝫ manet vultus mirantis in ore.
Nomīa longa mora eſt media de plebe virorū
Dicere. bis centum reſtabant corpora pugne.
Gorgone bis centum riguerunt corpora viſa.
Penitet iniuſti tunc demqꝫ phinea belli.
Sed q̄d agat: ſimulacra videt diuerſa figuris.
Agnoſcitqꝫ ſuos: et nomine quēqꝫ vocatum
Poſcit opem: credēſqꝫ parū ſibi ꝓxima tāgit
Corpa. marmor erāt. auertit̃: atqꝫ ita ſupplex
Confeſſaſqꝫ manus obliquaqꝫ brachia tēdēs:
Uincis ait perſeu. remoue tua monſtra: tueqꝫ
Saxificos vultus: quecūqꝫ ea: tolle meduſe.

Tolle precor. non nos odium regniqꝫ cupido
Cõpulit ad bellũ. pro coniuge mouim⁹ arma.
Cauſa fuit melior meritis tua. tẽpore noſtra.
Non ceſſiſſe piget. nil o fortiſſime preter
Hanc aiam concede mihi. tua cetera ſunto.
Talia dicenti: neqꝫ eum quem voce rogabat
Reſpicere audenti: q̃d ait timidiſſime phineu
Et poſſum tribuiſſe: et magnũ eſt mun⁹ inerti:
Pone metũ tribuam. nullo violabere ferro.
Quinetiã manſura dabo monumẽta per euũ.
Inqꝫ domo ſoceri ſemper ſpectabere noſtri.
Ut mea ſe ſponſi ſoletur imagine coniunx.
Dixit: et in partem phorcynida trãſtulit illaꝫ:
Ad quam ſe trepido phineus obuerterat ore.
Tunc quoqꝫ conanti ſua flectere lumina ceruix
Diriguit: ſaxoqꝫ oculorum induruit humor.
Sꝫ tñ os timidũ: vultuſqꝫ ĩ marmore ſupplex:
Summiſſeqꝫ manus: facieſqꝫ obnoxia manſit.
Victor abantiades patrios cũ cõiuge muros
Intrat: ⁊ immeriti vindexvltorqꝫ parentis
Aggredit̃ pretum. naꝫ fratre per arma fugato
Acriſioneas pretus poſſederat arces.
Sed nec ope armorꝫ: nec quã maĩe cepat: arce
Torua colubriferi ſuperauit lumina monſtri.
Te tamen o parue rector polydecte ſeriphi:
Nec iuuenis virtus per tot ſpectata labores:
Nec mala mollierant. ſed inexorabile durus
Exerces odium. nec iniqua finis in ira eſt.
Detrectas etiam laudem: fictãqꝫ meduſe
Arguis eſſe necẽ. dabimus tibi pignora veri.
Parcite luminibus: perſeus ait: oraqꝫ regis
Ore meduſeo ſilicem ſine ſanguine fecit.
Hactenus aurigene comitem tritonia fratri

Tempore noſtra. nam andromeda anteq̃ ceto obijceret: vt diximus: phineo fuerat deſponſata. Nõ ceſſiſſe piget. me inquit phineus penitet tibi andromedam nõ reliquiſſe. Cedere autem verbum eſt de iure ſumptũ quodquidem eleganter cum datiuo ablatiuoqꝫ conſtruit: vt cedo tibi mea ſponſa. Sua flectere lumina. ſuos oculos conuertere: ne meduſe caput videret. Facies obnoxia. ſubiecte ſimilis. Victor abantiades. Perſeus votorum compos cum argos in patriam rediſſet: pretum a quo acriſius auus regno fuerat priuatus: oſtenſo meduſe capite in lapidem conuertit. Auoqꝫ licet immerito: q̃ ipſum cum danae matre arce impoſitum in mare proieciſſet: regnum reſtituit. Cũ coniuge. andromeda. Immeriti parentis. pro auo parentem poſuit: qui male ⁊ de filia danae ⁊ de perſeo nepote tũc meritus fuit: cum eos arce impoſitos mari cõmiſit. Aggreditur pretum. pretus abantis regis argiuorũ fuit filius atqꝫ acriſij frater: cuius filias ĩ vaccas fuiſſe cõuerſas ĩ fabulis tradit̃. Fratre fugato. expulſo acriſio. Acriſioneas arces. acriſij regnũ. Male. iniq̃ ac iniuſte. Te tamen o parue. Hac apoſtrophe poeta polydectem Seriphi regem in odium inuidiãqꝫ adducit: qui neqꝫ perſei virtute. neqꝫ laborib⁹ quos perpeſſus eſt: neqꝫ periculis quibus ſe expoſuerat: ab ira odioqꝫ deduci remoueriqꝫ poterat. Polydectes aũt magnetis fuit filius rexqꝫ iſule ſeriphi: vt dixim⁹ is perſei ab ſe educati ferocius ingeniũ veritus ſub pretextu glorie immortalis adipiſcende: eum ad expeditionem contra meduſam ſuſcipiendam hortatus eſt: putans ipſum in ea expeditione periturum. cũ vero eũ non icolumẽ modo ſed victorem quoqꝫ rediſſe vidiſſet: cepit iuuenis glorie detrahere: minimeqꝫ meduſam ab ipſo fuiſſe obtruncatam iactare. Quare indignatus perſeus vt q̃d aſſerebat: verũ eſſe ꝓbaret: illi caput meduſe oſtẽdit: quo viſo polydectes in lapidem ſcribitur fuiſſe ꝯmutat⁹. Te tamen o parue. Quãuis iquit tot mirãda geſſerit perſeus: totqꝫ in lapides conuerterit: tu tamen odium molire nedum deponere non potes. Seriphi. inſula eſt vna ex ſporadibus ſeriphus. Unde ſeriphius nomen gentile deriuatur. Detrectas. diminuis. Arguis. arguere vis et probare. Parcite luminibus. nolite reſpicere. hec ijs ait qui cũ polydecte aderãt: admonet enim vt oculos auertant: ne et ipſi in lapides mutentur. Quãqꝫ ſtrabo ſcribat vniuerſos ſeriphios vna cũ polydecte in lapides fuiſſe conuerſos: idqꝫ in vltionẽ matris a perſeo factũ: quia illis adiutoribus ſeriphi rex polydectes nuptijs inuitem adegiſſet. Adeo aũt lapidoſam eſſe ſeriphum: vt q̃ coniiciant̃: id inſpecta obueniſſe gorgone cauſent̃. Parcere aũt oculis dicit̃: qui illos continet clauſos. Hactenus aurigene. Nullam quidem hoc loco poeta exponit transformationem. Sed rem ſane admirandam deſcribit quo concinnius muſarũ in aues transformationem ſubnectat. Narrat enim quẽadmodum pegaſus equus alatus: quem pauloante di

Pretus ĩ ſtatuam

Polydectes in ſtatuam

ximus vna cũ chryſaore e ſanguine colli meduſe exiliiſſe ad heliconem beotie montem peruenit: vbi cũ terram pedis vngula percuſſiſſet: illico fons: qui ippokrim. hoc eſt caballinus eſt appellatus: exortus fuiſſe memoratur. Ad eũ igitur videndum relicto perſeo pallas profecta eſt: q̃ a muſis accepta q̃p̃ p̃ptiſſime ad ip̃m fuit deducta. Dextra cypro gyaro q; relictis. Cypro quidẽ legitur. Sed cũ hec inſula longe a gyaro diſtet: vtpote q̃ ſit in mari pamphilio: cũ gyaron eſſe in egeo conſtet: minus huic loco conuenire videt. Forſitan aũt pro cypro legendũ eſt ſcyro. nam ſcyros inſula eſt vna ex cycladibus gyaro propinqua: q̃ et ipſa vna eſt ex cycladibus in qua mures ferrum rodere dicũtur. inde gyareus nomen gentile triſyllabũ declinat. Mendũ eſt apud pliniũ: vbi legitur. Scyros a naxo quatuordecim milia paſſuũ: homeri ſepulchro venerãda. Cũ non ſcyros. ſ; Jos ex ſentẽtia etiã Strabonis legendũ ſit. Uirgineũ helicona. virginibus muſis nymphiſq; dicatũ. Doctas ſorores. periphraſis eſt muſarũ. nam muſe iouis et mnemoſynes filie ſunt: q̃ paratomoſte. hoc eſt ab inquirendo dicunt: vt inquit Diodorus: q̃d ea inquirant homines q; doceant q̃ ab indoctis ignorant: ⁊ q̃ querendo ſcientia pariatur. Nouẽ aũt fuiſſe muſas iam fere inter omnes cõſtat: et ſi quidam tres tantũ eſſe contendant: quibus nomĩa a ꝓprio cuiq; munere indita ferunt. Clio apo tu kleus. hoc eſt a gloria: q̃ ex poetarum laudibus oritur dicta eſt. Euterpe apo tu euterpeos. hoc eſt a iucundo ꝓpter voluptatem q̃ ab audientibus ex honeſti perceptione ſentitur. Thalia apo tu thallin. hoc eſt a virendo q̃ in longum tempus poetaru; gloria vireſcat. Melpomene apo tu melpeſte. hoc eſt a modulando: q̃ melodiam audientes maxime demulceãtur. Terpſicore apo tu terpin. hoc eſt delectando: q̃ doctrina hominum animi maximopere delectantur. Erato apo tu eran. hoc eſt ab amando: q̃ docti homĩes ab oĩbus amentur. Polymnia q̃ cantus ſuauitate poetas reddit gloria immortales. Urania apo tu vranu. hoc eſt a celo: q̃d viri eruditi ad celum gloria tollantur. Calliope apo tis kalliſopos. hoc eſt a bona voce q̃ cantus ſuauitate alias antecedens magni ab audiẽtibus eſtimet. Meduſei p̃petis. volucris et alati equi. Uidi ip̃m materno ſanguine naſci. ipſum pegaſum. Aderat enim perſeo pallas cum Meduſam obtruncauit. Excipit vranie. vna eſt ex nouem muſis que celeſtis interpretari poteſt. vranos enim vnde venit celum ſignificat. Pedis ictibus. percuſſione pedis. Hec autem narrantur vt fabulã ſequentẽ apte connectat cum ſuperioribus. Felices ſtudijq; lociq;. cauſa ſubaudienda videtur: vt intelligamus cauſa ſtudij ac loci muſas felices eſſe. Meonidas. muſas. Meonides autem non a meonis filiabus deuictis: vt quida; ſomniarũt: ſed a meonia dicuntur: vt Aonides ab aonia. pierides a pieria. Theſpiades a theſpijs fuerunt denominate. Quãq̃ myonides prima per y. grecam vocalem forſitan rectius ſcriberentur. nam myonia vrbs eſt phocidis: de qua Pauſanias in primo mentionem facit. Opera ad maiora. ad bellica geſta: que quidem ſtudijs diſciplinarũ ſunt maiora. Sed vetitum eſt adeó nihil. omnia inquit ſcelerati audent. neq; ſibi quicq̃ prohibitũ eſſe putant. Adeo. certe. Omnia terrent virgineas mentes. Sententia eſt generalis. virgines enim natura ſunt timide. Dryuſq; ante ora pyreneus vertitur. verſari videtur. pyreneus autem vt hinc colligere poſſumꝰ thrax fuit tirannus: qui daulida phocidis vrbem occupauit: vbi cum quodã die pluuioſo muſas ad parnaſum eũtes vidiſſet: vt tecta ſua ſubirent: dum pluuia ceſſaret: inuitauit. Cum vero iam imber ceſſaſſet muſeq; diſcedere vellent: pyreneus impius clauſis foribus illis vim inferre parabat. Sed muſe in aues cõuerſe euolaue-

Hippocrene fons

Pyreneꝰ

Se dedit. inde caua circũdata nube ſeriphon
Deſerit a dextra cypro gyaroq; relictis.
Quaq; ſuper pontũ via viſa breuiſſima: thebas
Uirgineũq; helicona petit: quo monte potita
Conſtitit: et doctas ſic eſt affata ſorores.
Fama noui fontis noſtras peruenit ad aures:
Dura meduſei quem prepetis vngula rupit.
Is mihi cauſa vie. volui mirabile factum
Cernere. vidi ipſum materno ſanguine naſci.
Excipit vranie. quecũq; eſt cauſa videndi
Has tibi diua domos animo gratiſſima nr̃o:
Uera tamen fama eſt: et pegaſus huius origo
Fontis: et ad latices deduxit pallada ſacros:
Que mirata diu factas pedis ictibus vndas
Siluarum lucos circũſpicit antiquarum:
Antraq; ⁊ inumeris diſtinctas floribꝰ herbas:
Feliceſq; vocat pariter ſtudijq;: lociq;
Meonidas: quã ſic affata eſt vna ſororum.
O niſi te virtus opera ad maiora tuliſſet:
In partem ventura chori tritonia noſtri:
Uera refers: meritoq; probas artemq; locũq;
Et gratam ſortẽ: tute modo ſimus: habemus.
Sed vetitũ eſt adeo ſceleri nihil. omnia terrẽt
Uirgineas mẽtes: dryuſq; ante ora pyreneus

runt:quas cum perſequi pyreneus vellet:ex arce ſe precipitem iaciens caput terre illiſit ſicqꝫ expirauit. Pyreneus ſane nomen eſt triſyllabum:non vt quidam putant quadriſyllabum:niſi pro monte accipiat̄:quo gallia ab hiſpania diſterminatur.tunc enim penultima cum ae dipthongo ſcribit̄. Daulia rura.daulios agros Daulida autem que et daulis dicitur: vrbs eſt phocidis a daulide nympha:vt ſcribit Pauſanias appellata. Phocis autem regio eſt:in qua eſt parnaſus.vn̄ phocenſes dicuntur. Phocea vero vrbs eſt ionie a phocis:ꝙ multe conditores eius ſecute fuiſſe dicuntur:appellata.eiuſdem nominis vrbs eſt carie. Annuimus.

Vertitur:et nondum me tota mente recepi.
Daulia trahicio phoceaqꝫ milite rura
Ceperat ille ferox:iniuſtaqꝫ regna tenebat:
Templa petebamus parnaſia.vidit euntes:
Noſtraqꝫ fallaci veneratus numina vultu
Meonides(cognorat enim)conſiſtite dixit.
Ne dubitate ꝓcor tecto graue ſidus ⁊ hymbrē
(Hymber erat)vitare meo.ſubiere minores
Sepe caſas ſuperi.dictis ⁊ tempore mote
Annuimuſqꝫ viro:primaſqꝫ intrauimus edes.
Deſierāt hymbres: victoqꝫ aq̄lonibus auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila celo.
Impetus ire fuit.claudit ſua tecta pyreneus:
Vimqꝫ parat:quā nos ſumptis effugimꝰ alis.
Ipſe ſecuturo ſimilis ſtetit arduus arce:
Quaqꝫ via eſt vobis:erit et mihi dixit eadem.
Seqꝫ iacit vecors e ſummo culmine turris
Et cadit in vultus:diſcuſſiſqꝫ oſſibus oris
Tūdit humū moriēs ſcelerato ſanguīe tinctā.
Muſa loquebatur.penne ſonuere per auras:
Voxqꝫ ſalutantū ramis veniebat ab altis.
Suſpicit:et lingue querit tam certa loquētes
Vnde ſonēt:hominēqꝫ putat ioue nata locutū
Ales erat: numeroqꝫ nouem ſua fata q̄rentes
Inſtiterant ramis imitantes omnia pice.
Miranti ſic orſa dee dea.nuper et iſte
Auxerunt volucrum victe certamine turbam.
Pierus has genuit pelleis diues in aruis.
Peonis anippe mater fuit.illa potentem
Lucinam nouies:nouies paritura vocauit.
Intumuit numero ſtolidarum turba ſororuꝫ.
Perqꝫ tot aemonias et ꝑ tot achaidas vrbes
Huc venit:et tali cōmittit prelia voce.
Deſinite indoctū vana dulcedine vulgus
Fallere.nobiſcum ſi qua eſt fiducia vobis
Theſpiades certate dee.nec voce nec arte

conſenſimus.morem geſſimus. Victo aquilonibus auſtro. Auſter qui et notus dicit̄:pluuias ac nubes. Aquilo vero ſerenitatē affert. Impetus ire fuit. voluntas abeundi nobis fuit. Eſt aūt locutio greca a latinis frequenter poetis vſurpata. Vecors ſtultus.corde priuatus. Muſa loquebat̄. Elegāti phātaſia multas deſcribit metamorphoſeis poeta. Muſa nāqꝫ fingitur palladi referre certamen ſuum cum pieri filiabꝰ:quo quidem in certamine ⁊ trāſformationes deoruꝫ in varia animalia tempore belli gigantei a pirei filiabus canūtur et pena typhoci gigantis:⁊ ꝓſerpine raptus:et cyanes in fonteꝫ mutatio.multaqꝫ alia contra a muſis cantantur. Pierꝰ igitur ex anippe vxore nouem ſuſtulit filias:quarum pulchritudine ac vocalitate mater ſuperba muſas in certamen prouocare eſt auſa. Eas vero nympharum iudicio victas muſe indignate vocalitate erep in raucas picas conuerterunt. Mihi me vero illi ſunt audiendi: qui muſas pierides a deuictis pieri filiabus denominatas fuiſſe putant cum a pieria: vt ait Strabo dicantur. Voxqꝫ ſalutātum.chere.enī quo verbo greci ſalutāt exprimere videntur pice. Sua fata q̄rentes.de ſua fortuna conquerentes. Pelleis in aruis.theſſalicis agris. pella nāqꝫ vrbs ē macedonie alexādri magni. natiuitate nobilis.vnde Iuuena. Vnus pelleo iuueni non ſufficit orbis Poenis anippe mater fuit. Peonia pars eſt macedonie mōtana.que emathia quoqꝫ dicitur.patronymicuꝫ autē poſuit loco gentilis. Lucinam. Iuno lucina que a parturientibus mulieribus inuocabatur:a luce.eſt appellata: ꝙ in lucem educere infantes ſoſpites credebatur. Perqꝫ tot aemonias. Aemonia eadē eſt cū theſſalia ab aemone rege dicta. Aemon auteꝫ filius fuit chlori filij pelaſgi.pater autē fuit theſſali a quo theſſalia fuit cognominata. Achaidas.achaicas.grecas. Theſpiades certate dee. Muſe theſpiades dicte ſunt: non a theſpia earum matre ac meonis vxore.vt quidam ex ſuo commodo fingunt:ſed a theſpijs vrbe beotie vbi maxime colebantur cui opinioni accedere ouidius videtur:cum deas theſpiades eas vocet. Cū quodam enim cōtemptu ſic eas

Meduſe in aues

Pierides in picas

pieri filie appellant:ac ſi dicerent theſpienſium dee nõ aliorum. Fonte meduſeo. periphraſis eſt Hippocrenes fontis muſis dicati. Et hyantea aganippe. Beotia. nam hyantes populi ſunt beotie. Aganippe vero fons eſt beotie muſis ſacer. Ad peonas niuoſos. montanos. Peones nãqꝫ populi ſunt macedonie montani. Dirimant certamina nymphe. dijudicent inquit vtre noſtrum melius cecinerint. Dirimi autem proprie dicuntur bella atqꝫ lites:cum ſedantur. Per flumina. per ſtygem paludem. Factaqꝫ de viuo. hoc de iure ſumptũ videtur. iudices enim ſententiam laturi ſedere iubentur. Tunc ſine ſorte prior. Stoliditatē ſimul ⁊ temeritatem filiarum pieri notat muſa:quarum vna anteqꝫ ſorte decerneretur: vtre deberent cantum inchoare: bellum giganteum canere cepit. Emiſſumqꝫ typhoea. Typhoeus qui et typhon dicitur titani et terre fuit filius tanta audacia vt iouem in pugnam ꝓuocare ſit auſus. quare iupiter illuꝫ

Gigantomachia

fulmine ſtrauit trinacrieqꝫ inſule ſubiecit Sane tiphoeus ita triſyllabuꝫ ē: vt nõ o et e: ſed e et u in dipthongon copulẽtur. Quidam enĩ de orthographia ſcribentes cum oe dipthõgo hoc nomen ſcribendum ſtulte precipiunt. Donec feſſos egyptia tellus Ceperit. gigantes titanorum filij: vt in primo quoqꝫ diximus typhoeo duce impetũ ĩ deos fecerunt. ac eos in egyptũ vſqꝫ fugere coegerunt: vbi ſe typhoei metu ĩ varia animalia: vt perſpicue deſcribit Ouidius cõuerterunt: inde factum eſt vt egyptij multa animalia pro dijs colant.

Jupiter in arietem

In quorum ſtulticiam Juuena. eam ſcripſit ſatyram: cuius eſt initiuꝫ. Quis neſcit voluſi Bithynice qualia demens aegyptus portenta colat. Duxqꝫ gregis. periphraſis eſt arietis. naꝫ iupiter ſe in arietem cõmutauit: cuius rei argumentũ eſt: ꝙ iupiter hãmon ĩ lybia ſub figura arietis colit̃. Fele ſoror phebi. Diana ſoror eſt apollinis: que ſe in felem domeſticum animal muribus auibuſqꝫ maxime infeſtum conuertit. Cyllenius ibidis alis. Jbis auis ciconie ſimilis egypti peculiaris ĩmunda vt que roſtro anum purget.

Apollo in coruum
Bacchus in capram
Dianam i felem
Juno in vaccam
Venus in piſcem
Mercuriꝰ in ibidem

Poſcimur aonides. nos ĩquit muſe ad cantãdum inuitamur. Significat autēꝫ ſe ⁊ prudentes et modeſtas eſſe: que niſi rogate non ſurrexerint ad cantandum: id quod impudentes pieri filie fecerunt: que ne iacta quidem ſorte canere ceperunt. Aonides vero muſe dicuntur ab aonia beotie parte mõtana. Leui vmbra. ſuaui ac iucunda. Dedimus ſummam certaminis vni. hoc eſt totuꝫ certamen vni ex ſororibus commiſimus. Calliope. vna eſt ex muſis: cui a pulchritudine ac bonitate vocis nomẽ inditum eſt. naꝫ kallos pulchritudo. opſopos vox dicitur. moreꝫ autem citharedorum expreſſit: qui cithare cordas anteqꝫ verum incipiant cantum: temptare ſolent. Chorde autem proprie dicuntur muſicorum inſtrumentorum. Neruis. chordis. Prima ce

Cereris laudes

Vincemur. totidẽqꝫ ſumus. vel cedite victe
Fonte meduſeo et hyantea aganippe.
Vel nos aemathiis ad peonas vſqꝫ niuoſos
Cedemus ſiluis. dirimant certamĩa nymphe.
Turpe quidēꝫ cõtendere erat. ſed cedere viſuꝫ
Turpius. electe iurant per flumina nymphe.
Factaqꝫ de viuo preſſere ſedilia ſaxo.
Tunc ſine ſorte prior: que ſe certare ꝓfeſſa eſt:
Bella canit ſuperũ: falſoqꝫ in honore gigãtes
Ponit: ⁊ extenuat magnorum facta deorum:
Emiſſumqꝫ ima de ſede typhoea terre
Celitibus feciſſe metum: cunctoſqꝫ dediſſe
Terga fuge. donec feſſos egyptia tellus
Ceperit: et ſeptem diſcretus in hoſtia nilus.
Huc quoqꝫ terrigenã veniſſe typhoea narrat:
Et ſe mentitis ſuperos celaſſe figuris.
Duxqꝫ gregis dixit fit iupiter: vnde recuruis
Nunc quoqꝫ formatus libys eſt cũ cornibꝰ hã(mon.
Delius ĩ coruo. ꝓles ſemeleia capro.
Fele ſoror phebi. niuea ſaturnia vacca.
Piſce venus latuit. cyllenius ibidis alis.
Hactenus ad citharam vocalia mouerat ora.
Poſcimur aonides. ſed forſitan ocia nõ ſunt.
Nec noſtris prebere vacat tibi cãtibus aures.
Ne dubita: veſtrũqꝫ mihi refer ordine carmen:
Pallas ait. nemoriſqꝫ leui conſedit in vmbra.
Muſa refert. dedimus ſummã certamis vni.
Surgit: et immenſos edera collecta capillos
Calliope querulas pretẽptat pollice chordaſ.
Atqꝫ hec ꝑcuſſis ſubiungit carmina neruis:
Prima ceres vnco glebam dimouit aratro.
Prima dedit fruges alimẽtaqꝫ mitia terris.
Prima dedit leges. cereris ſunt oĩa munus.
Illa canenda mihi eſt. vtinã mõ dicere poſſeꝫ
Carmĩa digna dea. certe ē dea carmĩe digna.

res. A laudibꝰ cereris carmē ſuū calliope auſpicak. ceres aūt ſaturni ⁊ opis filia fuiſſe dr̄: q̄ oīm p̄ma agroꝝ cultū ac frumēta hoībus mōſtrauit. legeſq; adinuenit q̄bus hoīes ciuiliter viuere ceperūt. Ueſta giganteis thiphoeo giganti fulmīe ꝑcuſſo iupiter ſiciliā inſulā ſupinieciꝛ: ne quādo reſurgens celo deos pellere tēptaret. Trinacris. ſicilia quidē trinacris a poeta: ſed ab alijs quidē trinacria frequētiꝰ dicit: ꝙ tria acra habeat et ꝓmōtoria peloꝝ Lilybeū et pachynū. Magnis molibus. mōtibus. pōderibus. Auſonio peloro. italo quippe qui et ad italiā vergat et ab ea mille et quingentis paſſibus diſtet. dictus ē aūt peloꝛꝰ a peloro claſſe

Uaſta giganteis iniecta eſt inſula membris
Trinacris: et magnis ſubiectū molibus vrget
Ethereas auſum ſperare typhoeā ſedes
Nititur ille quidē. temptatq; reſurgere ſepe.
Dextra ſed auſonio manus ē ſubiecta peloro.
Leua pachyne tibi. lilybeo crura premuntur.
Degrauat etna caput. ſub q̄ reſupinꝰ harenas
Eiectat: flammāq; fero vomit ore typhoeus.
Sepe remolliri luctatur pondera terre:
Oppidaq; ⁊ magnos deuoluere corpe mōtes.
Inde tremit tellus: et rex pauet ipſe ſilentum.
Ne pateat: lateq; ſolum retegatur hiatu:
Immiſſuſq; dies trepidātes terreat vmbras.
Hac metuens cladem tenebroſa ſede tyrannꝰ
Exierat: curruq; atrorum vectus equorum
Ambibat ſicule cautus fundamina terre.
Poſtq̄ exploratū ſatis eſt loca nulla labare:
Depoſitoq; metu videt hunc erycina vagantē
Monte ſuo reſidens: natūq; amplexa volucrē
Arma manuſq; mee mea nate potentia dixit:
Illa quibus ſuperas omnes: cape tela cupido
Inq; dei pectus celeres molire ſagittas:
Cui triplicis ceſſit fortuna nouiſſima regni.
Tu ſuperos: ipſumq; iouem: tu numina ponti
Uicta domas: ipſumq; regit qui numina terre.
Tartara quid ceſſant? cur non matriſq; tuūq;
Imperiū profers? agitur pars tertia mundi.
Et tamen in celo quoq; iā patiētia noſtra eſt.
Spernimur: ac mecū vires minuūtur amoris.
Pallada nonne vides iaculatricemq; dianā

hānibalis gubernatore quē interfectū hannibal cū crederet ſe in inſidias adductū ibi ſepeliēdū curauit. Leua pachine tibi. apoſtrophe ad monte q̄ maxime oro exornak. pachynus vero ſicilie eſt ꝓmōtoriū in greciā vergēs. Lilybeo crura ꝑmunk. lilybeus q̄q; ſicilie eſt promontoriū aphricā reſpiciēs. Degrauat etna caput. deꝑmit. etna vero mōs ē ſicilie altiſſimus. cuiꝰ vertex fere ſp̄ flāmas eiectat. ē etiā vrbs etna a hierone rege edificata. vñ etnei dicūtur. Sepe remoliri. ſepe inq̄t temptat mōtes excutere. quo tp̄e maximi fiunt terremotꝰ: p q̄d quidē ſignificak vaſtū thyphoei et robur et corpus. Remoliri: demoliri: decutere. ꝑpoſitionē poſuit pro prepōne. Rex ſilentū. pluto. manes ſilētes dicunk ꝙ mortuis nulla ſit vox. Solū. aīarū ⁊ inferni. Ambibat. circuibat. Fundamina. fundamenta. Poſtq̄ exploratū ſatis eſt. ſatis compertū ē. hec aūt narrank vt cōmodius fabula fabule cōnectak. Labare. vacillare. Uidet hunc ericyna vagantē. ericyna romanis ſiculiſq; venus dicitur ab erice veneris ipſius ac bute filio: q cum in ſicilia regnaret ac plurimū corporis viribus polleret: hoſpites vt ſecum ceſtibus decertarēt prouocabat. Is extructo matri veneris tēplo: que ericyna fuit appellata: cū hercule congreſſus ab eo fuit interfectus. in vertice aūt montis qui ab ipſo erix cognominatur: dicitur fuiſſe tumulatꝰ. Narraturus vero poeta cyanes nymphe transformationem in aquā prius proſerpine raptū elegantiſſime deſcribit. Cū eni pluto deus inferoꝝ in ſicilia vagarek: ſagitta a cupidine rogatu veneris percuſſus viſa proſerpina cereris filia ita exarſit: vt eam raptā ſtatim currui ſuo imponeret: atq; aſportaret.

Proſerpine raptus

cū vero a cyane nympha retineretur: ipſe adepta terra ad inferos cū amica deuectus ē. cyane aūt eo dolore fuit affecta vt paulatim in fontem fuerit cōmutata. Monte ſuo. eryce ſibi dicato. Natū volucrē: filiū alatū hoc eſt cupidinē. Arma manuſq; mee. eadē ferme oratione venus apud virgiliū cupidinē filium alloquitur Nate mee vires. mea magna potētia ſolus. Inq; dei pectus. in aīm plutonis. Molire. ꝑpara. Triplices regni. q̄d in tres diuiſū eſt ptes: q̄ꝝ ſuprema hoc eſt celū optigit ioui. media hoc eſt terra cū mari neptuno. infima ac vltima hoc eſt inferi plutoni. Profers. producis. amplificas. Agik ps tertia mūdi. hoc eſt de tertie ptis mūdi iperio cōtēdik. paruq; abeſt q̄n ea a nobis amittak. Et tū in celo quoq;. nō ſolū inq̄t inferos patimur ab amore liberos eſſe: verū ſuperoꝝ quoq; q̄dā nos ſpernunt. noſtraq; patientia fruunk. Pallada nōne vides. a quibus potiſſimū ſpernak venus exponit. pallas enim ac diana perpetuā vouerāt virginitatem.

Cereris quoqꝫ filia.proſerpina que iouis et cereris fuit filia. Patruo.plutoni.qui iouis frater proſerpinam ſibi vxorem copulauit. Nec que magis audiat arcū.hoc eſt nec que facilius ab arcu emittat.ille nāqꝫ ſagitte arcui audire et obtēperare dicunt:que facile ab arcu emittunt. Hamata arūdine. ſagitta ſpiculo armata. et hamo:q̄ quidē a corpore difficulter extrahi pōt.eſt aūt hamatus nomē pticipio ſimile vt galeatus. Ditē plutonē q̄ a grecis plutos dicit. Haud procul etneis.lacū noīe perguſam deſcribit. iuxta quē proſerpina cū ſibi eq̄libus puellis flores colligens a plutone illac curru trāſeunte rapta fuit. Etneis menibus.etna vrbe

Abſceſſiſſe mihi: cereris quoqꝫ filia virgo:
Si patiemur erit. nam ſpes affectat eaſdem.
At tu pro ſocio:ſi qua eſt ea gratia regno:
Junge deā patruo. dixit venus. ille pharetraꝫ
Soluit:et arbitrio matris de mille ſagittis
Vnam ſepoſuit. ſed qua nec acutior vlla:
Nec minus icerta: nec que magis audiat arcū
Oppoſitoqꝫ genu curuauit flexile cornu:
Inqꝫ cor hamata percuſſit arundine ditem:
Haud pcul etneis lacus eſt a menibus altus
Nomine perguſa. non illo plura cayſter
Carmina cygnorū labentibus audit in vndis.
Silua coronat aquas: cigens latus oē: ſuiſqꝫ
Frōdibus vt velo phebeos ſummouet ignes.
Frigora dāt rami. varios hum⁹ humida flores
Perpetuum ver eſt: quo dum proſerpina luco
Ludit: et aut violas aut candida lilia carpit:
Dumqꝫ puellari ſtudio calathoſqꝫ ſinumqꝫ
Implet: et equales certat ſuperare legendo:
Pene ſimul viſa eſt: dilectaqꝫ: raptaqꝫ diti.
Vſqꝫ adeo eſt pperat⁹ amor. dea territa meſto
Et matrem et comites: ſed matrē ſepius ore
Clamat: et vt ſumma veſtem laniarat ab ora:
Collecti flores tunicis cecidere remiſſis.
Tantaqꝫ ſimplicitas puerilibus affuit annis:
Hec quoqꝫ virgineum mouit iactura dolorē:
Raptor agit currus: et nomine queqꝫ vocādo
Exhortatur equos: quorū per colla iubaſqꝫ
Excutit obſcura tinctas ferrugine habenas:
Perqꝫ lacus altos et olentia ſulphure fertur
Stagna palicorū rupta feruentia terra:

eſt nāqꝫ ethna et vrbs ſicilie et mōs vt diximus. Phebeos ignes.ſolis feruores. Puellari ſtudio. puelle ꝯueniēti Vſqꝫ adeo properatus amor.acclamatiōe hac ſignificat q̄ vehemēs ad amādū ſagitta cupidinis effect⁹ fuerit pluto. Ab ora ſūma.a ſupmo limbo. Hec quoqꝫ iactura.q̄ amiſerat flores. Excutit.cōcutit. Obſcura ferrugine.ferrugineo colore:q̄ fuſcus ē ac ferreo ſimilis Stagna palicorum.palici vt eſchylus in etnis ſcribit. iouis et talee nymphe vulcano genite filij fuerūt. vt vero alij in primiſqꝫ ſilenus ſcriptor grecus vulcani ex etna oceani filia. Dicti ſūt aūt palici apo tu paliu ike oſte. hoc eſt ab iterū veniēdo in vitā cū mortui iā eēnt nā cū thalea nympha a ioue fuiſſet cōpreſſa iunonis timore optauit: vt ſibi terra dehiſceret:qđ quidē vbi factū eſt maturi partus tempus aduenit. ex terra igitur adaperta duo ſimul infantes exiliuere: qui palici ſunt appellati. nō autem paliſci vt putat Tortellius.qui in hoc quoqꝫ fede nimiū fallit. nā paliſcos apo tu paliu qđ eſt iterum ⁊ hiſcere verbo latino ſcribit cōponit eoqꝫ ſecunde ſillabe s litteraꝫ precipit aſcribendā cū et nomē grecū proculdubio ſit.nec ſi illo modo cōponeretur greci vnq̄ꝫ huiuſmodi verbo vterent. iuxta palicos aūt fons ē palicine: qui aquā in altū ſex cubita eiaculari dicitur:q̄ in eundē fontē iterū reuertat.ius quoqꝫ iurandū ibi ſanctum fuiſſe ſcribunt.q̄ eni quis iuraſſet ea in tabella ſcripta in aquam proijciebant:ac ſiquidē vera fuiſſēt tabula fluitabat.ſi quis vero peieraſſet tabella ſubmergebat: nec vſq̄ꝫ apparebat. In periurio vero deprehēſus cōburebatur. Feruētia.innuit poeta ibi eſſe fontes calidarū aquarū. Et qua bacchiade. hoc eſt originē a bacchia ducentes.bacchias eni dionyſi filius corinthū habitauit.ab eo autē genus ducentes: vt ſcribit ⁊ ſtrabo ⁊ expoſitor arguau tikpu.apollini generoſiſſimi corinthiorū habebant. Ceterū expulſi corintho ppter acteonis morē dicunt fuiſſe. Meliſſus enim pater cum vidiſſet filium a bacchiadis dilaceratū:ianqꝫ iſthmia forent celebranda:aſtās altari multa in corinthios eſt imprecatus:niſi filij cedē vindicarent:cūqꝫ ea dixiſſet ſe precipitē ex alto dedit.quare corinthij ne inultā eā cedē relinq̄rēt oraculoqꝫ id iubenti obtemperarent bacchiades expulerūt.cherſicrates autem vnus bacchiadum cercyran edificauit cum illinc colcos eieciſſet:videtur autem poeta inuere drepanū a bacchiadis edificatum: q̄q̄ꝫ et cercyra drepane fuerit appellata: q̄ vt thimeus inquit:drepanon. hoc eſt falx illic abſcondita eſt qua cronus vrani hoc eſt celi pudenda aut iupiter croni reciderit.

Perguſa lacus.

Bimari corintho. corinthus idcirco bimaris appellatur: ꝙ in iſthmo pelopōneſi edificata ab altera parte egeū mare. ab altera ionium ſpectet. Inter inequales portus. alter nāqꝫ maior eſſe alter minor perhibetur. Poſuerunt menia. vrbem drepanum edificarunt. Eſt medium cyanes. locum deſcribit vbi cyane nympha plutonem inhibere voluit ne proſerpinā aſportaret: ceterū a plutone contempta dolore in fontem ſui noīs fuit conuerſa: qui anapi fluuio cōmixtus iuxta ortygiam inſulā in mare labitur. Et piſee arethuſe. arethuſa fons eſt ſicilie iuxta ſyracuſas vrbem: quā idcirco piſeam poeta vocat: ꝙ vt diximus creditur eſſe alpheus: qui fluuius iuxta piſam olympie vrbē labēs abſorbetur a terra ac ſubter mare fluēs in ſiciliā vſqꝫ arethuſam efferre dicitur. Cōponere. cōparare. Anapis. qui ⁊ anapus dicitur fluuius ē ſicilie. qui idcirco cyanen amare fingitur ꝙ iuncti in mare defluunt. Saturnius. pluto ſaturni filius. Cōdidit. iecit tantis viribus vt totum ſceptrum occultaretur. Icta viam tellus. nam ſceptro percuſſa ita hiauit vt facile plutonis currus illac ad inferos pertrāſierit Medio cratere. in mediam voraginez nam crater non ſolum vas dicitur: ſed ad eius ſimilitudinē hiatus quoqꝫ terre vnde flamma preſertim egrediatur: crater appellatur. vnde empedoclem ſe in ethne craterem precipitaſſe legimus. Inconſolabile vulnus. maximū dolorem qui nullā conſolationem admittere poſſet. Omnis. tota. Oſſa pati flexus. oſſa fieri flexibilia. Exilibus tenuibus ac paruis. Euanida. euaneſcentia. reſoluta. Reſtatqꝫ nihil quod prēdere poſſis. nihil inquit duri de cyanes corpore fuit relictum quod quiſqꝫ manibꝰ prehēdere poſſit. Interea pauide. ceres proſerpinam filiam querēs cum defeſſa siti laboraret: quādam rogauit anum vt ſibi aquam ad os colluendum exhiberet. ea cum muſtū polenta commixtum a vetula traditum bibere cepiſſet: puer audacior et ridere ⁊ cererem gule deditam eſſe iactare auſus eſt. quare indignata ceres in faciē impudentis pueri muſtum ſimul ⁊ polentam expuit: eumqꝫ in ſtellionez animal variis maculis infectum commutauit. Udis capillis. humidis. propter rorem autem nocturnuz aurora humidos capillos fingitur habere. Ab etna ab etne incendio. Hebetarat. obſcurarat. Flammiferas pinus. faces que ex pinu optime conficiuntur. Ab etna ſumpta ſubaudiamus.

Cyane in ſtagnum.

Et qua bacchiade bimari gens orta corintho
Inter inequales poſuerunt menia portus.
Eſt medium cyanes et piſee arethuſe.
Quod coit anguſtis incluſum cornibus equor
Hic fuit: a cuius ſtagnuz quoqꝫ nomine dictū
Inter ſicelidas cyane celeberrima nymphas
Gurgite que e medio ſūmatenus extitit aluo:
Agnouitqꝫ deam. nec longius ibitis inquit.
Non potes inuite cereris gener eſſe. roganda:
Non rapienda fuit. ꝙ ſi componere magnis
Parua mihi fas eſt: et me dilexit anapis:
Exorata tamen: nec vt hec exterrita nupſi.
Dixit: et in partes diuerſas brachia tendens
Obſtitit. haud vltra tenuit ſaturnius iram:
Terribileſqꝫ hortatus equos in gurgitis ima
Contortum valido ſceptrum regale lacerto
Condidit. icta viam tellus in tartara fecit.
Et pronos currus medio cratere recepit.
At cyane raptamqꝫ deam cōtemptaqꝫ fontis
Iura ſui merens inconſolabile vulnus
Mēte gerit tacita: lachrymiſqꝫ abſumitur oīs
Et quarū fuerat magnū modo numen: in illas
Extenuatur aquas. molliri membra videres.
Oſſa pati flexus. vngues poſuiſſe rigorem.
Primaqꝫ de tota tenuiſſima queqꝫ liqueſcūt.
Cerulei crines digitiqꝫ et crura pedeſqꝫ.
Nam breuis ī gelidas mēbris exilibus vndas
Tranſitus eſt. poſt hec humeri tergūqꝫ latuſqꝫ
Pectoraqꝫ in tenues abeunt euanida riuos.
Deniqꝫ pro viuo viciatas ſanguine venas
Lipha ſubit: reſtatqꝫ nihil qđ prēdere poſſis.
Interea pauide nequicq̄ filia matri
Omnibus eſt terris. omni queſita profundo.
Illam non vdis veniens aurora capillis:
Ceſſantem vidit. non heſperus. illa duabus
Flāmiferas pinus manibꝰ ſuccendit ab etna:
Perqꝫ pruinoſas tulit irrequieta tenebras:
Rurſus vbi alma dies hebetarat ſidera: natā

Solis ab occaſu. ſolis querebat ad ortus.
Feſſa labore ſitim conceperat: oraqꝫ nulli
Colluerant fontes. contectam ſtramine vidit
Forte caſam: paruaſqꝫ fores pulſauit. at inde
Prodit anus. diuāqꝫ videt: lymphāqꝫ rogāti
Dulce dedit teſta quod coxerat ante polenta.
Dum bibit illa datum: duri puer oris ⁊ audax
Conſtitit ante deam. riſit auidamqꝫ vocauit.
Offenſa eſt: neqꝫ adhuc epota parte loquentē
Cum liquido mixta perfudit diua polenta.
Cōbibit os maculas: et que mō brachia geſſit
Crura gerit. cauda eſt mutatis addita mēbris
Inqꝫ breuem formā: ne ſit vis magna nocēdi:
Contrahit̃: paruaqꝫ minor mēſura lacerta eſt.
Mirantez flentemqꝫ et tāgere mōſtra pauētē
Fugit anum: latebraſqꝫ petit: aptumqꝫ colori
Nomē habet varijs ſtellatus corpora guttis.
* Quas dea per terras: ⁊ quas errauerit vndas
Dicere longa mora eſt. querenti defuit orbis.
Sicaniam repetit: dumqꝫ omia luſtrat eundo:
Venit et ad cyanen: ea ni mutata fuiſſet:
Omnia narraſſet. ſed et os et lingua volenti
Dicere nō aderāt: nec qua loqueret̃ habebat.
Signa tamen manifeſta dedit: notāqꝫ parenti
Illo forte loco delapſam in gurgite ſacro
Perſephones zonā ſummis oſtēdit in vndis.
Quā ſimul agnouit: tanqꝫ tum deniqꝫ raptam
Sciſſet inornatos laniauit diua capillos:
Et repetita ſuis percuſſit pectora palmis.
Neſcit adhuc vbi ſit. terras tamē īcrepat oīs:
Ingrataſqꝫ vocat: nec frugū munere dignas.
Trinacriam ante alias: in qua veſtigia damni
Repperit. ergo illic ſeua vertentia glebas
Fregit aratra manu: pariliqꝫ irata colonos
Ruricolaſqꝫ boues leto dedit: aruaqꝫ iuſſit
Fallere depoſitum: vitiataqꝫ ſemina fecit.
Fertilitas terre latum vulgata per orbem
Ipſa iacet. primis ſegetes moriūt̃ in herbis.
Et mō ſol nimius. nimi⁹ mō corripit hymber
Sideraqꝫ: et venti nocent: auideqꝫ volucres
Semina iacta legunt. loliuz tribuliqꝫ fatigāt
Triticeas meſſes: et inexpugnabile gramen.

Puer impudēs in ſtellionez.

Stramine. palea. Dulce dedit. nō mulſum quod eſt ditiorū: ſed muſtuz quo ruſtici quoqꝫ non carēt puto accipiendum. Teſta. terreo vaſe. per qđ ſignificat poeta vetulā eam inopem admodum fuiſſe. Polenta. cū ꝓpoſitio ſubintelligatur. polēta vero cibus eſt grecis olim tam familiaris ꝗꝫ puls romanis. vterqꝫ vero cibus eſt quo ruſtici ꝓcipueqꝫ montani vtunt̃. Duri oris. ipudentis. illi enī duri eſſe oris dicuntur qui ſunt impudentes. Auidam. guloſam. Epota parte. epotus modo actiuam: modo paſſiuam habet ſignificationē: vt hoc loco. ſic Iuuenalis. Epotaqꝫ flumina medo Prandēte. Combibit os maculas. cōtrahit. Aptumqꝫ colori nomen habet. ſtellio vocatur ꝙ paruis ſtellis inſitus eſſe videatur. eſt autem ꝑuum animal quod (vt inquit Plinius) rore tantum viuit. a ſtellione vero ſtellionatus crimen a iuriſconſultis deduci videtur: vt enim ſtelliones varij ſunt et verſicolores. ita impoſtores atqꝫ deceptores vt vilia videantur precioſa arte quadam ac ſimulatione mendacijſqꝫ efficiunt. Stellatus corpora. ſtellatum habens corpus ⁊ guttis infectum que ſtelle videātur. Querenti defuit orbis. nā cum totum perluſtraſſet ceres terrarum orbem vbi quereret filiam nihil ei loci reſtabat. quare in ſiciliam eſt reuerſa. Sicaniā. ſiciliaz a ſicano fluuio appellatā. Perſephones zonam. proſerpine cingulum. quā enī latini proſerpinā: greci perſephonen vocant. Parili leto. ſimili ac pari morte. Aruaqꝫ iuſſit fallere depoſitū hoc eſt aruis mandauit: ne ſibi credita ſemina redderent. depoſitum aūt dicitur quicqđ apud aliquē cuſtodie gratia collocatur. eſt vero figurata ac poetica locutio fallere depoſitū. pro eo qđ eſt fallere homines non reddendo ſemina credita atqꝫ depoſita. Sparſa iacet. diſperſa marceſcit ac nullo ē in honore: nullumqꝫ fructuz hoībus prebet Segetes. frumenta ſeminata. eleganter autem ea omnia enumerat quibus ſegetes corrumpuntur. Lolium tribuliqꝫ fatigant. loliū ac tribuli herbe ſūt ſegetibus infeſte. Fatigant. laborioſiores efficiunt. Triticeas meſſes. triticū meſſis aūt ꝓprie dicitur tempus metendi et colligendi frumēti. Et inexpugnabile gramē. indomabile quod nulla ratione ita domari poteſt: vt non renaſcatur. gramē autē ſpecies eſt herbe fere vbiqꝫ naſcentis. ꝗꝫuis ſimplr̃ ꝓ herba frequēter gramē accipiat̃.

Eleis vndis.per ſubterraneas cauernas ab elide olympie vrbe venientibus. tres aũt ſunt vrbes hoc noĩe. vna in egypto ab eleo tantali filio cognoĩata.altera in archadia.tertia in hiſpania. vñ eleus poſſeſſiuuꝫ mõ triſillabum.modo elieus quadriſillabuꝫ.mõ elieius q̃nqueſillabũ declinat. Alpheias.arethuſa que alphei elidis fluuij filia eſſe videt. nam arethuſa vt pauloante diximus eadẽ cum alpheo eſſe putatur. Que enim apud ipſam in alpheũ proijciunt(vt ſcribit Plinius)eadem in ſicilia ab arethuſa eijciuntur.vnde fabule datus eſt locus.alpheum elidis fluuium arethuſe nymphe amore captũ eã in ſiciliã vſqꝫ fuiſſe perſecutũ. Rorantes comas.ſtillantes capillos. Immenſos ſiſte labores. hoc eſt immẽſis deſiſte laboribus filie querende. eſt autem tranſitiuum ſiſto. quod ſignificat firmo ac ſtare facio. Violẽta. indignata. Patuit. ſe aperuit:vt plutoni vna cum rapta proſerpina ad inferos properanti aditũ preberet. Piſa mihi patria eſt.piſa arcadie oppiduꝫ iuxta qđ alpheus fluuius labitur vnde piſeus deriuatur. piſe vero piſarum numero tantum plurali vrbs eſt etrurie clariſſima.vnde piſanus. Mota loco curſim arethuſa venatrix fuit nympha diane comes:que cum forte ſe in alpheo fluuio lauaret ita alpheũ in ſui amorem pellexit.vt ipſam retinere conatus ſit ſed cum in ſiciliaꝫ vſqꝫ fugientẽ alpheus ſecutus eſſet:implorato diane auxilio in fontem ſui nominis fingitur fuiſſe conuerſa.quod idcirco: vt diximus: fictum eſt: ꝙ que iaciuntur in alpheũ purgamẽta:eijci ab arethuſa in ſicilia fere eſt obſeruatum.ſunt auteꝫ multe arethuſe et vrbes et fontes nam et ſyrieꝛ euboee vrbs eſt arethuſa ⁊ ithace fons. q̃q̃ nõ ignobiles grãmatici greci ſcribãt oẽm fontem arethuſã poſſe vocari.apo tu arethin.hoc ẽ ab irrigãdo. Aduehar ortygiã.ortygia duarum inſularũ eſt nomẽ. quarũ altera eſt in egeo q̃ ⁊ delos dr̃.altera ſicilie adiacet de qua Vir.libro eneidos tertio.Sicano pretẽta ſinu iacet inſula cõtra Plẽmyriũ vndoſũ. nomen dixere priores Ortygiam. alpheũ fama ẽ huc elidis amnẽ. Occltas egiſſe vias ſubt mare: q̃ nũc Ore arethuſa tuo ſiculis confundit vndis. Leuata. liberata. Cura. dolore ⁊ ſollicitudine. Opaci mundi.vmbroſi iferni. Pollens matrona. potẽs vxor. Dolore pulſa graui.ꝑcuſſa. affecta magno dolore. Nubila. triſtis. meſta. Inuidioſa.iuidiã ioui factura. Nata patrem moueat.proſerpina enĩ Iouis ex cerere filia fuit. conatur autem ceres ioui perſuadere ne patiatur filiã a plutone detineri. Si reperire vocas. ac ſi diceret.hoc eẽ potius amittere q̃ꝫ reperire. Qđ rapta feremꝰ. hoc ẽ ꝙ ſit rapta equo animo tolerabimus dummodo eam pluto nobis reddat. Neqꝫ enim predone marito. predones proprie dicuntur qui in mari latrocinantur qui a grecis pirate vocantur.

Tum caput eleis alpheias extulit vndis:
Rorantesqꝫ comas a frõte remouit ad aures.
Atqꝫ ait.o toto queſite virginis orbe
Et frugum genitrix immenſos ſiſte labores:
Neue tibi fide violenta iraſcere terre.
Terra nihil meruit: patuitqꝫ inuita rapine.
Nec ſuꝫ pro patria ſupplex. huc hoſpita veni.
Piſa mihi patria eſt:et ab helide ducimꝰ ortꝰ
Sicaniam peregrina colo.ſed gratior omni
Hec mihi tra ſolo eſt.hos nũc arethuſa pena-
Hãc habeo ſedẽ:quã tu mitiſſima ſerua. (tes.
Mota loco cur ſim tantiqꝫ per equoris vndas Arethuſa
Aduehar ortygiam: veniat narratibus hora
Tempeſtiua meis:cum tu curaqꝫ leuata
Et vultus melioris eris.mihi peruia tellus
Prebet iter:ſubterqꝫ imas ablata cauernas
Hic caput attollo:deſuetaqꝫ ſidera cerno.
Ergo dum ſtygio ſub terris gurgite labor:
Viſa tua eſt oculis illic proſerpina noſtris.
Illa quidem triſtis:neqꝫ adhuc iterrita vultu:
Sed regina tamen.ſed opaci maxima mundi.
Sed tamen inferni pollens matrona tyranni.
Mater ad auditas ſtupuit ceu ſaxea voces:
Attonitaqꝫ diu ſimilis fuit:vtqꝫ dolore
Pulſa graui grauis eſt amẽtia:curribꝰ auras
Exit in ethereas.ibi toto nubila vultu
Ante iouem ſparſis ſtetit inuidioſa capillis.
Proqꝫ meo veni ſupplex tibi iupiter inquit
Sanguine:proqꝫ tuo.ſi nulla ẽ gratia matris:
Nata patrẽ moueat.neu ſit tibi cura p̃camur
Vilior illius:quod noſtro eſt edita partu.
En queſita diu tandem mihi nata reperta eſt:
Si reperire vocas amittere certius:aut ſi
Scire vbi ſit reperire vocas:ꝙ rapta feremus:
Dũmodo reddat eã.neqꝫ enĩ predone marito
Filia digna tua eſt:ſi iam mea filia non eſt.

Tu modo diua velis.illū nobis eſſe generū:vt deſint cetera.vt fingamus omnia alia plutoni deeſſe. Nec ce
dit:niſi forte mihi.nec pluto inqt potētia a quoq̄ ſuperaſ preterq̄ a me ſolo.qui mundi partē meliorē q̄ ipſe
ſortitus ſum.nā mihi celū.inferi illi in mundi diuiſione optigerūt. Diſſidij. ſeparationis ac repudij.Celum
aerem.Si nullos cōtigit illic ore cibos. hoc eſt ſi nihil apud inferos comedit.qui enim ibi aliquid guſtaſſet
ei illinc reditus non datur.Certum eſt.decretum eſt. Jeiunia ſoluerat.aliquid comederat. Simplex.rerum
imperita. Puniceum pomum.malum granatum. Curua arbore.depreſſa pomorū multitudine. Preſſe
rat ore ſuo.comederat. Aſcalaphus vt
hoc loco narrat Oui. acherontis ex or
phne nympha fuit filius: qui cum te=
ſtatus eēt proſerpinā in plutonis hor
tis ſeptem grana mali punici comediſ
ſe: ab ipſa indignata in bubonē peſſi=
mi ominis auem fuit commutatus.
Auernales.ifernales. Furuis antris.
nigris ſpelūcis. Regina erebi.ꝑſerpi
na inferorū regina.eſt enī herebus in
ferni pars. Prophanum.execrandū.
Phlegethontide lympha.phlegeton
tis aqua.eſt enī phlegeton vnus ex in
ferorum fluuijs. apo tu phlegetin.hoc
eſt ab ardendo cognominatus. forma
autem patronymica pro poſſeſſiua eſt
poſita. Jlle ſibi ablatus. hoc eſt ſua fi
gura ac forma ſpoliatus. Amicitur.
veſtitur cooperiſ. Jnq̄ caput creſcit
illi in caput creſcere dicunſ quorū ca=
put q̄ reliqua mēbra grādius efficitur
Lōgoſq̄ reflectitur vngues. ſynegdo
che poetica. ſi enim eſſet ſoluta oratio
longi vngues reflectuntur diceremus
hoc eſt reflexi et adunci fiunt. Feda.
turpis aſpectu. Jgnauus bubo.vilis
ac imbellis.bubo autē nomen eſt ficti
Aſcalphꝰ ī bubonē. ciū a voce auis ipſius dictum. Hic ta
men inditio. fabulam fabule vt ſolet
elegantér annectit poeta. nam ſirenes
tres fuiſſe dicuntur acheloi fluuij ꝛ cal
liopes muſe filie ac proſerpine comi=
tes fidiſſime: quā quidem cum et ipſe
per totum orbem terrarum queſiſſent
nec vſq̄ in terris eam reperirent deos
rogarunt vt alate efficerentur: quo cō
modius etiā in aquis proſerpinam in=
quirere poſſent.quare ita in aues fue=
re conuerſe: vt facies tamen virginea
voxq̄ humana illis remanerent.he in
Sirenes ī aues freto ſiculo habitātes tam ſuauiter ca
nebant vt nautas illac trāſeuntes aut
ad ſe pellicerent. aut ſopitos ſpoliarēt
atq̄ ſubmergerent. quare vlixes illac
tranſiturus admonitus a circe et ſocio
rū aures cera obturauit et ſe ad trire=
mis malum alligari iuſſit. ille vero in=
dignate ſe in mare ꝑcipitauerūt. earū
aūt ꝑma ꝑthenepo.altera leucoſia.ter
tia ligia fuit appellata. Acheloides.acheloi filie.achelous vero calidonie fluuꝰ eſt oceani:vt in theogonia
ſcribit heſiodus.et thetios filiꝰ. hic ꝓ dianira cū hercule acriter pugnās tādē fuit ſupatꝰ.achelous q̄dē: vt
refert macrobiꝰ:apd̄ p̄ſcos aq̄ dicebaſ.vñ Uir .libro geor. primo Poculaq̄ iuentis acheloia miſcuit vuis.

Jupiter excepit.commune eſt pignus onuſq̄
Nata mihi tecum. ſed ſi modo nomina rebus
Addere vera placet:non hoc iniuria factum:
Uerꝰ amor ē.neq̄ erit nobis gener ille pudori
Tu modo diua velis.vt deſint cetera:quātū ē
Eſſe iouis fratrē:quid:q̄ non cetera deſunt:
Nec cedit niſi forte mihi.ſed tanta cupido
Si tibi diſſidii eſt:repetet proſerpina celum.
Lege tamen certa.ſi nullos contigit illic
Ore cibos. nam ſic parcarū federe cautū eſt.
Dixerat.ac cereri certum eſt educere natam.
Non ita fata ſinunt. quoniam ieiunia virgo
Soluerat:et cultis dū ſimplex errat in hortis
Puniceum curua decerpſerat arbore pomū.
Sumptaq̄ pallenti ſeptem de cortice grana
Preſſerat ore ſuo: ſoluſq̄ ex omnibus illud
Aſcalaphus vidit:quē quūdā dicitur orphne
Inter auernales haud ignotiſſima nymphas
Ex acheronte ſuo furuis peperiſſe ſub antris.
Uidit et inditio reditum crudelis ademit.
Jngenuit regina herebi.teſtemq̄ prophanum
Fecit auē:ipſiūq̄ caput phlegethōtide lipha
Jn roſtrum et plumas ꝛ grādia lumina vertit.
Jlle ſibi ablatus fuluis amicitur in alis
Jnq̄ caput creſcit:lōgoſq̄ reflectitur vngues:
Uixq̄ mouet natas per inertia brachia pēnas
Fedaq̄ fit volucris venturi nuncia luctus
Jgnauus bubo.dirum mortalibus omen.
Hic tamen inditio penam linguaq̄ videri
Commeruiſſe poteſt. vobis acheloides vnde
Pluma pedeſq̄ auiūq̄:cū virginis ora gera=
An q: cū legeret flores ꝑſerpina vernos: (tis:
Jn comitum numero mixte ſirenes eratis:
Quam poſtq̄ toto fruſtra queſiſtis in orbe:
Protinus vt veſtram ſentirent equora curam

Alarum remis.alarum remigio et agitatione. Faciles.benignos.vtpote qui nobis ea que optabatis conceſſerunt. At medius fratriſqꝫ ſui.iupiter inquit medius inter plutonem fratrē et cererem ſororem:ne eorū alteri diſpliceret:ex equo annum diuiſit vt ſex quidem menſes proſerpina cum matre totidemqꝫ cum marito foret. Ex equo diuidit.in duas equales partes diſtribuit. Duorum regnorum.et inferi et ſuperi. quādiu enim eſt cum matre proſerpina apud ſuperos:q̄ꝫdiu cum plutone apud inferos regnare dicitur. Vertitur. conuertitur ac mutatur. Facies.figura. Leta dee frons eſt.et cereris et proſerpine letam eſſe frontem accipere poſſumus. ambe nanqꝫ e meſtis ac triſtibus lete atqꝫ hylares ſunt effecte.de proſerpina tamen precipue eſſe intelligendum que ſubijcitur ſimilitudo aperte oſtendit. Victis e nubibus. ex diſſolutis nebulis atqꝫ depulſis.tūc enim nubes a ſole vinci dicuntur:cum reſoluuntur atqꝫ expelluntur. Exigit. expoſcit. ꝯcinne autē ingreditur poeta ad exponendā metamorphoſin arethuſe nymphe in eiuſdē nominis fontem. Arethuſa nanqꝫ vt ipſa cereris filie recuperatione lete rogatu narrat. nympha fuit greca diane comes: que eſtu defatigata depoſitis veſtibus nuda in alpheum fluuiorum limpidiſſimum cum deſcendiſſet:forte in alphei fluminis ipſius dei amorē incidit. cū igitur alpheus nudam eam perſequeretur tanqꝫ aſſecuturus foret: dianam ipſa rogauit vt ſibi opem ferret. Diana vero eam curſu laſſam ita nube texit :vt alpheus quidem ea potiri non potuerit.ſed cum eam ob nimium ſudorē in aquam eſſe cōuerſam animaduertiſſet. ⁊ ipſe humana depoſita figura eam vſqꝫ in ortygiam inſulā ſicilie adiacentē per ſubterraneas cauernas eſt perſecutus. Secura. ſine cura ac ſollicitudine. Sacer fons.omnes fontes nymphis ſacri eſſe dicuntur. Fluminis elei. periphraſis eſt alphei. In achaide.in achaia. Legit.pertranſiuit Saltus. ſiluas in quibus fere ſaliunt. Poſuit caſſes. tetēdit rhetia.per que ſignificat ſe venatricē fuiſſe. Iuuabat delectabat. Quaqꝫ alie gaudere ſolēt pulchritudinis īquit qua alie nymphe ſolent gaudere me pudebat : alicuiqꝫ placere crimen ac flagicium eſſe putabā. Stymphalide ſilua.ſtymphalus vrbs eſt archadie et ſilua ⁊ fons. vnde ſtymphalius poſſeſſiuum et ſtymphalis deducunt. Sine vortice.ſine aquarum vortigine. vortex dicitur aqua in ſe contorta. Perſpicuas ad humum claras ac limpidas vſqꝫ ad harenam. Calculus.lapillus. Numerabilis erat poterat numerari propter aque perſpicuitatem. Poplite deinde tenus.hoc eſt vſqꝫ ad genu. eſt enim poples genu pars poſterior. Labens.natans. Mille modis.varijs modis. Numerus enim finitus pro infinito ſepe a poetis ponitur. Excuſſa. cōcuſſa.geſtum autem exprimit natantium:qui et concutere et iactare brachia ſolent.

Poſſe ſuper fluctus alarum inſiſtere remis
Optaſtis facileſqꝫ deos habuiſtis: et artus
Vidiſtis veſtros ſubitis flaueſcere pennis.
Ne tñ ille canor mulcendas natus ad aures:
Tantaqꝫ dos oris lingue deperderet vſum:
Virginei vultus et vox humana remanſit.
At medius fratriſqꝫ ſui meſteqꝫ ſororis
Iupiter ex equo voluentem diuidit annum.
Nunc dea regnorum numen cōmune duorum
Cū matre eſt totidem:totidē cū ꝯiuge mēſes.
Vertitur extemplo facies ⁊ mentis et oris.
Nam mō que poterat diti quoqꝫ meſta videri
Leta dee frons eſt. vt ſol qui tectus aquoſis
Nubibus ante fuit:victis e nubibus exit.
Exigit alma ceres nata ſecura recepta.
Que tibi cā fuge:cur ſis arethuſa ſacer fons:
Conticuere vnde: quarum dea ſuſtulit alto
Fonte caput:virideſqꝫ manu ſiccata capillos
Fluminis alphei veteres narrauit amores.
Pars ego nympharū:q̄ ſunt in achaide: dixit
Vna fui.nec me ſtudioſius altera ſaltus
Legit:nec poſuit ſtudioſius altera caſſes.
Sed q̄uis forme nunq̄ mihi fama petita eſt.
Quāuis fortis erā:formoſe nomen habebam:
Nec mea facies nimium laudata iuuabat.
Quaqꝫ alie gaudere ſolent:ego ruſtica dote:
Corporis erubui:crimenqꝫ placere putaui.
Laſſa reuertebar:memini:ſtymphalide ſilua.
Eſtus erat:magnuſqꝫ labor geminauerat eſtū.
Inuenio ſine vortice aq̄s.ſine murmure eūtes
Perſpicuas ad humū: per q̄s numerabil' alte
Calculus omnis erat:quas tu vix ire putares
Cana ſalicta dabant nutritaqꝫ populus vnda
Sponte ſua natas ripis decliuibus vmbras.
Acceſſi:primumqꝫ pedis veſtigia tinxi.

Arethuſa in fontem

Propiori margine.propinquiori ripa.margo enĩ dicitur vniuſcuiuſqꝫ rei extremitas. Rauco ore .rauca voce quale murmur eſſe ſolet fluentiũ aquarũ.Altera veſtes.cauſa ẽ cur ſine veſtibus fugeret.in altera nanqꝫ ripa fuerãt relicte. Et qꝛ nuda fui.hoc laſciuius ꝙ heroico carmini conueniat dictũ eſſe videt. Paratior. ad vim patiendã. Premebat.vrgebat.Ut fugere ancipitrem.ſolet ſubintelligat. ẽ enĩ hypozeugma. Uſqꝫ ſub orchomenõ.varia enumerat loca ad que fugiens ꝑuenit arethuſa.Orchomenos aũt vrbs eſt beotie fonte muſis dicato nobiliſſima. Sphidaqꝫ. ſic quidẽ corrupte in exemplaribus legit.pſophida nãqꝫ ab Ouidio ſcriptũ fuiſſe facile contenderim. eſt ei pſophis variarũ vrbiũ nomẽ. nã ꝛ arcadie vrbs eſt a pſophide lycaonis vel vt alij volũt.erycis filia denoĩata ꝛ acarnanie et achaie. vnde pſophidus deducit.ẽ et lybie vrbs pſophis.vnde pſophides nomẽ patriũ more gentis declinatur.arx quoqꝫ zacinthiorũ pſophis vocabatur.vt pauſanias ait.Cyllenen autem ꝛ menalon et erimanthõ archadie eſſe montes iam ſepius diximus.elim vero eiuſdẽ archadie vrbem ab eleo tantali filio appellatam. Sol erat a tergo.exponit arethuſa quo modo cognouerit ſibi alpheum imminere ac propinquum eſſe.ſol inquit poſt terga erat:eoqꝫ ante me vmbras iaciebat Niſi ſi timor illa videbat. niſi forte inquit perterrita mihi eam vmbram videre videbar. Notandum autem ſi cõiunctionem interdum cum niſi eleganter copulari.ꝙuis ſenſui neceſſaria nõ videatur. Uidebat. videre faciebat.timore nãqꝫ oculi ſepenumero decipiũt Ingens anhelit⁹. maximus ſpiritus. Feſſa labore fuge. defatigata ĩqt fugiẽdi labore dianã rogaui vt mihi opitularet. Deprendimur.ꝯprehẽdimur.deprehẽdi enĩ ꝓprie dicunt qui mali aliquid committunt. Armigere tue. proprie dixit. nam armigeri nõ omnes milites dicũtur vt vulgus putat: ſed qui principibus arma gerunt in pugnaqꝫ ſubminiſtrãt. Ferre.ferendos. verbũ enim pro participio poſitũ eſt.ſic Uirgilius. Magnum dat ferre talentum. Me ſuper iniecit.anaſtrophi.prepoſitio enĩ que preponi debet poſtpoſita eſt. Luſtrat.circumit.me inquit nube coopertam alpheus querens circumit Ignarus.vbi eſſem. An ne ꝙ agne.an et ne interdum quidem a poetis copulantur:ſed frequentius ſeparatim ponuntur. Qui vepre latens.occultus in ſpinis.vepres nanqꝫ ſpine dicunt. Nõ tamen abſcedit.alpheus.

Poplite deinde tenus.neqꝫ eo cõtẽta recingor.
Molliaqꝫ impono ſalici velamina curue.
Nudaqꝫ mergor aq̃s:quas dũ ferioqꝫ trahoqꝫ
Mille modis labẽs:excuſſaqꝫ brachia iacto:
Neſcio quod medio ſẽſi ſub gurgite murmur:
Territaqꝫ inſiſto propioris margine fontis:
Quo ꝓperas arethuſa:ſuis alphe⁹ ab vndis
Quo properas:iterũ rauco mihi dixerat ore.
Sicut eram fugio ſine veſtibus.altera veſtes
Ripa meas habuit.tãto magis inſtat.ꝛ ardet.
Et quia nuda fui:ſum viſa paratior illi.
Sic ego currebaꝫ.ſic me ferus ille premebat:
Ut fugere ancipitrẽ penna trepidante colũbe:
Ut ſolet accipiter trepidas vrgere columbas.
Uſqꝫ ſub orchomenon pſophidaqꝫ cyllenẽqꝫ
Menalioſqꝫ ſinus: gelidũqꝫ erimanthon:ꝛ eli
Currere ſuſtinui.nec me velocior ille.
Sed tolerare diu curſus ego viribus impar
Non poteram.longi patiens erat ille laboris.
Per tamẽ et cãpos et opertos arbore mõtes
Saxa quoqꝫ et rupes et qua via nulla cucurri.
Sol erat a tergo.vidi precedere longam
Ante pedes vmbrã:niſi ſi timor illa videbat.
Sed certe ſonituqꝫ pedum terrebat:ꝛ ingens
Crinales vitas afflabat anhelitus oris.
Feſſa labore fuge fer opem.deprẽdimur.inqꝫ
Armigere diana tue. cui ſepe dediſti
Ferre tuos arcus:incluſaqꝫ tela pharetra.
Mota dea eſt:ſparſiſqꝫ ferens e nubibus vnã
Me ſuper iniecit:luſtrat caligine tectam
Amnis:ꝛ ignarus circum caua nubila querit.
Biſqꝫ locum:quo medea texerat:inſcius ãbit:
Et bis io arethuſa.io arethuſa vocauit.
Quid mihi tunc aĩ miſere fuit:an ne qꝺ agne
Si q̃ lupos audit circũ ſtabula alta fremẽtes:
Aut lepori:qui vepre latens hoſtilia cernit
Ora canum:nullos audet dare corpore mot⁹.
Non tamen abſcedit.neqꝫ enĩ veſtigia cernit

Occupat obſeſſos. pulchra phantaſia fingit poeta arethuſaꝫ i aquam fuiſſe conuerſam. Qui eni plus equo ſudat: facile in aquam videtur reſolui. In latices. in aquas. Poſito ore. depoſita figura ac forma virili. Delia diana vna cum apolline in inſula delo nata. Cecis cauernis. occultis terre foraminibus. Hoc autē idcirco fingitur: qꝛ alpheum per ſubterraneas vias: vt diximus: ad ortygiam vſqꝫ inſulam: vbi arethuſa vocatur: ꝑuenire fuit obſeruatum. Aduehor ortygiam. ortygia et delos dicitur ꝙ in ea primū ortyges fuerint viſe et inſula ſicilie adiacens. Cognomine diue. diane: nam et delia et ortygia ab eadem inſula diana cognominatur.

Longius illa pedum. ſeruat nubemqꝫ locūqꝫ.
Occupat obſeſſos ſudor mihi frigidus artus:
Ceruleeqꝫ cadunt toto de corpore gutte.
Quaqꝫ pedem moui: manat locus eqꝫ capillis
Ros cadit: et citius ꝙ̄ nunc tibi fata renarro:
In latices mutor. ſed enim cognoſcit amatas
Amnis aquas: poſitoqꝫ viri qđ ſumpſerat ore
Vertitur i proprias: vt ſe mihi miſceat: vndas
Delia rupit humū: ceciſqꝫ ego merſa cauernis
Aduehor ortygiam: que me cognomine diue
Grata mihi ſuperas eduxit prima ſub auras.
Hac arethuſa tenus. geminos dea fertilis an-
Currib⁹ admouit: freniſqꝫ coercuit ora: (gues
Et mediū celi terreqꝫ per aera vecta eſt.
Atqꝫ leuem currum tritonida miſit in vrbem
Triptolemo. partim rudi data ſemia iuſſit
Spargere humo. parti poſt tp̄a lōga recultę.
Jam ſuper europen ſublimis et aſida terram
Vectus erat iuuenis: ſcythicaſqꝫ aduertit oras.
Rex ibi lyncus erat. regis ſubit ille penates.
Qua veniat: cauſamqꝫ vie nomenqꝫ rogatus:
Et patriam. patria eſt clare mihi dixit athene:
Triptolem⁹ nomen. veni nec puppe ꝑ vndas:
Nec pede ꝑ terras. patuit mihi perui⁹ ether.
Dona fero cereris: latos que ſparſa ꝑ agros
Frugiferas meſſes: alimētaqꝫ mitia reddant.
Barbarus inuidit: tantiqꝫ vt muneris auctor
Ipſe ſit: hoſpicio recipit: ſomnoqꝫ grauatum
Aggreditur ferro. conantem figere pectus
Lynca ceres fecit: rurſuſqꝫ per aera iuſſit
Mopſopiuꝫ iuuenem ſacros agitare iugales.
Finierat doctos e nobis maxima cantus.
At nymphe viciſſe deas helicona colentes
Concordi dixere ſono. conuitia victe
Cum facerent: quoniam dixi certamie vobis
Suppliciū meruiſſe parū ē: maledictaqꝫ culpe

Hac arethuſa tenus. hactenus inquit arethuſa fuit locuta. Lynci autem ſcythie regis metamorphoſin in lynca feram elegāter cum ſuperiore fabula cōnectit poeta. Ceres enī recepta filia arethuſaqꝫ audita Athenas aduolauit: currūqꝫ a draconibus alatis vectū triptholemo donauit: quo frumenti vſuꝫ et agriculturam mortales doceret. Is igitur cū ad ſcythiam vſqꝫ perueniſſet a lynco ſcytharum rege hoſpicio ſuſceptus paulū abfuit quin interficeretur: nam lyncus cū aduentus cauſam percepiſſet: triptolemi glorie inuidens eū ſomno oppreſſum aggreſſus eſt. Quare ceres indignata lyncum in lyncē feram cōmutauit. Dea fertilis. ceres dea fertilitatis. In vrbem tritonida. Periphraſis eſt athenarū: que ab athema. hoc eſt pallade: que et tritonia et tritonis dicitur: fuit cognomiata. Rudi humo. inculte terre. Scythicas oras. ad ſeptentrionem. ſcythe nāqꝫ populi ſūt ad ſeptentrionem: quos vulgus tartaros vocat. Qua veniat. per que loca ⁊ quomodo. Peruius ether. penetrabilis aer. Ferro. enſe per metonymiā. ferrum enim ex quo conficitur enſis: pro ipſo ponitur enſe. Figere. tranſfigere. Lynca. accuſatiuus eſt grecus. Lynx autem fera eſt maculoſa baccho dicata. Mopſopium iuuenem. athenienſem. Attica enī etiam mopſopia a mopſopo rege fuit appellata. naꝫ vt Strabo refert: Athenarum vrbis varia nomina fuerunt. nam ab acteone acticaꝫ. ab atthide cranai filia atthidem et atthicam: a quo et inquilini cranai vocātur. Mopſopiam a mopſopo Joniaꝫ a filio xuthi Jone. Poſidoniam ſiue neptuniam a poſidone ſiue neptuno. Athenas ab athena. id eſt minerua denominatas fuiſſe aiunt. Sacros iugales. dracones eidem iugo ſubiectos. Finierat doctos. pieri filie. nympharū ſententia a calliope muſarū preſtantiſſima ſuperate ceperunt: et nymphas ⁊ muſas ipſas conuitiis inſectari: quam rem quidem egre ferentes muſe eas i picas conuerterunt: que ingenitam retinuiſſe videnꝫ loquacitatem. Deas helicona colentes. muſas heliconem habitantes. Concordi ſono. vna oīm ſententia. Maledicta conuicia. contumelias.

Lyncus i feram

Pierides in picas

Et non eſt pacientia libera nobis.hoc eſt quoniam has cõtumellas pati non poſſumus. Ibimus in penas. vos penis ac ſupplicijs afficiemus. Rident anipedes.anipes filie.patronymica nãq; eſt forma. Spernunt. contẽnunt. Intentare.in nos frequenter intendere.qd minantes facere ſolent. Concreſcere. coaleſcere. Accedere.adijci.adiungi. Plangere dũq; volunt.dum inquit pectora ſua manibus plangere vellent:in aera leuate pendere ceperunt. Nemorum conuicia.que in nemoribus conuicia iactare non deſiſtunt. Facũdia priſca.loquacitas priſtina. Studiumq; immane.maxima cupiditas.

¶ Raphaelis Regij in ſextum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.

Rebuerat dictis. Certamina muſarum cũ Pieri filiabus cum Pallas audiſſet: forte ei in mentem venit: qua pena ⁊ ipſa arachnen lydiam puellaz q̃ ſe pallade ipſa lanificij peritiorem eſſe contendebat:afficere deberet. Sic aũt et librum libro:et fabulã fabule elegãter cõnectit. Tritonia. pallas a tritonide palude lybie vbi primũ in virginali habitu apparuit: vt Herodotus in quarto narrat:tritonia fuit cognomiata. vnde aiunt palladem neptuni ⁊ tritonidis paludis fuiſſe filiam. eam aũt neſcio qd a patre reprehenſaz donaſſe ſe ioui:ac iouem ſibi illam filiam aſciuiſſe. Uirgines vero illius paludis accolas anniuerſario Minerue feſto in honorem ipſius dee indigene bifariaz diuiſas lapidibus fuſtibuſq; iter ſe preliari dicentes ſe morem patrium ſeruare ei quã nos mineruam appellamus. Aonidum.muſarũ. Probauerat. laudauerat. Tum ſecum. dixit aut locuta eſt ſubaudiatur. Laudare parum eſt. non ſatis eſt inquit alios laudare:niſi ⁊ nos laudemur. Meonie.lydie a meone rege. Arachnes.arachne lydia fuit puella lanificij peritiſſima:que cum ſe palladi anteferret:eãq; in certamen ꝓuocare auſa eſſet:ab ipſa quidem in vetulam conuerſa admonetur: vt ab incepto deſiſtat:ac temeritatis ſue veniã a dea ſuppliciter petat. Cetex arachne ea admonitione inſolentior facta nullo pacto minerue cedere animũ induxit. Quare dea indignata depoſita vetule forma et in certamen deſcendit:et arachnen ſuperatam in araneam commutauit:que priſtine artis non immemor tenuiſſimas telas nunq̃ contexere deſiſtit. Hoc vero in deſcribẽdo certamine poeta multas exponit transformationes.nam vtraq; telã quã conficit:varijs imaginibus diſtinguit:quas aperte poeta deſcribit. Lanifice artis.lanificij. Colophonius idmon Colophon lydie vrbs eſt apollinis oraculo clara. Phocaico murice.phocaica purpura. Eſt enim murex piſcis.ex cuius ſanguine purpureus conficitur color. Phocea autem et ionie et carie vrbs eſt a phocis: que ionice conditores ſecute dicuntur:appellata. vnde ſoluta dipthongo phocaicus declinatur. Equa.par

Arachnes cũ pallade certamen.

Additis:et non eſt pacientia libera nobis:
Ibimus in penas:et qua vocat ira ſequemur.
Rident anipedes:ſpernũtq; minantia verba:
Conateq; loqui: et magno clamore ꝓteruas
Intentare manus:pennas exire per vngues
Aſpexere ſuos:operiri et brachia plumis.
Alteraq; alterius rigido concreſcere roſtro
Ora videt:volucreſq; nouas accedere ſiluis.
Plãgere dũq; volũt:per brachia mota leuate
Aere pendebant nemorum conuicia pice.
Nunc quoq; ĩ alitibus facũdia priſca remãſit:
Raucaq; garrulitas ſtudiũq; ĩmane loquẽdi.

¶ Publii Ouidii naſonis metamorphoſeos. Liber ſextus.



Rebuerat dictis tritonia talibus aures:
Carminaq; aoniduz iuſtãq; probauerat iram.
Tum ſecum.laudare paruz eſt.laudemur et ipſe.
Numia nec ſperni ſine pena noſtra ſinamus.
Meonieq; animum fatis intendit arachnes:
Quã ſibi lanifice non cedere laudibus artis
Audierat.non illa loco nec origine gentis
Clara:ſed arte fuit.pr̃ huic colophoni⁹ idmõ
Phocaico bibulas tingebat murice lanas.
Occiderat mater:ſed et hec de plebe ſuoq;
Equa viro fuerat.lydias tamen illa p vrbes
Queſierat ſtudio nomen memorabile:quãuis

Orta domo parua p̄uis habitabat hypepis.
Huius vt aſpicerent opus admirabile ſepe
Deſeruere ſui nymphe vineta tymoli.
Deſeruere ſuas nymphe pactolides vndas.
Nec facta ſolum veſtes ſpectare iuuabat.
Tunc quoqꝫ cū fierent: tātus decor affuit arti.
Siue rudē primos lanā glomerabat ī orbes.
Seu digitis ſubigebat opus: repetitaqꝫ longo
Vellera mollibat nebulas equantia tractu.
Siue leui teretem verſabat pollice fuſum.
Seu pingebat acu. ſcires a pallade doctam.
Quod tn̄ ipſa negat: tātaqꝫ offenſa magiſtra
Certet ait mecū. nihil eſt quod victa recuſē.
Pallas anum ſimulat falſoſqꝫ in tp̄a canos
Addit: ⁊ infirmos baculo quoqꝫ ſuſtinet art⁹.
Tunc ſic orſa loqui. non om̄ia grandior etas
Que fugiam⁹ habet. ſeris venit vſus ab ānis.
Conſilium ne ſperne meum. tibi fama petat̃
Inter mortales faciende maxima tele.
Cede dee. veniāqꝫ tuis temeraria dictis
Supplice voce roga. veniā dabit illa roganti.
Aſpicit hanc toruis: inceptaqꝫ fila reliquit:
Vixqꝫ manus retinēs: cōfeſſaqꝫ vultibus iram
Talib⁹ obſcuram reſecuta eſt pallada dictis.
Mentis inops lōgaqꝫ venis confecta ſenecta.
Et nimiū vixiſſe diu nocet. audiat iſtas:
Si qua tibi nurus eſt. ſi qua eſt tibi filia voces.
Conſilii ſatis eſt in me mihi. ne ve monendo
Profeciſſe putes: eadem eſt ſententia nobis.
Cur non ipſa venit: cur hec certamina vitat:
Tunc dea venit ait: formāqꝫ remouit anilem.
Palladaqꝫ exhibuit: venerat̃ numia nymphe
Mygdonideſqꝫ nurus. ſola eſt interrita virgo.
Sed tn̄ erubuit: ſubituſqꝫ inuita notauit
Ora rubor: rurſuſqꝫ euanuit: vt ſolet aer
Purpureus fieri: cū primū aurora mouetur:
Et breue poſt tempus cādeſcere ſolis ab ortu.
Perſtat in incepto: ſtolideqꝫ cupidine palme:
In ſua fata ruit. neqꝫ enī ioue nata recuſat:
Nec monet vlterius: nec iā certamina differt.
Haud mora. cōſiſtunt diuerſis partib⁹ ambe:
Et gracili geminas intendunt ſtamine telas.

et equalis. Paruis hyppepis. Hyppepa lydie vrbs eſt monti adiacens. Unde etiam nomen fuit inditum: q̄ſi ypoepos. hoc eſt ſub cacumine et vertice. Ea dono veneris pulcherrimas mulieres dicitur ferre. Tymoli. Tmolus qui et tymolus dicitur: mons eſt lydie vitibus conſitus. Pactolides. pactoli lydie fluuij harenis aureis clariſſimi filie. Tātus decor. Acclamatio eſt admirationē artis ſignificās. Subigebat. domabat. Mollibat. mollia reddebat. Longo tractu. longa productione. Lana enim ille ſic protrahebantur: vt nebule videri poſſent. Seu verſabat voluebat. hoc eſt filabat. Scires. ſcire poſſes. Offenſa. indignata. Tanta magiſtra. quāta eſt pallas. Nihil eſt quod victa recuſem. nulla eſt inq̇t pena: quā ego victa recuſare velim. Falſos. ſimulatos. Infirmos artus. membra: que ī firma eſſe fingebat. Uſus. perititia rerum. Recte aūt ſenilem cōmendat etatē: vt maior ſibi fides adhibeat̃. Cede dee. ne contendas cum dea. Vixqꝫ manus retinens. a verberanda dea ſubintelligatur. Confeſſa iram. pre ſe ferēs et oſtendens indignationem. Vultib⁹ vultus mutationibus. Obſcuram pallada. ſub figura anus latentem. Reſecuta eſt. ꝓſecuta eſt. ac reſpondit. Mētis inops. ſtolida ac demēs. Confecta exhauſta. euacuata omnibus et animi et corporis viribus. Et nimium vixiſſe diu nocet. eā ſignificat delirare. Palladaqꝫ exhibuit. pre ſe tulit: ac oſ̄dit ſe palladem eſſe. Mygdonideſqꝫ nurus Mygdonia macedonie pars ē. ⁊ phrygie a mygdone cognominata. E phrygia vero multe conuenerant mulieres: vt aragnes opera ſpectarent. Inuita ora. nolebat ei arachne pudens videri. Euanuit. abijt. Cum primum aurora mouetur. quando primum aurora incipit oriri. Candeſcere. candidus fieri. Perſtat in incepto. perſeuerat in incepta pertinacia: vt cum pallade contendat. Stolide palme. ipſa ſtolida. eſt ei hypallage. In ſua fata. in finem ſibi fatorum lege ſtatutum. Subtegmen. id eſt qđ ſtamini inſeritur: qđ etiā trama vocatur. Gracili ſtamine. tenui. ſubtili.

Pallas ī anum

Tela iugo iuncta eſt.ſtamen ſecernit harũdo.
Inſeritur medium radiis ſub tegmen acutis:
Qđ digiti expediũt. atqꝫ inter ſtamina ductũ
Percuſſo feriunt inſecti pectine dentes.
Utraqꝫ feſtinat.cincteqꝫ ad pectora veſtes:
Brachia docta mouẽt ſtudio fallente laborez.
Illic et tyrium que purpura ſenſit ahenum
Texitur:et tenues parui diſcriminis vmbre.
Qualis ab imbre ſolet percuſſus ſolibus arcꝰ
Inficere ingenti longum curuamine celum:
In quo diuerſi niteant cum mille colores:
Tranſitus ipſe tamen ſpectantia lumia fallit:
Uſqꝫ adeo qđ tangit idẽ eſt:tñ vltima diſtant.
Illic et lentum filis immittitur aurum.
Et vetus in tela deducitur argumentum.
Cecropia pallas ſcopulum mauortis in arce
Pingit:et antiquam de terre nomine litem.
Bis ſex celeſtes medio ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedent.ſũa queqꝫ deorum
Inſcribit facies.iouis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi.longoqꝫ ferire tridente
Aſpera ſaxa facit:medioqꝫ e vulnere ſaxi
Exiluiſſe ferum:quo pignore vindicet vrbem.
At ſibi dat clypeum:dat acute cuſpidis haſtã:
Dat galeam capiti.defenditur egide pectus.
Percuſſamqꝫ ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis fetum canentis oliue.
Mirariqꝫ deos.operis victoria finis.
Ut tamen exemplis intelligat emula laudis.
Quod precium ſperet pro tam furialibꝰ auſis:
Quattuor in ptes certamina quattuor addit.

Secernit.ſeparat.Radijs acutis.radius inſtrumentum eſt:quo textores ſubtegmen inſerunt ſtamini. Eleganter autem omnia deſcribit poeta quecunqꝫ in conficienda tela fieri ſolent. Expediunt.aptant. accõmodant. Cincteqꝫ ad pectora veſtes.morem textricum exprimit.ad pectus enim vſqꝫ veſtes ſubducunt. Studio.vincendi cupiditate.Illic et tyrium.purpura inquit tyria nobiliſſima intexitur.naz tyrus phenicie inſula eſt.a tyro phenicis filio appellata:vbi olim precioſiſſima purpura fiebat.Et tenues vmbre.ex varijs coloribus vmbre conficiuntur:quo imagines extare videantur qđ in pingendo difficilimũ eſſe putat᷑.Ab imbre. poſt pluuiam. Hac autem ſimilitudine oſtenditur ꝙ varijs tele ille coloribꝰ diſtincte forent. Solibus.ſolis radijs. Arcus.iris. Longum celum. longam aeris partem.Tranſitus:vnius inquit coloris ad alium tranſitus oculos decipit:quia cum ſint diuerſi:ijdem tamẽ eſſe videntur.Uſqꝫ adeo qđ tangit idẽ eſt:in tantũ inquit is qui alij coniungitur color ſimilis ei eſt:vt idem eſſe videatur:cũ tamen diſtet et differat. Eſt autem acclamatio artificis continens admirationem.Lentum aurum.flexibile.Uetus argumentum.antiqua fabula.Deducitur.effingit᷑. proprie autẽ deduci et fila et carmina dicuntur ⁊ qcquid in longuz protrahitur. Cecropia arce.athenienſi.a cecrope athenarum rege.Scopulum mauortis.Ariopagũ dicit:qui martis villa interpretatur.arios nãqꝫ martius pagos villa dicitur.

Palladis tela

Eſt autem athenis promontorium idcirco a marte cognominatũ: ꝙ Halirrhothium neptuni filium eo in loco interfecit propter alcipen eius filiam: vt Philocorus ſcribit in ſecundo de attica libro.Telam aũt palladis primum deſcribit poeta ĩ cuius initio et ariopagus erat depictus et dij iudices erant efficti: qui ſententijs ſuis deciderent vtruz pallas an neptunus vrbi illic cõdite nomen imponere deberet.De hoc enim contendebatur.Dij autem ſic ſtatuerunt:vt qui rem humano generi cõmodiorem inueniſſet is vrbi nomen ĩponeret.Cum igitur neptunus tridente percuſſiſſet terram: equus exiliuit. Pallas vero haſte cuſpide terra percuſſa oliuam in lucem eduxit:que mortalibus commodior iudicata palladez victricem effecit. Auguſta grauitate. ſacra maieſtate.Auguſtum enĩ dicitur augurio conſecratum.Sua queqꝫ deorum inſcribit facies.hoc eſt vnuſquiſqꝫ propria effingitur figura. Stare deuz pelagi.neptunũ inquit ſtantem pingit.Ferum.equum.Uindicet.ſuam ac ꝓpriam eſſe affirmet.At ſibi dat clypeum.pallas ita ſeipſam in tela effingit:vt et clypeo et haſta et galea armata videatur: ſic enim minerue ſimulacrum athenis erat effigiatum:vt pauſanias ſcribit. Egide.egis munimentum eſt pectoris minerue cum capite meduſe:quo in bello potiſſimum vtitur.Edere.emittere.Cum baccis.bacce fructus proprie dicuntur oliue et ſimiliũ arborum:qui et exigui ſunt:et rari:ac a ſe inuicem ſeparati naſcuntur. Canentis.que cana ac ſubalba videtur.Eam aũt oliuam que ex ictu haſte palladi victoriam peperit arſiſſe aiunt:vt Pau-

ſanias narrat: cum medorum incendio athene cōflagrarunt: exuſtāqꝫ eodem die in duorum cubitorum proceritatem germinaſſe. Ut tamen exemplis. Quis inquit victoria palladis operi finem impoſuerit: adiecit tamen in quattuor tele angulis exempla quorundam in deos impiorum: ex quibus facile cognoſcere poſſet arachne: quā penam et ipſa expectare deberet. Breuibus ſigillis. paruis ſignis. Threiciā rhodopen. hem⁹ vt hinc colligere poſſumus: rex fuit thracie potentiſſimus: qui rhodopen duxit vxorem: qui in tantam arrogantiam elati ſunt: vt hemus ſe eſſe iouem. rhodope vero iunonem predicarent: ac vt deos adorari iuberēt:

Clara colore ſuo breuibus diſtincta ſigillis.
Threiciā rhodopē habꝫ angulus vn⁹: ⁊ hemū:
Nūc gelidos mōtes: mortalia corpora quōdā
Numina ſummorū ſibi qui tribuere deorum.
Altera pygmee fatum miſerabile matris
Pars habet. hanc iuno iuſſit certamine victā
Eſſe gruem: populiſqꝫ ſuis indicere bellum.
Pinxit ⁊ antigonē auſam contendere quōdā
Cum magni conſorte iouis: quam regia iuno
In volucrem vertit: nec profuit ilion illi
Laomedon ve pr̄: ſumptis quin cādida pēnis
Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro.
Qui supereſt ſolus cynarā hꝫ angulus orbuꝫ.
Iſqꝫ gradus templi natarum membra ſuaruꝫ
Amplectens ſaxoqꝫ iacens lachrymare videt.
Circuit extremas oleis pacalibus oras.
Is modus eſt: operiſqꝫ ſua facit arbore finem.
Meonis eluſam deſignat imagine tauri
Europam. verum taurum: freta vera putares.
Ipſa videbatur terras ſpectare relictas:
Et comites clamare ſuas: tactūqꝫ vereri
Aſſilientis aque: timidaſqꝫ recōdere plantas.
Fecit et aſterien aquila luctante teneri.
Fecit olorinis ledam recubare ſub alis.
Addidit vt ſatyri celatus imagine pulchra
Jupiter implerit gemino nycteida fetu.
Amphitrion fuerit cum te tirinthia cepit.

qua inſolentia Jupiter indignatus in montes eos cōmutauit. Summorum deorum. iouis et iunonis. Altera pygmee. in ſecundo inquit tele angulo depicta erat mutatio pygmee mulieris ī gruem: ꝙ ſe vt pulchriorem iunoni anteferre auſa foret. Fatum miſerabile. ſortem miſerabilem. Pygmee matris. Pygmee mulieris. pygmei nāqꝫ ſunt populi: vt ſcribit Plinius montana indie incolentes: quorum longiſſimi pedes duos non excedunt. Ibi aſſiduum cum gruibus bellum gerere dicuntur. Suis pygmeis. a quibus ipſa originē ducebat. Pinxit et antigonem. Antigone laomedontis filia fuit formoſiſſima: que cum ſe iunone pulchriorem eſſe iactaret: ab ea in ciconiā fuit cōuerſa. ad quod alludere videtur Uirgili⁹ i primo eneid. cum inquit. Spreteqꝫ iniuria forme. Qui supereſt ſolus cynarā. Cynara aſyriorū rex filias habuit pulcherrimas: que ſe iunoni preferre auſe fuerunt: quare indignata Juno eas in gradus templi ſui commutauit ac patrem gradus ipſos pro filiarum corporibus amplectentem itidem in ſaxum commutauit. Orbum. liberis priuatū. Iacens. adherens. Pacalibus. paciferis ac pacem ſignificantib⁹. Modus. finis. Sua arbore. oliua. Meonis eluſam. fabulas ī arachnes tela depictas exequitur poeta celebres quidem ac nondū expoſitas copioſius. ignobiles vero ac minus celebratas paucis attingens. Meonis. Arachne meonia ſiue lydia. Europe vero raptus in ſecundo volumine fuit a poeta pleniſſime expoſitus. Jupiter autem idcirco in taurum conuerſus europam rapuiſſe fingitur: ꝙ nauis qua eſt in cretam vecta picto tauro fuit inſignita. Timidas recondere plantas: Hypallage poete familiaris. Europa enim timida videbatur retrahere pedes ab aque tactu. Fecit et aſterien. Aſterie fuit Cei titanis filia: a latone ſoror: quam iupiter tam ardenter amauit vt eā in coturnicem verſam per aquilam rapuiſſe dicatur. Fecit olorinis. iupiter lede amore captus in ſignum mutatus ea potitus eſt: que ouum dicitur peperiſſe: ex quo caſtor pollux et helena orti eſſe fingūtur. Olorinis. cigneis. nam olor eſt: quē greci ac iam latini quoqꝫ cignum appellant. Addidit vt ſatyri celatus imagine pulchra. Jupiter in ſatyrum conuerſus Antiopā nyctei regis filiam compreſſit: que geminos amphionem et zethum fingitur peperiſſe. Amphitryon fuerit. iupiter alcmene amore captus: in amphitryonem illius maritum conuerſus cum ea cōcubuit: herculēqꝫ ex eo concubitu ſuſcepit. Amphitryon aūt alcei thebani filius fuit: qui alcmenam electrionis filiam vxorem duxit. Tirynthia. alcmena. a tirynthe vrbe dicta. nā tiryns vrbs eſt pelopōneſi: a tirynthe halo filia: que amphitryonis fuit ſoror. vnde etiam hercules tirynthius appellatur.

Rhodope ⁊ hemus ī montes

Pygmea ī gruem

Antigone ī ciconiam

Cynare filie in ſaxa

Arachnes tela

Uarie Jouis metamor.

Aureus vt danaen. danae acriſij argiuorum regis filia a ioue in aureas guttas mutato compreſſa perſeum genuiſſe in quarto narratur. hoc autem fingitur: ꝙ danaen violaturus iupiter aureos nūmos largiter in ſinum eius infudit. hec vt ſcribit Lactantius: merces ſtupri fuit. Aſopida luſerit ignis. eginam aſopi filiam. nam iupiter in ignem conuerſus eginam aſopi fluuij filiam compreſſit: ex qua eacuȝ ſuſcepit. Mnemoſynē paſtor. iupiter in paſtorem cōuerſus mnemoſynē nympham rapuit: ex qua nouem muſe nate fuiſſe dicunt. Interpretatur autem mnemoſyne memoria. vnde et ſapientie mater eſſe monſtratur. Variuſ deolida ſerpens. Deolis nympha a ioue i ſerpentē cōuerſo fuit viciata. Te quoꝫ mutatum. Neptuni varias deſcribit tranſfigurationes. nam modo in iuuencum modo in enipeū fluuiū: modo i arietē modo in equū: modo in delphinem cōuerſus fuiſſe narratur. Eolia. eoli filia Que vero hec eolia virgo fuerit: non memini me legiſſe. Enipeus. fluuius ē theſſalie enipeus: in quē mutatus neptunus tyro ſalmonei filiam circa fluuium ſpatiantem rapuit: ex eaꝫ ſuſcepit peleam et neleū. Gignis ꝛ aloidas. Neptunus in euridem fluuiū conuerſus: iphimediam aloei vxorem cōpreſſit: ex qua nati ſunt othus et ephialtes qui aloide a poetis vocantur. Virgiliꝰ in ſexto. Hic et aloidas geminos immania vidi Corpora: qui manibꝰ magnum reſcindere celum Aggreſſi: ſuperiſꝫ Iouem detrudere regnis. Aries biſalpida fallis. Neptunus in arietem transfiguratus biſalpidem viciauit: de qua nil memini me alibi legiſſe. Et te flaua comas. Neptunus in equū mutatus cum cerere et meduſa cōcubuit. Frugū mitiſſima mater. periphraſis ē cereris. Crinita colubris. pro crinibus colubros ac ſerpentes habēs. Mater equi volucris. Meduſa mater pegaſi equi alati. Senſit delphina melantho Protei vatis filia fuit melantho: quā cū in delphine equitantem vidiſſet neptunus in delphinē mutatus in amorem ſuū pellexit. Eſt illic agreſtis imagine phebus. Apollo diuinitate priuatus ꝓpter interfectos cyclopas admeti regis theſſalie armēta pauiſſe fingitur. Vtꝫ modo accipitris pennas. Apollo interdū i accipitrē: interdū in leonē ſe cōmutaſſe: in arachnes tela videbatur. Macareida iſſen. macarei filiam: quā apollo in habitu paſtorali viciauit. Liber vt erigonen. erigone icarij filia a baccho in vuaȝ conuerſo fuit cōpreſſa. hec ob pietatem: qua i patrē a ruſticis interemptū vſa eſt: in celū tranſlata virginis ſignū conſtituit. Vt ſaturnus equo. ſaturnꝰ cū phillira oceani filia cōcūbens: veritus ne opis vxoris aduētu deprehenderet: in equū ſe cōmutauit: ſicꝫ cētaurū genuit chironē. vñ Vir. libro georgicorū tertio. Talis et ipſe iubam ceruice effudit equina Coniugis aduētu pernix ſaturnꝰ: ꝛ altū Pelion hinnitu fugiens ipleuit acuto. Tenui limbo. ſubtili faſcia. Flaua virago. pallas formoſa. Celeſtia crimina. deorū flagitia. hoc aūt ꝑtextu pallas veſtes illas merito dilaceraſſe videt. De monte cytoriaco. Cytorus mons eſt paphlagonie buxis abūdās. ꝗꝗ Cyteriaco corrupte fere legatur. Ter quater. ſepius. Idmonie. idmonis filie. poſſeſſiuū ei pro patronymico eſt poſitū. Lexꝫ eadeȝ

Varie neptuni metamor.

Aureus vt danaen. aſopida luſerit ignis.
Mnemoſynē paſtor: variuſꝫ deolida ſerpēs.
Te quoꝫ mutatum toruo neptune iuuenco
Virgine in eolia poſuit. tu viſus enipeus
Gignis et aloidas. aries biſalpida fallis.
Et te flaua comas frugum mitiſſima mater
Senſit equum. te ſenſit equū crinita colubris
Mater equivolucris. ſenſit delphia melātho.
Omnibus his faciemꝫ ſuam faciēꝫ locorum
Reddidit. eſt illic agreſtis imagine phebus.

Apollinis metamor.

Vtꝫ modo accipitris pēnas: mō terga leonis
Geſſerit. vt paſtor macareida luſerit iſſen.

Bacchus in vuam

Liber vt erigonem falſa deceperit vua.

Saturnus in equum

Vt ſaturnus equo geminum chirona crearit.
Vltima pars tele tenui circundata limbo
Nexilibus flores hederis habet intertextos.
Non illud pallas. non illud carpere liuor
Poſſit opus. doluit ſucceſſu flaua virago.
Et rupit pictas celeſtia crimina veſtes.
Vtꝫ cythoriaco radium de monte tenebat:
Ter quater idmonie frontē ꝑcuſſit arachnes.

Arachne i araneam

Non tulit infelix: laqueoꝫ animoſa ligauit
Guttura. pendentē pallas miſerata leuauit.
Atꝫ ita. viue quideȝ. pende tñ improba dixit:
Lexꝫ eadem pene: ne ſis ſecura futuri:
Dicta tuo generi ſeriſꝫ nepotibus eſto.
Poſtea diſcedens ſuccis hecateidos herbe
Sparſit: et extemplo triſti medicamine tacte
Defluxere come: cum quis et naris et aures.
Fitꝫ caput minimuȝ: totoꝫ eſt corpore pua.
In latere exiles digiti pro cruribus herent.

pene. Eadẽ inquit pena etiam poſteri tui afficiãtur. Dicta eſto. ſit ſtatuta. Hecateidos herbe. ab hecate medee matre inuente: q̃ prima venenoſas herbas inueniſſe narratur: illiſqꝫ perſeũ patrẽ peremiſſe. Hecate etiã ꝓſerpina dr̃ et luna et diana. quenã vero hecates ſit herba: non memini me legiſſe. Ceterũ veneficijs apta eſſe videtur. Triſti. noxio. Exiles. tenues. ſubtiles. Lydia tota fremit. hec ideo a poeta inferuntur: vt cõmodius niobes mutationẽ in ſaxũ cũ ſuperiore fabula cõiungat. Niobe nãqꝫ tantali filia cũ ex amphione marito ſeptẽ filios: ac totidem filias genuiſſet: ſe potius q̃ latonaz venerandã eſſe contẽdebat: ꝓhibebatqꝫ ne q̃s in ſuo regno latone ſacrificare auderet. Quare indignata latona apollinẽ ac dianaz rogauit: ne ſe tãta iiuria affici paterentur Sumptis igitur arcubus: et ſagittis ad vnũ oẽs primũ niobes filios itremuerunt: qđ quidẽ amphion cũ ferre non poſſet: ſeipſum interfecit. Niobe vero morte filioꝝ indignata cũ dijs maledixiſſet et filias ſagittis confectas vidit: et ipſa i ſaxũ: qđ ẽt num lachrymare videtur fuit commutata. Sipylũqꝫ colebat. Sipylus vrbs eſt phrygie. vñ originem niobe traxit. Popularis nõ plebeie: ſed q̃ de illiꝰ populo fuerat. Minoribus. humanioribꝰ. Multa dabãt aĩos. multa inquit illam reddebant ſuperbam. Nec cõiugis arces. Amphiõ maritus niobes rex thebarum fuit: cuius vrbis muros arceſqꝫ edificaſſe fertur Manto filia fuit tyreſie vatis paterne artis peritiſſima: a qua Mantua vrbs fuit appellata. Iſmenides. thebãe mulieres: ab iſmeno fluuio dicte. Latonigenis duobus. apollini et diane. Lauroqꝫ innectite crinem. caput lauro coronate. Ore meo latona iubz. ac ſi diceret: ore meo latona loquitur: hocqꝫ vobis mandat. Alta. elata. Quis furor auditos. oratio indignationis plena niobe decenter attribuitur: vt que adeo erat felicitate elata: vt ſe latõe auderet preferre. Auditos celeſtes. auditos deos. Viſis dijs. quos quotidie videtis. Certior eni aure arbiter eſt oculus. nimiũ aũt ſupbe ſe q̊z deam eſſe: ac maritum deum niobe ait. Mihi tantalus auctor. pater. Niobe ei tantali filia fuit Pleiadum ſoror eſt genitrix mea. niobes mater taygeta fuit vna ex pleiadibus Atlantis filiabus. Jupiter alter auus. paternus. nã tantalus iouis fuit filius. Socero illo. ioue. Amphion eni iouis fuit filius ex antiopa. Fidibuſqꝫ mei cõmiſſa mariti. amphion tantum muſica valuiſſe narratur et cithara: vt et arbores et ſaxa illũ ſequerentur: quibus maxime thebas amplificauit. Cõmiſſa. compoſita. conſtructa.

Niobe in marmor.

Cetera venter habet. de quo tñ illa remittit
Stamen: et antiquas exercet aranea telas.
Lydia tota fremit: phrygieqꝫ ꝑ oppida facti
Rumor it ⁊ magnũ ſermonibꝰ occupat orbez.
Ante ſuos niobe thalamos cognouerat illaz:
Tunc cum meoniam virgo ſipylũqꝫ colebat.
Nec tñ admonita ẽ pena popularis arachnes
Cedere celitibus verbiſqꝫ minoribus vti.
Multa dabãt aĩos. ſed eni nec cõiugis arces:
Nec genus amborum magniqꝫ potentia regni
Sic placuere illi: quãuis ea cuncta placerent:
Vt ſua progenies. ⁊ feliciſſima matrum
Dicta foret niobe: ſi non ſibi viſa fuiſſet.
Nam ſata tireſia venturi preſcia manto
Per medias fuerat diuino concita motu
Vaticinata vias. iſmenides ite frequentes:
Et date latone latonigeniſqꝫ duobus
Cũ prece thura pia: lauroqꝫ innectite crinem.
Ore meo latona iubet. paretur. et omnes
Thebaides iuſſis ſua tpa frondibus ornant:
Thuraqꝫ dãt ſanctis et verba precãtia flãmis.
Ecce venit comitum niobe celeberrima turba
Veſtibus intexto phrygiis ſpectabilis auro:
Et quantũ ira ſinit: formoſa: mouẽſqꝫ decoro
Cũ capite imiſſos humerũ ꝑ vtrũqꝫ capillos:
Cõſtitit: vtqꝫ oculos circũtulit alta ſuperbos
Quis furor auditos iquit preponere viſis
Celeſtes: aut cur colitur latona per aras:
Numẽ adhuc ſine thure meũ eſt. mihi tãtalus
Cui licuit ſoli ſupoꝝ tãgere menſas. (auctor
Pleiadũ ſoror eſt genitrix mea. maximꝰ atlas
Eſt auus: ethereum qui fert ceruicibus axem.
Jupiter alter auus. ſocero quoqꝫ glorior illo.
Me gentes metuũt phrygie. me regia cadmi
Sub domina eſt: fidibuſqꝫ mei cõmiſſa mariti
Menia cum populis a me viroqꝫ reguntur.

Aduerti.conuerti. Accedit eodem.ad idem adiungitur. Genitā titanida ceo. Latonam. latona filia fuit cei gigantis:que a ioue compreſſa apollinem ſimul et dianam concepit.qđ quidem adeo egre tuliſſe iuno dicit vt pythonem immiſerit ſerpentem:qui eam per totum terrarum orbem inſectaretur:nec vſq̃ parere permitteret. Fugiens igitur latona ab Aſterie ſorore:que et ipſa a Ioue amata primum in ortyga:hoc eſt i coturnicem:deinde in ſcopulum mobilem atq̃ inſtabilem fuit conuerſa:ſuſcepta ſtatim apollinem ſimul ⁊ dianā peperit:qui et pythonem ſerpentem ſagittis confixerunt: et inſulam in qua nati erant:ir.mobilem reddiderunt:que quidē poſtea delos fuit appellata:ꝙ cū diu ſub aquis latuiſſet tādem apparuiſſet ſeq̃ oſtendiſſet. dilos manifeſtꝰ nāq̃ interpretat̄. Titanida. neptem titanū:a quibꝰ gigantes originem traxere. Maxima quondam exiguam. antitheton. hoc eſt contrarium. Maxima ei exigue opponitur. ira aūt iunonis nuſq̃ in tota terra locum inuenit latona:vbi parere poſſet. Dea veſtra. cū quodam contemptu hec a niobe dicūtur. Exul erat mūdi.a toto exulabat mundo. Inſtabileq̃ locuꝫ delos dedit. delos:vt dixi:que et ortygia fuit appellata:idcirco inſtabilis fuiſſe dicitur ꝙ crebro terremotibus quateretur donec oraculo admoniti illic cadauera deſierunt ſepelire. Ite ſacris. diſcedite a ſacris execrandis. vt Vir. Auri ſacra fames. Infecta. non facta. non finita. Quodq̃ licet. qđ poſſunt etiam niobe prohibente. Turba quantum diſtabat ab orba. Latona inquit tam eſt īdignata turba filiorum niobes:ꝙ̃ ipſa ab orbitate aberat:per qđ ſignificatur vehemēter indignatam fuiſſe. Cynthi. cynthus mons eſt deli. vñ ⁊ apollo cynthius et diana cynthia vocantur. En ego veſtra parens. Hac oratione latona apollinem ſimul et dianam incendit ad vlciſcendam iniuriam a niobe acceptā Animoſa. magnanima ac ſuperba. An dea ſim dubitor. licentia poetica dubitor in paſſiua et voce et ſignificatione poeta finxit:cum dubito verbum ſit abſolutum. Cultis aris. exornatis altaribus. Tantalis. tantali filia: cū quodaꝫ aūt contemptu tantalida nioben latona appellat:ac ſi diceret filia tātali:qui propter impietatem in deos detruſus ad inferos maximis afficitur penis. Linguam paternam. linguam inquit tantali patris pre ſe tulit:qui deorꝫ arcana vulgauit. Deiectura preces. cum hec inquit latona retuliſſet:preces adiectura erat Phebe:diana que eadem eſſe cum luna dicitur

In quācunq̃ domus aduerti lumina partem:
Immenſe ſpectantur opes. accedit eodem
Digna dea facies. huc natas adiice ſeptem.
Et totideꝫ iuuenes:⁊ mox generoſq̃ nuruſq̃:
Querite nunc habeat quā nr̄a ſupbia cauſam:
Quoq̃ modo audetis genitam titanida ceo
Latonā preferre mihi:cui maxima quondam
Exiguam ſedem pariture terra negauit:
Nec celo. nec humo. nec aq̄s dea vr̄a recepta ē
Exul erat mundi:donec miſerata vagantem
Hoſpita tu terris erras. ego dixit i vndis:
Inſtabileq̃ locum delos dedit. illa duorum
Facta parēs. vteri pars hec eſt ſeptima noſtri.
Sum felix. quis ei neget hoc:felixq̃ manebo.
Hoc quoq̃ quis dubitat:tutaꝫ me copia fecit.
Maior ſum ꝙ̃ cui poſſit fortuna nocere.
Multaq̃ vt eripiat:multo mihi plura relinq̄t.
Exceſſere metum mea iam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum poſſe meorꝫ.
Non tñ ad numerum redigar ſpoliata duorū.
Ite ſacris propere ſacris:laurūq̃ capillis
Ponite. deponūt:et ſacra infecta relinquunt:
Quodq̃ licet:tacito venerant̄ murmure numē
Latone. turba quantum diſtabat ab orba.
Indignata dea eſt:ſummoq̃ in vertice cynthi
Talibus eſt dictis gemina cum prole locuta.
En ego veſtra parens:vobis animoſa creatis:
Et niſi iunoni nulli ceſſura dearum:
An dea ſim dubitor:perq̃ omīa ſecula cultis
Arceor:o nati niſi vos ſuccurritis aris.
Nec dolor hic ſolus. diro conuitia facto
Tantalis adiecit:voſq̃ eſt poſtponere natis
Auſa ſuis:et me qđ in ipſam recidet orbam
Dixit:et exhibuit linguam ſcelerata paternā.
Deiectura preces erat his latona relatis.
Deſine phebꝰ ait. pene mora lōga querela eſt.
Dixit idem phebe:celeriq̃ per aera lapſu

Contigerant tecti cadmeida nubibus arcem:
Planus erat lateq; patens ꝓpe menia cãpus
Aſſiduis pulſatus equis: vbi turba rotarum
Duraq; mollierat ſubiectas vngula glebas.
Pars ibi de ſeptem genitis amphione fortes
Conſcendunt in equos: tyrioq; rubẽtia ſucco
Terga ꝑmũt. auro grauidis moderant̃ habe(nis
E quib⁹ iſmenos: q̃ matri ſarcinã quõdã
Prima ſue fuerat. dum certum flectit in orbẽ
Quadrupedis curſu ſpumãtiaq; ora coercet:
Hei mihi conclamat: medioq; in pectore fixa
Tela gerit: frenisq; manu moriente remiſſis
In latus a dextro paulatim defluit harmo.
Proximus audito ſonitu per inane pharetre
Frena dabat ſipylus: veluti cũ ꝑſcius imbres
Nube fugit viſa: pendentiaq; vndiq; rector
Carbaſa deducit: ne qua leuis effluat aura.
Frena tamen dantem non euitabile telum
Cõſequitur: ſummaq; tremẽs ceruice ſagitta
Heſit: et extabat nudum de gutture ferrum.
Ille vt erat ꝓnus per crura admiſſa iubaſq;
Voluitur: et calido tellurem ſanguine fedat.
Phedimus infelix: et auiti nominis heres
Tantalus: vt ſolito finem impoſuere labori:
Tranſierãt ad opus nitide iuuenile paleſtre.
Et iam contulerant arcto luctantia nexu
Pectora pectoribus: cu; tẽto concita neruo:
Sicut erant iuncti: traiecit vtrunq; ſagitta.
Ingemuere ſimul. ſimul incuruata dolore
Membra ſolo poſuere. ſimul ſupina iacentes
Lumina verſarũt. animam ſimul exhalarunt:
Aſpicit alphenor: laniataq; pectora plangẽs
Euolat vt gelidos cõplexibus alleuet artus:
Inq; pio cadit officio. nam delius illi
Intima fatifero rupit precordia ferro.
Qd ſimul eductũ eſt. ps ẽ pulmonis in hamis
Eruta: cumq; anima cruor ẽ effuſus in auras.
At non intonſum ſimplex damaſitona vulnus
Afficit. ictus erat qua crus eſſe incipit: et qua
Mollia nodoſus facit internodia poples.
Dumq; manu tẽtat trahere exitiabile telum:
Altera per iugulũ pẽnis tenus acta ſagitta ẽ.
Expulit hanc ſanguis: ſeq; eiaculatus in altũ

Cadmeida arcem. thebas a cadmo extructas. Planus erat. topographia hoc eſt loci deſcriptiõ: in quo niobes filij et equos agitare et ſe conſueuerant exercere. Tyrio ſucco. purpura tyria ſignificat autem ephippia purpurea fuiſſe. Auro grauidis. grauibus auro et ornatis atq; auratis. E q̃bus iſmenos. maximus natorum amphionis et niobes iſmenos fuit ab iſmeno beotie fluuio appellatus. Prima ſarcina. primum vteri onus. nam primogenitus erat. Quadrupedis. equi. Defluit. decidit. Per inane. per aerẽ. Sipylus. a ſipylo vrbe cognominatus: cum ſagitte ſtridorem audiſſet fugere cepit. ceterum apollinis ſagittam vitare non potuit. Frena dabat. equum currere permittebat. Preſcius. precognoſcẽs futurã tempeſtatem. Summa ceruice in colli ſummitate. Extabat. eminebat. extra ſtabat. per qd ſignificat collum ſagitta fuiſſe tranſfixũ. Per crura admiſſa. propinqua. equo aſtricta. Fedat. maculat. inficit. deturpat. Solito labori. cõſuete equorum agitationi. Nitide paleſtre. ſplendide propter oleum quo ſe luctaturi perungebant. Et iam cõtulerant. iam inquit luctari ceperãt. Arcto nexu. ſtricto amplexu Concita ſagitta. emiſſa impulſa. Traiecit. tranſfixit. Lumina verſarũt. oculos voluerunt. vt ſolẽt morientes. Exhalarunt. expirauerũt. Laniataq; pectora plangens. hoc eſt laniens et percutiens pectora ſua ob morte; fratrũ Alleuet. extollat. Precordia. inteſtina que cordi pretenduntur. In hamis. in hamato ſpiculo. Fatifero. mortifero Cunq; anima. eorum videtur hoc loco poeta ſequi opinionẽ: qui ſanguinẽ anime ſedem eſſe aiunt. Intõſum damaſitona. comatum. Afficit. conficit interficit. Internodia poples. internodium ſpaciũ dicitur inter duos nodos ſitum. poples autẽ poſterior genu ps eſt. Exitiabile. peſtiferum: quod etiã exitiale dicitur. Pennis tenus. vſq; ad pẽnas. tenus autẽ poſtponitur quidem ac fere ſi plurali numero cõiungitur cum genitiuo copulatur. vt Virgilius. Et crurum tenus a mẽto palearia pendent. cum ſingulari autem iuncta ablatiuum expoſcit. vt capulo tenus abdidit enſem.

Niobes filij

Terebrata aura.perforato aere. Motus erat architenens.apollo inq̄t precibus ilionei vltimi n.iobes filij motus eſt:verū iam ſagittā miſerat irreuocabilē. Certā fecere.admonuere:quod in ſoluta oratione certiorē facere dicimus. Mirātē potuiſſe.deos ſubintelligamus tot filios ſuos iterficere. Tātum iuris.tantum poteſtatis. Adacto ferro.impulſo gladio. amphion enim de filiorū morte certior factus doloris impatiens ſeipſum interfecit. Cū luce cum vita. Heu quantū niobe. miſeretur poeta niobes:que pauloāte ſuperbiſſima:nunc abiectiſſima filiorū morte videtur eſſe facta. Diſtabat.differebat. Latois aris.a latone altaribus. nā latous a greco nominatiuo lito deriuatur. Reſupina.ſuperba.elata. Inuidioſa.in ſe inuidiam concitans. Vel hoſti.etiam inimicis: non ſolum amicis. Gelidis.mortuis. Liuentia.pallentia ob nimiā indignationem. Paſcere crudelis.niobe morte filiorum in furorem acta latone inuidiā facit. Miſere felici.antitheton elegantem maxime reddens orationē:hec autē idcirco niobe furioſa iactat q̄ ſeptē ei filie ſupererant. Atris.pullis.nigris. Ante toros.añ lectulos fratrū in q̄bus erant ↄpoſiti vt efferrent̄. Demiſſo crine.diſſolutis capillis. Viſcere.in viſceribus Impoſito ore fratri.ſignificat eā inter oſculandū fratrē periſſe. Duplicata.implicata.impedita. Vulnere ceco.occulto.qđ non apparebat. Oraqꝫ compreſſit.os clauſit. Niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.hoc eſt niſi dum ſpiritum emittebat.tunc enim os non cōpreſſerat: ſed apertū tenebat. Illa ſorori immoritur inherens ſubaudiat̄. Sexqꝫ leto datis ſex interfectis. Occidit.mortua ē. Orba reſedit.filijs omnibus ꝑuata:id qđ ipſa pauloante obiecerat latone. Exaīes inter natos.inter filios mortuos. Diriguit.rigida ac dura ē facta. Mat̄ īfortunijs.ac liberoꝝ acerbiſſima morte. Nullos mouet aura capillos.iā enī in ſaxū fuerat ↄmutata. Meſtꝫ genis gener merorꝭ ⁊ leticie ſunt indices. Congelat.frigida et dura fit. Intra quoqꝫ viſcera ſaxum eſt.etiam inteſtina inquit ſaxea fuerūt effecta.

Amphionis mors.

Emicat:et longe terebrata proſilit aura.
Ultimus ilioneus non profectura precando
Brachia ſuſtulerat.diiqꝫ o cōmuniter omnes
Dixerat:ignarus non omnes eſſe rogandos:
Parcite motus erat. cū iam reuocabile telū
Non fuit arcitenens.minimo tn̄ occidit ille
Vulnere:non alte percuſſo corde ſagitta.
Fama mali populiqꝫ dolor lachrymeqꝫ ſuorū
Tam ſubite matrem certā fecere ruine.
Mirantem potuiſſe:iraſcentemqꝫ quod auſi
Hoc eſſent ſuperi.quod tātum iuris haberēt.
Nam pater amphion ferro per pectus adacto
Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
Heu quātū hec niobe:niobe diſtabat ab illa:
Que modo latois populū ſummouerat aris:
Et mediā tulerat greſſus reſupina per vrbem
Inuidioſa ſuis.at nunc miſeranda vel hoſti
Corporibus gelidis incumbit:et ordine nullo
Oſcula diſpenſat natos ſuprema per omnes.
A quibus ad celum liuentia brachia tollens:
Paſcere crudelis noſtro latona dolore:
Paſcere ait:ſatiaqꝫ meo tua pectora luctu:
Corqꝫ ferum ſatia dixit.per funera ſeptem
Efferor.exulta:victrixqꝫ inimica triumpha.
Cur autē victrix:miſere mihi plura ſuperſunt:
Q̄ tibi felici.poſt tot quoqꝫ funera vinco.
Dixerat:et ſonuit contento neruus ab arcu:
Qui preter nioben vnam conterruit omnes.
Illa malo eſt audax.ſtabant cū veſtibus atris
Ante toros fratrū demiſſo crine ſorores.
E quibus vna trahens herentia viſcere tela:
Impoſito fratri moribunda relanguit ore.
Altera ſolari miſeram conata parentem
Conticuit ſubito:duplicataqꝫ vulnere ceco ē:
Oraqꝫ compreſſit:niſi poſtq̄ ſpiritus ibat.
Hec fruſtra fugiens collabitur.illa ſorori
Immoritur.latet hec.illā trepidare videres.
Sexqꝫ datis leto:diuerſaqꝫ vulnera paſſis:
Ultima reſtabat:quā toto corpore mater.
Tota veſte tegēs vnam minimāqꝫ relinque
De multis:minimāqꝫ poſco clamauit:et vnā
Duqꝫ rogat:pro q̄ rogat occidit.orba reſedit
Exanimes inter natos nataſqꝫ virumqꝫ:

Flet tamen.Quis niobe in ſaxũ fuerit transformata:flere tamẽ videt. Turbine validi venti.impetu vehe= mentis venti.eſt enĩ turbo ventus cum fragore violentus ꝓxima queqꝫ proſternẽs. In patriam rapta eſt hoc eſt.ſipylum delata ē:vbi etiã num flere videt.qđ idcirco fingitur:qꝛ ſipylenũ marmor ſudare perhibet Liquitur.liqueſcit.Manãt lachrymis.emittunt lachrymas. Tunc vero cuncti.narraturus poeta quõ la tona a quibuſdã lycie ruſticis bibere prohibita:eos in ranas cõuertit:more ſuo quedã interſerit quibus cõ= modius fabule iũgant.Gemillipare diue.latone que gemellos peperit apollinẽ et dianã. Lycie quoqꝫ fer tilis agris.latona cũ apolline dianãqꝫ peperiſſet:irã iunonis fugiens in lyciã vſqꝫ vna cũ infantibꝰ puenit:vbi feſſa ſitiqꝫ cõfecta cũ bibere e quodam lacu vellz a ruſticis qbuſdã pedibus aquã proculcantibus.prohibita fuit.qua in iuria dea indignata eos oẽs in ranas ꝯuertit.lycia aũt eſt aſie regio finitima lydie.Spreuere.cõtẽpſerunt. Non im pune.non ſine ſupplicio:ſed cuz maxi ma pena.nã ĩ ranas oẽs fuerũt ꝯuerſi Ignobilitate virorũ.ruſtici nãqꝫ erãt viliſſimi. Prodigio.miraculo.Luſtro circumeo ad eligẽdos boues. Sacro rũ fauilla.ſacrificiorũ cinere. Stabat erecta erat.Reſtitit.ſubſtitit.ex priſco rum aũt cõſuetudine nos quoqꝫ ſacel la ꝑtereũtes deos rogamus: vt nobis ſint adiumẽto. Montanũ numẽ.qua lis eſt faunus. Regia cõiunx.iuno re gis deorũ hoĩmqꝫ vxor.nã iuno vt dixi mus cũ reſciuiſſet latonã ex ioue con cepiſſe:illã ꝑ totũ terrarũ orbez exagi= tauit ſicvt nuſqꝫ conſiſtere poſſet. Or bem interdixit.cũ interdico verbũ da= tiuo et ablatõ iungat:orbe mihi legẽdũ videt:nõ orbem.vt eſt fere in exempla ribus deprauatũ.vt enĩ aqua ꝛ igni in terdixiſſe alicui ppl'z Ro.dicimus: ſic orbe iunonẽ latone interdixiſſe poeta elegant dixit. Erratica delos:quã erra re inſtabilẽqꝫ eſſe idcirco poete finxe= runt.qꝛ crebro terremotu vexabat do nec ex oraculo apollinis(vt ſcripſi)de= ſtiterũt illic cadauera ſepelire. Leuis cauſa eſt.idcirco ei nabat:qꝛ leuis erat Nabat.fluitabat.nare enĩ ꝓprie dicũt aiata.fluitare inaiata. Cũ palladis ar bore.cũ oliua.Edidit:emiſit.pepit. In uita nouerca.cõtra voluntatẽ iunonis q̃ nouerca eſſe videbat apollinis ꝛ dia ne:cum iouis ſit vxor. Puerpera.mu lier a ptu recẽs puerpera dr. Iãqꝫ chi merifere.chimera mõs lycie carmibꝰ poetarũ notiſſimus.fingit aũt a poetiſ fera eſſe:pedes habẽs ſerpentinos.ca pre vẽtrẽ.caput leonis flãmas vomẽs eo ꝙ ad montis radices ſint ſerpẽtes in medio capre:leones ad verticez:qui etiã modo ardere dicitur.ſane chime= ram greci capram vocant Chimeri= fere.chimeras ferentis et capras.

Lycii ru= ſtici in ra= nas.

Diriguitqꝫ malis.nullos mouet aura capilloſ
In vultu color eſt ſine ſanguine lumĩa meſtis
Stãt immota genis.nihil eſt in imagine viuũ.
Ipſa quoqꝫ interius cum duro lingua palato
Congelat:et vene deſiſtunt poſſe moueri.
Nec flecti ceruix.nec brachia reddere geſtus.
Nec pes ire poteſt.intra quoqꝫ viſcera ſaxũ ē.
Flet tamen:et validi circundata turbine vẽti
In patriam rapta eſt: vbi fixa cacumĩe mõtis
Liqtur:et lachrimis ẽt nũc marmora manãt.
Tunc vero cũcti manifeſtam numinis iram
Femina virqꝫ timent.cultuqꝫ impenſius oẽs
Magna gemillipare venerãtur numina diue.
Utqꝫ fit a facto propiore priora renarrant.
E quibus vnus ait:lycie quoqꝫ fertilis agris
Non impune deam veteres ſpreuere coloni.
Res obſcura quidẽ eſt ignobilitate virorum:
Mira tamen.vidi preſens ſtagnũqꝫ locumqꝫ
Prodigio notum.nam me iam grandior euo
Impatienſqꝫ vie genitor deducere lectos
Iuſſerat inde boues:gentiſqꝫ illius eunti
Ipſe ducem dederat:cũ quo duz paſcua luſtro
Ecce lacu medio ſacrorum nigra fauilla
Ara vetus ſtabat tremulis circũdata cannis.
Reſtitit et paruo faueas mihi murmure dixit
Dux meꝰ:ꝛ ſimili faueas mihi murmure dixi.
Naiadum fauni ne foret tamen ara rogabam:
Indigeneue dei:cum talia rettulit hoſpes.
Non hac o iuuenis montanũ numen in ara ē.
Illa ſuã vocat hanc:cui quondã regia cõiunx
Orbe interdixit:quam vix erratica delos
Errantem accepit:tunc cũ leuis inſula nabat.
Illic incumbẽs cum palladis arbore palme:
Edidit inuita geminos latona nouerca.
Hinc quoqꝫ iunonem fugiſſe puerpera fertur
Inqꝫ ſuo portaſſe ſinu duo numina natos.
Ianqꝫ chimerifere: cũ ſol grauis vreret arua:
Finibus in lycie longo dea feſſa labore

Sidereo ſiccata ſitim collegit ab eſtu:
Uberaqꝫ ebiberant auidi lactentia nati.
Forte lacū mediocris aque proſpexit in imis
Uallibus. agreſtes illic fruticoſa legebant
Uimina cum iuncis: gratāqꝫ paludibus vluā.
Acceſſit: poſitoqꝫ genu titania terram
Preſſit: vt hauriret gelidos potura liquores.
Ruſtica turba vetat. dea ſic affata vetantes.
Quid ꝓhibetis aquas: vſus cōmunis aq̄rū ē.
Nec ſolem proprium natura. nec aera fecit.
Nec tenues vndas. ad publica munera veni.
Que tñ: vt detis: ſupplex peto. nō ego noſtros
Abluere hic artus: laſſataqꝫ membra parabā.
Sed releuare ſitim. caret os humore loquētis
Et fauces arent: vixqꝫ eſt via vocis in illis.
Hauſtus aque mihi nectar erit: vitāqꝫ fatebor
Accepiſſe: ſimul vitam dederitis in vndis.
Hi quoqꝫ vos moueāt: q̇ noſtro brachia tēdūt
Parua ſinu. et caſu tendebant brachia nati.
Quē non blāda dee potuiſſent verba mouere:
Hi tamen orantem perſtant ꝓhibere: minaſqꝫ
Ni procul abſcedat: cōuitiaqꝫ inſuper addūt.
Nec ſatis eſt. ipſos etiā pedibuſqꝫ manuqꝫ
Turbauere lacus: imoqꝫ e gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim. neqꝫ enim iam filia cei
Supplicat indignis. nec dicere ſuſtinet vltra
Uerba minora dea: tollēſqꝫ ad ſidera palmas
Eternum ſtagno: dixit: viuatis in iſto.
Eueniunt optata dee. iuuat eſſe ſub vndis.
Et mō tota caua ſummergere mēbra palude.
Nūc ꝓferre caput. ſūmo modo gurgite nare.
Sepe ſuper ripam ſtagni conſiſtere: ſepe
In gelidos reſilire lacus. ſꝫ nūc quoqꝫ turpes
Litibus exercent linguas: pulſoqꝫ pudore:
Quāuis ſint ſub aq̄: ſub aq̄ maledicere tēptāt
Uox quoqꝫ iā rauca ē: īflataqꝫ colla tumeſcūt.
Ipſaqꝫ dilatant patulos cōuicia rictus.
Terga caput tangūt. colla intercepta videnť.
Spina viret. vēter pars maxima corpis albet.
Limoſoqꝫ noue ſaliunt in gurgite rane.
Sic vbi neſcio quis lycia de gente virorum
Rettulit: exitium ſatyri reminiſcitur alter:

Ab eſtu ſidereo. a calore ſolis. Legebant. colligebāt. Cum iuncis. iuncus herba eſt paluſtris ſine nodo. Gratāqꝫ paludibus vluaꝫ. vlua herba eſt in paludibus naſcens. vnde etiam paludibus grata ab Ouidio perhibetur. Poſitoqꝫ genu. eleganter geſtum exprimit de lacu aquam haurire volentis. Uſus communis aquarum. iure gentium aque omnibus hominibus ſunt communes. Ad publica munera. publica ſunt que nullius quidem ſunt: ſed omniū. Uixqꝫ eſt via vocis. vix emittere vocem poteſt. Hauſtus aque. potus aque mihi loco nectaris ac ſuauiſſimus erit. Simul vitam dederitis in vndis. poſtq̄ꝫ mihi vitam aquis inſtaurauerítis. videtur eē heme ſtichiō ennij poete. vñ et dederitis verbi penultima eſt producta. Tendunt porrigunt. Hi tamen orātem. pulchre ruſticorum ſeruat decorum: qui rogati contumacius ſuperbi vſqꝫ ſe gerunt. Perſtant. perſeuerant et inſtāt. Conuicia. cōtumelias. Mouere. commouerūt. Saltu maligno. hypallage eſt. ipſi nanqꝫ maligni intelliguntur. Diſtulit ira ſitim. hoc eſt ira fuit cauſa differende ac ꝓlongande ſitis. Filia cei latona. Ultra. vlterius. Minora dea. humiliora q̄ꝫ vt dee conuenientia ſint Eternum. ſemper ⁊ in eternum. nomē pro aduerbio poſitum. Et modo tota eleganter ranarum et naturam et corpus deſcribit poeta. Summo gurgite. in ſūmitate gurgitis et ſtagni. Turpes linguas. contumelioſas. Patulos rictus. hiantia ora. Colla intercepta. de medio reciſa. nam rane collo carent. Spina viret. tergum viride eſt. Sic vbi neſcio quis. ignobilem hac locutione eum fuiſſe ſignificat qui ſuperiorem rettulit fabulam. Exitium ſatyri. calamitoſum exitum. marſias autem ſatyrus fuit. tibias inflandi adeo peritus: vt cum apolline certare ſit auſus: quem ſuperatuꝫ indignatus apollo pelle atqꝫ cute priuauit. ex eius vero corpore tantus defluxit ſanguis: vt a terra exceptus in fluuium fuerit commutatus: qui a ſatyri nomine marſias fuit appellatus. eſt autem phrigie fluuius in meandrum labens.

Marſias fluuiuꝫ

Latous apollo. latone filius. Tritoniaca arũdine. tibia ex arundine tritoniaca ꝯfecta. eſt enĩ metonymia. tritonis aũt palus eſt libye: iuxta quam pallas in virginali habitu apparuiſſe fertur. vnde et tritonia vocat. Quid me mihi detrahis. cur mihi meã pellem deripis. Ah non eſt tanti. vt ego hac pena affici debeã. Mi cant. pulpitant. Fibras. fibre. venule ſunt minores. Armenta bucera. hoc eſt boues valde cornutos. bu nãq ꝑticula eſt intentiua. keras aũt dicitur cornu. Concepit excepit. Ripis decliuibus pronis. atq inclinatis. Liquidiſſimus. puriſſimus. limpidiſſimus. Talibus exemplis. hec ad concinnẽ fabularum cõnexionẽ a poeta narrantur. Mater in inuidia eſt. niobes enĩ ſuperbia cauſa fuit mortis liberorũ. Fleſſe pelops. merito cuz niobes frater eſſet. pelops enim tantali fuit filius: quẽ coctũ pater diis epulandũ vt an omnia ſcirent experiretur cum appoſuiſſet omnes quidẽ preter vnam cererem ab eo abſtinuerunt. collectiſq in vnũ pelopis membris euocata a mercurio anima eius ab inferis priſtine ipſum vite reſtituerunt. ſed cũ ei ſiniſtrũ deeſſe humeruz animaduertiſſent: eburneũ affixerũt. ſicq pelops vite integer fuit reſtitutus. tãtalus vero ad inferos detruſus ſiti in aqs ac fame in ſumma pomoruz copia laborat. Suas veſtes. purpureas ac ſibi cõuenientes: illis eĩ depoſitis lugubres ac pullas ſumpſit. Corporeus. ex carne. nã corpus proprie viuentiũ. caro mortuorũ dicitur. a cadendo deducta. vt iã ſepius diximus. Ceſa mẽbra. trucidata. Qui locus eſt iuguli. periphraſis ẽ humeri. nã eſt medius inter iugulum et brachij ſummitatẽ. In vſuz. in locũ et officiũ. Partis nõ ꝯparẽtis. humeri non inuenti. Finitimi proceres coeunt. cõueniunt. congregãtur. hec aũt idcirco narrantur: vt quas metamorphoſis eſt deſcripturus: cõmodius cũ prioribus cõnectat. nã tereus rex thracum cũ athenas obſidione liberaſſet accepta in vxorem progne pandionis regis filia in thraciã rediit. vbi cũ iam filium ſuſcepiſſet: rogatus ab vxore vt aut ſe athenas deduceret: aut ſaltẽ ad ſe philomelã ſororẽ accerſeret: ꝓfect9 ipſe philomelã quidẽ a patre accepit: ſed cum in thraciã perueniſſet: nõ ſolũ ſtuprũ intulit: ſed linguã etiã: ne vulgare ſcelus poſſet ãputauit: ac ſtabulis mãcipauit. ceterũ philomela tanta crudelitate ſtimulata totũ infortuniũ ſuũ in velo deſcriptũ ſorori idicauit. ꝓgne vero furiis accẽſa bacchi ſacra ſe celebrare ſimulãs vna cũ bacchis ad ſororẽ venit: eãq ſecũ pãpinis tectã in vrbem adduxit: in cubiculoq ſuo occultauit. ꝑfectis vero bacchi ſacrificiis progne itym cõmunẽ filiũ interemit: cuius carnes coctas patri appoſuit comedendas. cũ vero tereus itym filiũ intercenãdũ frequẽter vocaret: philomela e cubiculo exiliẽs caput filij ac pedes in tereũ ꝓiecit: q ſtricto enſe cũ ambas ꝑſequeret: ipſe qdẽ in vpupã. itys in phaſianũ. ꝓgne in hirundinẽ. philomela in luſciniã ꝯuerſi fuiſſe narrant. Orauere: ire. poetica eſt locutio. nã orauere vt irẽt: in ſolutã oratiõe dicerem9 Ad ſolatia. ad cõſolationẽ pelopis: cuius ſoror niobe: cũ oĩbus liberis fuerat extincta. Argoſq. argos vrbs eſt clariſſima peloponneſi: que variis noibus eſt cognominata. nam et vrbs phoronica et egialea appellat: et argos hippoboton et hippium: q neptuni eqs paſcua ſuppeditauit. dipſion quoq ꝓpter aqrũ penuriã

Quem tritoniaca latous harundine victum
Affecit pena. quid me mihi detrahis inquit:
Ah piget. ah non eſt: clamabat: tibia tanti.
Clamãti cutis eſt ſumĩnos direpta per artus.
Nec q̃cq̃ niſi vulnus erat. cruor vndiq manat
Detectiq patent nerui: trepideq ſine vlla
Pelle micant vene. ſalientia viſcera poſſes
Et perlucentes numerare in pectore fibras.
forte inquit iaſon illo die formoſior fuit q̃ȝ conſueuerat. Tum deniq;. tunc ſolum. demum enim ⁊ deniq; interdũ ſolum. aliquando tandem ſignificant. Torum. lectum nuptialem ac nuptias ipſas. Triformis dee. hecates que et luna et diana et proſerpina credit̃ eſſe Lucoq; foret quod numen in illo. per prepoſitio ſubintelligatur hoc eſt per numen hecates perſei filie: que in illo luco colebatur. Perq; patrem ſoceri. per ſolem eete patrem: quem ſibi ſocerum medee coniugio cupiebat. Creditus. contra loquendi conſuetudineꝫ hoc participio vſus poeta eſſe videtur res enim credita eleganter dicitur. iaſon vero creditus nõ ita: niſi ꝑ ꝯmiſſo accipiatur: q̃ȝq̃ȝ creditus etiam gratus intelligi poſſit. Cantatas herbas. incãtatas: neq; enim medea hecate matre minor fuit venefica. Sacrum mauortis in aruum. in ſacrum martis lucum Medio agmine. media multitudine. Purpureus. purpuratus ac purpura ornatus. purpureũ eniꝫ dicimus quod totum ex purpura conſtat. purpuratũ vero purpura ornatum. Adamanteis naribus. que ne igne quidem poterãt domari. adamas nãq; lapis ẽ qui nulla alia re q̃ȝ hircino ſanguĩe domatur. vnde et nomem accepit. nam damaſo domo ſignificat. a vero particula ẽ priuatiua. Eripedes. ere pedes armatos habentes. Pleni camini. plene carbonibus ignitis fornaces. Silices ſoluti. periphraſis eſt calcis: in quã ſi immittatur aqua: cũ quodam ſtridore et ignem concipit: et diſſoluitur. Aſpergine. aſperſione. Uſta. combuſta. vt ꝑ que ignea flãma trãſeat. Truces. torui aſpectu. Ad ora venientis. ad faciem iaſonis venientis. Prefixa ferro in ſummitate ferrum habentia fixum Biſulco pede. bifidis pedibꝰ. quales boum eſſe vidcmus. Fumificis. fumũ efficientibus. ſpondeo autem in quinta carminis ſede eſt vſus poeta: vt boum mugitus exprimeretur. Diriguere. exhorruere. expalluere. Ullos ãhelatus. vllos ſpiritus flamme exeuntis ex ore taurorum. anhelatus ſecundũ regulam ab anhelando declinauit: q̃ȝ uis anhelitꝰ frequẽtius vſurpet̃. anhelare aũt eſt difficulter reſpirare. Tm̃ medicamĩa pñt. parẽtheſis acclamationẽ in herbas medicas ꝯtinens: in q̃rũ vires incredibil' rei cãȝ poeta refert

Tauri naribuſ ignẽ efflantes.

Pendula. palearia. pelles que a gutture boum pendēt palearia dicūtur. Ferroq; proſcindere. vomere exarare. Mirātur colchi. ſtupeſcūt rei nouitate. Spargit. diſſeminat. Semina precincta. infecta potēti veneno: vt ex quibus homines armati ſint nati. Sati. ſeminati. Utq; hominis ſpeciem. hac ſimilitudine declaratur quomodo dentes ſerpentis figuram contraxerint humanā. Per ſuos numeros. per ſuas omnes pticulas. Conſurgit. cooritur. In aruo feto. in agro fecundo. qui tot armatos peperit. Arma ſimul edita. ſimul nata cum illis hominibus. Torquere. cum impetu mittere. Pelaſgi. minye. theſſali. Ipſa quoq; medea. Et ſubito ſine ſanguine. qui timent et pallidi et frigidi fiunt. timore nāq; ſanguis ad cor a phiſicis refugere perhibetur. Gramina. herbe. Carmen auxiliare. incantationem opitulātem. Secretas artes. magicas artes occultas. Martē. bellum. Ciuili acie. pugna ciuili. Terrigene. ex terra geniti. Gratantur. letantur. gratulanturq; iaſoni victori. Affectu tacito. amore occulto. Et dijs auctoribus horum. dijs inferis. hecateq; in primis. Peruigilem. ſemper vigilantem. Supereſt. reliquū eſt ex ijs que iuſſerat eeta. Sopire. in ſomnū adducere. Herbis. herbarum viribus. Preſignis. inſignis. Auree arboris. in qua vellus aureum ſuſpenſum erat. eſt autem ſyneresis et coaugmētatio duarum vocaliū in vnā ſyllabam. niſi malimus dicere verſum eſſe hypermetrum. cum preſertim ſequēs verſus incipit a vocali. Lethei ſucci. ſomnum obliuionēq; inducētis. lithi enī vnde letheus declinatur obliuio dicitur. Uerba facientia. carmina inducentia. Siſtunt. ſtare faciunt. Heros eſonius. iaſon eſonides. poſſeſſiuum enī p patronymico poſuit. Muneris auctorem. medeam que auctor et cauſa fuit: vt iaſon vellere aureo potiretur. Victor. voti compos. Cecropios portus. ſic quidem fere legitur. ſicq; legēdum eſſe ego quoq; olim cōtendi. nunc cum in vetuſto exemplari animaduerterim colchiacos ſcriptuz eſſe facile ī eā ſuz adductus opinionē: vt ſentiā colchiacos in iolciacos eſſe cōmutandum. eſt enim iolcos: que et iaolcos dicitur ab Homero vrbs theſſalie iaſonis patria ab iolco amyri filio dicta: vt Stephanus de vrbibꝰ ſcribit. vnde iolcius et iolciatus declinatur. tametſi is qui hoc egregiuz opus e latina in grecā linguam tranſtulit: cecropias turres legat. hoc eſt kekropius pirgus. ſed et ipſe in deprauatum inciderat exemplar. de iolco autem meminit et Seneca. An maris vaſti domitrix iolcos. Emonie matres. hec ad copulationem ſequētis matamorphoſeos narratur. Iaſon enim cuz medea a colchis reuerſus eum eſonem patrem ſenio confectum oſtendiſſet vxorem medeam rogauit: vt ſibi ademptos annos patri apponeret. medea vero maius q̄ petebatur pollicita: varijs vndiq; herbis collectis: vnaq; concoctis eſonem iam decrepitum ad quadraginta annorum etatem reuocauit.

Dētes draconis i homines armatos.

Utq; hominis ſpeciez materna ſumit in aluo:
Perq; ſuos intus numeros ɔponitur infans:
Nec niſi maturus cōmunes exit in auras:
Sic vbi viſceribus grauide telluris imago
Effecta eſt hominis: feto conſurgit in aruo.
Quodq; magis mirū ē: ſil̄ edita cōcutit arma.
Quos vbi viderunt preacute cuſpidis haſtas
In caput emonii iuuenis torquere parantes:
Demiſere metu vultumq; animumq; pelaſgi.
Ipſa quoq; extimuit: que tutuz fecerat illum.
Utq; peti vidit iuuenem tot ab hoſtibus vnū:
Palluit: et ſubito ſine ſanguine frigida ſedit.
Neue parum valeāt a ſe data gramina: carmē
Auxiliare canit: ſecretaſq; aduocat artes.
Ille grauē medios ſilicez iaculatus in hoſtes
A ſe depulſum martem conuertit in ipſos.
Terrigene pereūt per mutua vulnera fratres:
Ciuiliq; cadunt acie. gratantur achiui
Uictoremq; tenēt: auidiſq; amplexibus herēt.
Tu quoq; victorē complecti barbara velles.
Obſtitit incepto pudor. at complexa fuiſſes:
Sed te ne faceres tenuit reuerentia fame.
Quod licet: affectu tacito letaris: agiſq;
Carminibus grates et dijs auctoribus horū:
Peruigilem ſupereſt herbis ſopire draconē:
Qui criſta linguiſq; tribus preſignis: et vncis
Dētibus horrēdus cuſtos erat arboris auree.
Hunc poſtq; ſparſit lethei gramine ſucci:
Uerbaq; ter dixit placidos facientia ſomnos
Que mare turbatū. que concita flumia ſiſtūt:

Somnus in ignotos oculos ubi venit: et auro
Heros eſonius potitur: ſpolioqꝫ ſuperbus
Muneris auctorem ſecū ſpolia altera portās
Victor iolciacos tetigit cum cōiuge portus.
Emonie matres pro natis dona receptis:
Grandeuiqꝫ ferunt patres: congeſtaqꝫ flāma
Thura liquefaciūt: indutaqꝫ cornibus aurum
Victima vota facit. ſed abeſt gratātibus eſon
Jam propior leto: feſſuſqꝫ ſenilibus annis.
Tum ſic eſonides. o cui debere ſalutem
Confiteor coniunx: q̄qꝫ mihi cuncta dediſti:
Exceſſitqꝫ fidem meritorum ſumma tuorum:
Si tn̄ hoc pn̄t (quod enī nō carmina poſſunt?)
Deme meis annis: et demptos adde parenti.
Nec tenuit lachrymas. mota ē pietate rogātis
Diſſimilemqꝫ animū ſubiit pater eeta relict⁹.
Non tamen affectus tales confeſſa: quod inq̄t
Excidit ore tuo cōiunx ſcelus? ergo ego cuiq̄ꝫ
Poſſe tue videor ſpacium tranſcribere vite?
Nō ſinat hoc hecate. nec tu petis equa. ſʒ iſto
Quod petis experiar maius dare mun⁹ iaſon
Arte mea ſoceri longū temptabimus euum
Non annis renouare tuis. mō diua triformis
Adiuuet: et preſens ingentibus annuat auſis.
Tres aberant noctes: vt cornua tota coirent:
Efficerentqꝫ orbem. poſtq̄ꝫ pleniſſima fulſit:
Et ſolida terras ſpectauit imagine luna:
Egreditur tectis veſtes induta recinctas.
Nuda pedem. nudis humeris infuſa capillos:
Fertqꝫ vagos medie per muta ſilentia noctis
Incomitata gradus. hoīes volucreſqꝫ feraſqꝫ
Soluerat alta q̄es. nullo cū murmure ſerpēs
Sopito ſimilis nullo cum murmure ſerpit:
Immoteqꝫ ſilent frondes. ſilet humidus aer.
Sidera ſola micāt: ad que ſua brachia tendēs
Ter ſe conuertit. ter ſumptis flumine crinem
Irrorauit aquis. ternis et hiantibus ora
Soluit. et in dura ſummiſſo poplite terra:
Nox ait arcanis fidiſſima: queqꝫ diurnis
Aurea cum luna ſucceditis ignibus aſtra:
Tuqꝫ triceps hecate: que ceptis ꝯſcia noſtris
Adiutrixqꝫ venis: cantuſqꝫ arteſqꝫ magorum:

Dona ferunt. templis ſubaudiatur. diis enim ſacrificabant propter filiorū reditum. Induta aurum. induta habens cornua auro. Victimarū nanqꝫ cornua iaurabant. Vota facit. pagit vota. Gratātibus. gratias diis agētibus. Jam propior leto. iam morti propinquus. Tunc ſic eſonides. dixit ſubaudiatur. O cui debere ſalutē. gratū ſe oñdit eē iaſon: quo facilius id qd̄ vult impetrare poſſit. eſt aūt ordo ꝛ ſenſus o cōiunx cui me cōfiteor debere ſalutē q̄qꝫ mihi cuncta dediſti ꝛ ſūma ac magnitudo tuorū meritorū fidē ſupauit. tn̄ deme mihi āños et dēptos appone meo patri. Si carmīa hoc efficere pn̄t reliqua p parēthesim legunt. Diſſimilem animum. impium qui nulla parētis pietate moueri ſolitus eſt. Non tamen affectus tales. non tamen inquit ſe vlla teneri patris eete pietate confeſſa eſt medea. Ergo ego cuiq̄ꝫ. amantis ſeruat decorum mulieris: que amati annos ꝑducere potius q̄ꝫ abbreuiare ſp cupit. quare īdignat medea ꝙ iaſon tā paꝝ ab ipa ſe amari putʒ vt poſſit ipſi demere annos: q̄s alii attribuat. Ergo aūt hoc loco affectui ꝛ indignationi ſeruit. ſic Auguſtus. ergo ne ſup̄mis potuit vox iproba verbis. Tranſcribere. tranſponere. Cuiq̄ꝫ. alicui q̄ mihi te ſit carior. Nec tu petis eq̄. honeſta. Diua triformis. hecate veneficorum carminūqꝫ auctor. Pn̄s. propicia. Annuat. cōſentiat. Vt cornua tota coirent. hoc eſt vt cornua lune tota cōplerent atqꝫ cōiungerent vt pleniluniū fieret. Nudos humeris infuſa capillos. ſynegdoche poetica. hoc ē per nudos humeros ſparſos capillos hn̄s Soluerat alta quies. intēpeſtā mediāqꝫ noctē fuiſſe oñdit. quo ipe omia in ſōnū aīalia reſoluunt. Irrorauit. inſpſit. Ternis et hiātib⁹ ora ſoluit. ter os inq̄t aperuit. Sūmiſſo poplite. ſūmiſſis genib⁹: ac flexis. Nox ait arcanis fidiſſima. inuocationes p̄ceſqꝫ medee deſcribit poeta venefice maxime ꝯueniētes. Diurnis ignibus. ſoli. Triceps hecate. luna q̄ eadē eſſe cum diana: ac proſerpina dicitur. idcircoqꝫ et triceps et triformis vocatur.

Eſon ex decrepito iuuenis.

Cantus.incatamenta. Adeſte.auxilio eſte.Concuſſaqꝫ ſiſto.agitata ſtare facio.Stantia freta.maria qeta nunqꝫ eni ſtat mare. Te quoqꝫ luna traho.de celo detraho. Temerata era.pcuſſa ereavaſa.temerare aūt ſignificat violare: vaſa vero tum cū pulſantur violari videntur. credit aūt vulgo luna veneficarū carminibus deficere:que ne ad ipſam poſſint peruenire:tinnitu ereorū vaſorū occurrit. Currꝰ quoqꝫ.tui ſubaudiātur.nā et luna curru vt ſol dicitur vehi. Uos mihi. in gratiā meā. Hebetaſtis.hebetes reddidiſtis ſic vt cōburere non poſſent.Uos ſerpentigenis.e dentibus ſerpentū genitis hoibus.In ſe.contra ſeipſos. Rudē ſomno.ſic quidē legit exponiturqꝫ expertē ſomni draconē atqꝫ puigilē. ſed cum hoc nomen rudis gtō iungat:aut ſomni mihi videt legendū aut certe rudem in rubrū vertendū quo quidē mō is qui in grecā linguā hoc opus puertit legere videtur.hoc ē phinikun philaka:vt ad criſtas et oculos rubentes referamus. Aurū.aureū vellus. Uindice.cuſtode dracone. Uolucrū draconum.alatorū: a qbus medea vehebat Permulſit.blāde pertractauit. Sublimis rapitur.in altū aerē tollitur. Deſpicit.deorſū aſpicit.Et cretis.ſecretis ac ſemotis. Quaſqꝫ altus pelion.figurate dictū eſt.altus ei ad montē refert ſunt aūt mōtes hi oēs theſſalie:de quibus multa in ſupioribus diximꝰ libris Perſpicit.diligenter inſpicit. Radice cū prepoſitio ſubaudiatur:vt cū radicibus euulſas herbas intelligamꝰ. Curuamine falcis ahene.falce erea curua Multa quoqꝫ eridani.nō ſolū inqt in mōtibus ſed etiā in fluuiorū ripis herbas collegit medea.cum aūt theſſalie fluuios enumeret poeta: iportune admodū de theſſalia in italiā ad eridanū fingit tranſiliſſe medea. quare loco eridani contenderim apidani eſſe legēdū cū preſertim apidanus:vt ante quoqꝫ diximus:notiſſimus teſſalie ſit fluuiꝰ. Nec eras imunis enipeu. apoſtrophe ad fluuiū:que immunē hoc ē ſine munere nō fuiſſe ait:qꝛ medea in illius qꝙ ripis multas collegit herbas. Iuncoſaqꝫ littora phebes. ſic quidē legit: ſed corrupte:vt mihi videt.neqꝫ enim phebe locus eē in theſſalia:qd ſciā inuenit.tametſi quidē imperiti phebē p delo inſula putēt accipiendā:qꝛ phebi et phebes.hoc ē apollinis et diane patria eſſe dicat.ſed cū theſſalie loca pagraſſe medeā poeta ſcribat inepta eſſe iſta expō coarguit.mihi vero loco phebes placet bebes legendū: vt qꝙ minimū poſſumus a ſilitudine noīm diſcedamꝰ.nā vt in nono refert Stra. bebe vrbs theſſalie fuit bebeidi lacui adiacēs.videt aūt poeta bebē p bebeide lacu poſuiſſe:cuiꝰ littora iūcoſa a iūcoꝝ multitudine vocat.huic aūt mee correctioni etiā appollonij interpres ille grecꝰ aſtipulat. Necnō peneꝰ.fluuiꝰ ē theſſalie peneꝰ q̇ ⁊ araxes fuit vocatꝰ:eo qꝛ oſſaꝫ abrūpit ab olipo.vñ ēt araxes armenie fuit appellatꝰ

Queqꝫ magos tellus pollētibꝰ inſtruis herbis
Aureqꝫ:et venti:monteſqꝫ:amneſqꝫ lacuſqꝫ:
Diiqꝫ oēs nemoꝝ:diiqꝫ omnes noctis adeſte:
Quoꝝ ope cuꝫ volui:ripis mirātibus amnes
In fontes rediere ſuos:concuſſaqꝫ ſiſto.
Stantia concutio cantu freta.nubila pello:
Nubilaqꝫ induco.ventos abigoqꝫ: vocoqꝫ.
Uipereas rumpo verbis et carmine fauces:
Uiuaqꝫ ſaxa: ſua cōuulſaqꝫ robora terra
Et ſiluas moueo:iubeoqꝫ tremiſcere mōtes:
Et mugire ſolum:maneſqꝫ exire ſepulchris.
Te quoqꝫ luna traho:qꝙuis temerata laboreſ
Era tuos minuāt.currꝰ quoqꝫ carmine noſtro
Pallent:ac pallet noſtris aurora venenis.
Uos mihi taurorū flāmas hebetaſtis: ⁊ vnco
Haud patiens oneris collū preſſiſtis aratro.
Uos ſerpentigenis in ſe fera bella dediſtis:
Cuſtodemqꝫ rudem ſomno ſopiſtis: ⁊ aurum
Uindice decepto graias miſiſtis in vrbes.
Nunc opus ē ſuccis:p quos renouata ſenectꝰ
In florem redeat:primoſqꝫ recolligat annos.
Et dabitis.neqꝫ eni micuerūt ſidera fruſtra:
Nec fruſtra volucrū tractus ceruice draconuꝫ
Currꝰ adeſt.aderat demiſſus ab ethere currꝰ.
Quo ſimul aſcendit:frenataqꝫ colla draconū
Permulſit:manibꝰqꝫ leues agitauit habenas
Sublimis rapitur: ſubiectaqꝫ theſalla tempe
Deſpicit:et cretis regionibꝰ applicat angues.
Et quas oſſa tulit:quaſqꝫ altus peliō herbas
Othryſqꝫ et pindus:⁊ pido maior olympus:
Perſpicit: et placitas partim radice reuellit.
Partim ſuccidit curuamine falcis ahene.
Multa quoqꝫ apidani placuert gramia ripis
Multa quoqꝫ āphriſi.nec eras imunis enipeu.
Necnō peneus.necnon ſperchiades vnde
Contribuere aliquid:iūcoſaqꝫ littora bebes.

Et euboica anthedone. anthedō vrbs ē beotie āthedone dicata dij filio: cuius pater fuit anthus neptuni filius ex alce abantis filia. eſt et alia anthedon in phenicia vnde anthedonius et anthedonites declinant. Viuax gramē. ab effectu: ꝙ vitā et reddat et cōſeruet. Nondū vulgatū. nondū vulgo notum. ī tranſcurſu autē poeta glauci quoq; metamorphoſin tangit. quā tñ in tertiodecimo libro copioſe deſcribit. nā glaucus cū eſſet piſcator animaduertit piſces tactu cuiuſdā herbe in mare reſiliētes: quā quidē cū et ipſe tetigiſſet: in mare exiliuit: ac in deū marinū cōuerſus ſcyllā vehementer amauit. Nec erant tacti. aliā quoq; metamorphoſin tangit. nam dracones illi alati odore tātum herbarum: quas medea collegerat: ſenectā depoſuerunt. Et tantū celo tegitur. nō etiā tecto. ſub diuo autē eam pernoctaſſe: nec domum intraſſe ſignificat poeta. Statuit. erexit. Iuuēte. iuuenilis etatis dee. Egeſta tellure. extracta terra. Scrobibus foſſis. Velleris atri. ouium nigrarum que hecate aliiſq; diis inferis ſunt grate. Carthesia. vaſa ſunt ad potādū accomodata. Virgilius primo eneidos. Hic duo rite mero libās carthesia baccho. carthesia etiam dicunt̄ ſumme nauis mali ptes: ꝑ quaꝝ foramina funes imittunt̄. Poſcit. inuocat. Umbrarū regem. plutonē. Rapta cū cōiuge. cū proſerpina in ſicilia a plutone rapta. Fraudare. priuare. Effetum. viribus euacuatum. Plenos. ꝑfectos. Porrexit. extendit. Carmine. incantatione. Prophanos. non initiatos. Bacchantum ritu. bacchārū more. Flagrātes. ardentes. Multifidas. in multas partes fiſſas. Tingit. madefacit Terq; ſenem flamma. ter inquit ſenem purgat igne. aqua. ſulfure. hec enim tria purgationibus ab antiquis adhibebātur. Emonia valle. in vallibus theſſalie. Extremo oriente. vltima orientis parte. Pruinas lune. que a luna generātur. humiditatū enī auctor eſt luna. Et ſtrigis infames. ſtrix auis eſt nocturna magno capite roſtro et vnguibus aduncis. vt in ſexto faſtorum deſcribit Ouidius. vulgus autem putat ſtriges non eſſe aues: ſed vetulas que ſe veneficio quodam in aues conuertunt infanteſq; dormiētes aggrediuntur: ac eorum ſanguinem ita exſugunt vt aut mortui inueniātur in cunis: aut diu viuere non poſſint. vnde et poeta hoc loco ſtrigis alas infames ait: ⁊ vulgus veneficas omnes ſtrigas vocat. ſane ſtriges a ſtridendo ſunt cognominate: vt facile ex his Ouidij carminibus ꝯſtat. Eſt illis ſtrigibus nomē: ſ; noīs hui⁹ Cauſa: ꝙ horrēda ſtridere nocte ſolēt. Inq; virū ſoliti. lupi etiā inq̄t ſo

Carpſit et euboica viuax anthedone gramen
Nondum vulgatum mutato corpore glauci:
Nona dies illam curru penniſq; draconum:
Nonaq; nox omnes luſtrātem viderat agros.
Cū redit. nec erāt tacti niſi odore dracones:
Et tamen annoſe pellem poſuere ſenecte.
Conſtitit adueniens citra limenq; foreſq;.
Et tantum celo tegitur. refugitq; viriles
Contactus: ſtatuitq; aras e ceſpite binas.
Dexteriore hecates: at leua parte iuuente.
Has vbi verbenis ſiluaq; incinxit agreſti:
Haud ꝓcul egeſta ſcrobibus tellure duabus
Sacra facit: cultroſq; in guttura velleris atri
Coniicit: et patulas perfundit ſanguiē foſſas.
Tum ſuper inuergēs tepidi carthesia lactis
Alteraq; inuergens liquidi carthesia mellis:
Verba ſimul fundit: terrenaq; numina poſcit:
Umbrarumq; rogat rapta cum coniuge regē:
Ne properent artus anima fraudare ſenili.
Quos vbi placauit ꝓcibuſq; ⁊ murmure lōgo
Aeſonis effetum proferri corpus ad aras
Iuſſit et in plenos reſolutū carmine ſomnos
Exanimi ſimilem ſtratis porrexit in herbis
Hic ꝓcul eſonidē. ꝓcul hic iubet ire miſtros:
Et monet arcanis oculos remouere ꝓphanos
Diffugiunt iuſſi. ſparſis medea capillis
Bacchantū ritu flagrantes circuit aras:
Multifidaſq; faces in foſſa ſanguinis atra
Tingit: et infectas geminis accendit in aris.
Terq; ſenem flāma. ter aq̄. ter ſulfure luſtrat.
Interea calido poſitum medicamen aheno
Feruet: et exultat: ſpumiſq; tumētibus albet.
Illic emonia radices valle reſectas.
Seminaq; ⁊ flores: et ſuccos incoquit atros.
Adiicit extremo lapides oriente petitos:
Et quas oceani refluum mare lauit harenas.
Addidit exceptas lune de nocte pruinas:
Et ſtrigis infames ipſis cum carnibus alas.

Inq́ꝫ virum ſoliti vultus mutare ferinos
Ambigui proſecta lupi. nec defuit illis
Squãmea cinyphei tenuis mẽbrana chelydri
Viuaciſq́ꝫ iecur cerui: quibus inſuper addit
Ora caputq́ꝫ nouem cornicis ſecula paſſe:
His et mille aliis poſtq̃ꝫ ſine nomine rebus
Propoſitũ inſtruxit mortali barbara munus:
Arenti ramo iampridem mitis oliue
Omnia confudit: ſummiſq́ꝫ immiſcuit ima.
Ecce vetus calido verſatus ſtipes aheno
Fit viridis primo. nec longo tempore frõdes
Induit: et ſubito grauidis oneratur oliuis.
At quacunq́ꝫ cauo ſpumas eiecit aheno
Ignis: et in terram gutte cecidere calentes.
Vernat hum⁹: floreſq́ꝫ ⁊ mollia pabula ſurgũt
Que ſimulac vidit: ſtricto medea recludit
Enſe ſenis iugulum: veteremq́ꝫ exire cruorez
Paſſa replet ſuccis: quos poſtq̃ꝫ cõbibit eſon
Aut ore acceptos aut vulnere: barba comeq́ꝫ
Canicie poſita nigrũ rapuere colorem.
Pulſa fugit macies. abeunt palloꝛq̄ꝫ ſituſq̄ꝫ.
Adiectoq̄ꝫ caue ſupplentur corpore ruge.
Membraq̄ꝫ luxuriant. eſon miratur: ⁊ olim
Ante quater denos nũc ſe reminiſcit annos:
Diſſimilemq̄ꝫ animum ſubiit etate relicta.
Viderat ex alto tanti miracula monſtri
Liber: ⁊ admonitus iuuenes nutricib⁹ annos
Poſſe ſuis reddi: capit hoc a colchide mun⁹.
Neue doli ceſſent: odium cum cõiuge falſum
Phaſias aſſimulat: pelieq̄ꝫ ad limina ſupplex
Confugit: atq̄ꝫ illã: qm̃ grauis ipſe ſenecta ẽ:
Excipiunt nate: quas tempore callida paruo
Colchis amicitie fallacis imagine cepit.
Dumq́ꝫ refert inter meritorũ maxima dẽptos
Eſonis eſſe ſitus: atq̄ꝫ hac in parte moratur:
Spes eſt virginibus pelia ſubiecta creatis
Arte ſuum parili reuireſcere poſſe parentem.
Idq̄ꝫ petunt iuuenes. preciũ ſine fine paciſci.
Illa breui ſpacio ſilet: et dubitare videtur.
Suſpenditq̄ꝫ animos ficta grauitate rogãtũ.
Mox vbi pollicita eſt: quo fit fiducia maioꝛ

liti ſe in hominẽ conuertere particule huic medicamẽto addite fuerũt. Proſecta inteſtina. a proſecando ⁊ recidendo dicta. alludit autẽ ad id quod de lupis Plinius iquit. Homies in lupos verti rurſuſq́ꝫ reſtitui ſibi falſũ eſſe exiſtimare debemus. aut credere omnia que fabuloſa tot ſeculis comperimus inde tamẽ ait dictos fuiſſe verſipelles

Arid⁹ oliue ramus reuireſcit.

Cinyphei chelydri. ſerpẽtis libyci. nã cinyps fluuius ẽ lybie qui inter duas ſyrtes in mare lybicũ exit. chelidri vero ſerpentes aquatici dicuntur. Viuacis cerui. diu viuentis. Nouem ſecula tot eniꝫ annos cornices viuere dicunt Mortali. eſoni: quẽ ex ſene ac decrepito potius iuuenẽ medea erat effectura

Gutte aq̃ in flores.

Mitis oliue. ab effectu ꝙ oleum omnia mitia reddat. ſiue ꝙ paci dicata eſt oliua. que mites ac manſuetos homines reddit. Ecce vetus. repente aridũ oliue ramuꝫ viridẽ eſſe factum oſtẽdit Vetus ſtipes. aridus oliue ram⁹. hãc autem in tranſcurſu metamorphoſin ſignat. Grauidis. ſucco plenis. At quacunq́ꝫ cauo ſpumas eiecit aheno. aliã item metamorphoſin deſcribit poeta

Nutrices bacchi iuueneſcunt

nã gutte ſpume vi ignis ex aheno feruenti in terram eiecte: in varios flores fuere cõuerſe. Vernat humus. variis operit floribus. tũc enĩ humus vernare dicit cũ variis veſtitur herbis. Surgunt. oriunt. Recludit. aperit. Rapuere. celeriter accepere cõtraxere. Situs ſqualoꝛ. ẽ enĩ ſitus feda quedã lanugo ex humero ꝑcreata in locis ꝑſerti ſole carẽtibus. Vir. Per loca ſenta ſitu. inde fit vt corpora illota ſitũ contrahere dicamus ⁊ ſqualloꝛẽ qui etiã pedoꝛ vocat. Supplent. iplent. Adiecto corꝑe adiecta carne ruge tolluntur. Luxuriant. laſciuiũt. tũc aũt mẽbra luxuriare dñr: cũ valde piguia atq́ꝫ nitida vident

Pelie cedes.

Eſon mirat. ſtupeſcit. Et olim ante quater denos. hoc ẽ ſe ante q̃dragìnta annos natũ fuiſſe recordat: ꝑ quod ſignificat eſonem ex decrepito ſene in virum quadragita annos natũ fuiſſe cõuerſũ. Diſſimilẽ aim. nã animus vna cũ etate mutat. alius eſt ei animus iuuenis. alius viri. alius ſenis. Etate relicta. depoſita ſenectute. Viderat ex alto. bacchus cũ vidiſſet ex decrepito ſene iuuenẽ factũ eſonẽ: medeã rogauit: vt nymphas quoq́ꝫ ſuas nutrices iuuenilib⁹ annis reſtitueret. qđ facile a medea ipetrauit. Suis nutricibus. nymphis. q̃ vt vidimus infantẽ bacchũ educarũt. A cholchide. medea Neue doli ceſſent. medee ſubintelligat. narrat aũt queadmodũ medea ſenio ꝯfectũ arietẽ agnũ q̃dẽ effecit

Muneris huius ait. qui veſtras maxim⁹ euo ē
Dux gregis inter oues: agn⁹ medicamīe fiet.
Protinus innumeris effetus laniger annis
Attrahitur flexo circum caua tempora cornu:
Cuius vt emonio marcentia guttura cultro
Fodit: et exiguo maculauit ſanguine ferrum:
Mēbra ſil' pecudis validoſqꝫ venefica ſuccos
Mergit in ere cauo. minuūt ea corporis artus:
Cornuaqꝫ exurunt: necnō cū cornibus annos.
Et tener auditur medio balatus aheno.
Nec mora. balatum mirantibus exilit agnus
Laſciuitqꝫ fuga: lactentiaqꝫ vbera querit.
Obſtupuere ſate pelia: promiſſaqꝫ poſtqꝫ
Exibuere fidem: tum vero impenſius inſtant.
Ter iuga pheb⁹ eq̄s in hibero flumie merſis
Dempſerat: et quarta radiātia nocte micabāt
Sidera: cum rapido fallax eetias igni
Imponit purum laticē ⁊ ſine viribus herbas.
Iamqꝫ neci ſimilis reſoluto corpore regem
Et cum rege ſuos cuſtodes ſomnus habebat:
Quē dederāt cātus: magiceqꝫ potētia lingue.
Intrarant iuſſe cum colchide limina nate:
Ambierātqꝫ torū. q̄d nūc dubitatis inertes?
Strigite ait gladios: veterēqꝫ haurite cruorē:
Vt repleam vacuas iuuenili ſanguine venas.
In manibus veſtris vita eſt etaſqꝫ parentis.
Si pietas vlla eſt: nec ſpes agitatis inanes:
Officium preſtate patri: teliſqꝫ ſenectam
Exigite: et ſaniem coniecto emittite ferro.
His vt q̄qꝫ pia eſt hortatibus: impia prima ē.
Et ne ſit ſcelerata: facit ſcel⁹. haud tamē ict⁹
Vlla ſuos ſpectare poteſt: oculoſqꝫ reflectūt:
Cecaqꝫ dant ſeuis auerſe vulnera dextris.
Ille cruore fluēs: ſubito tamen alleuat artus:
Semilacerqꝫ toro temptat cōſurgere: et inter
Tot medius gelidos pallētia brachia tendēs
Quid facitis nate? quis vos in fata parētis
Armat ait? cecidere illis animiqꝫ manuſqꝫ.
Plura locuturo cum verbis guttura colchis
Abſtulit: et calidis laniatam merſit in vndis.
Que niſi pennatis ſerpentibus iſſet in auras:
Non exempta foret pene. fugit alta ſuperqꝫ
Pelion vmbroſum philyreaqꝫ tecta ſuperqꝫ

peliam vero interemit. nā medea cum peliam iaſoni inimicum eſſe cognoſceret quo facilius eum perdere poſſet: et ſe a iaſone odio haberi ſimulauit: ⁊ pelie filias ſibi conciliauit. que cum vidiſſent arietem vetulū in agnum conuerti impenſius a medea petierunt: vt peliam ſibi parentē reſtitueret etati iuuenili. ipſa vero eis perſuaſit vt ip̄m interficerent: ac in vaſe aque pleno coquendum imponerent: quod quidem cum perpetraſſent: ipſa a draconibus in aerem ſublata aufugit. Phaſias medea a phaſi colchorum fluuio declinata. Quoniaꝫ grauis ipſe ſenecta eſt. ratio cur eam pelias non exceperit. Cepit ſibi cōciliauit et decepit. Refert. cōmemorat. Situs. ſquallores et ſenium. Subiecta. iniecta. proprie nanqꝫ ſpes iniici dicitur. Parili arte. pari artificio Precium ſine fine paciſci. ceperūt ſubaudiendum. Sine fine. maximum et immenſum. Ficta grauitate. ſimulata rei difficultate. Rogantum. pelie filiarum. Dux gregis. aries. qui ouiū dux eſſe videtur. Innumeris annis. q̄ꝫ plurimis annis. Effetus. virib⁹ euacuat⁹ Pecudis. arietis. nā pecus omne animal dicit: humana effigie carens. Validos ſuccos. magne potentie ſuccos. vt quibus īterfectus aries. non ſolum vite fuerit reſtitutus: ſed etiam agnus effectus. Ea. illi herbarū ſucci. Et tener balatus. hoc ē teneri agni balatus balare auteꝫ verbum eſt facticium: ab ouiū voce declinatū. Lactētia vbera lacte plena. Exhibuere fidem. fecere fidem. Ter iuga. tres inquit tranſierāt dies. nā phebus demere iuga fingitur equis currum ſolis trahentibus nocte adueniente. In hibero flumine. hiberus hiſpanie eſt fluuius: quē pro oceano atlātico ponere videtur poeta. Fallax eetias. medea fallendi perita. Dederant. effecerant. Exigit. expellit. Et saniē. ſanioſum ſanguinē. Et ne ſit ſcelerata. adeo acutum eſt hoc dictum vt contraria retinere videatur. ne qua inquit ſit ſcelerata et impia nō emittendo ſanguinem patris ſanioſum ſcelus perpetrat ipſum interficiendo. Que niſi pennatis. cerambus nympharuꝫ ope diluuij tempore in auem conuerſus altiſſimos theſſalie montes aſcendit: ſicqꝫ aquarum inundationem vitauit. Pennatis. alatis. Philyrea tecta chironis domum quem philyra nympha ex ſaturno: vt diximus peperit.

Aries in agnum.

Othryn: et euentu veteris loca nota cerābi.
Hic ope nympharum ſublatus in aera pēnis:
Cuz grauis infuſo tellus foret obruta ponto:
Deucalioneas effugit inobrutus vndas.
Eoliam pitanen a leua parte reliquit:
Factaq̨ de ſaxo longi ſimulachra draconis:
Ideumq̨ nemus: quo nati furta iuuencuz
Occuluit liber falſi ſub imagine cerui.
Quaq̨ pater corythi parua tumulat⁹ harena:
Et quos mera nouo latratu terruit agros:
Euripyliq̨ vrbem: qua coe cornua matres
Geſſerunt: tunc cuz diſcederet herculis agmē.
Phebeamq̨ rhodon et ialyſios telchinas:
Quorum oculos ipſo mutantes omnia viſu
Iupiter exoſus fraternis ſubdidit vndis.
Tranſit et antique cartheia menia cee:
Qua pat̃ alchidamas placidā de corꝑe nate
Miraturus erat naſci potuiſſe columbam.
Inde lacus hyries videt: et cygneia tempe:
Que ſubitus celebrauit olor. nā phillius illic
Imperio pueri volucreſq̨ ferumq̨ leonem
Tradiderat domitos. tauꝝ quoq̨ vicere iuſſ⁹
Vicerat: ⁊ ſtricto totiens iratus amori
Premia poſcenti taurum ſuprema negauit.
Ille indignatus cupies dare dixit: et alto
Deſiluit ſaxo: cuncti cecidiſſe putabant.
Factus olor niueis pendebat in aere pennis.
At genitrix hyrie ſeruatum neſcia flendo

Veteris cerambi. antiquiſſimi quippe qui ante diluuium fuerit. Obruta. cooperta. Deucalioneas vndas: Diluuium q̃d fuit tp̃e deucalionis ⁊ pyrrhe. Eoliam pitanē. pitane vrbs eſt eolica. vnde et eoliā poeta appellat: non q̃ ibi colus regnarit. vt quidā putant. ex pitana arceſilaus academicus fuit: qui cū zenone apud polemonē didicit. tradūt apud pitanā lateres ſuper aquis fluitare. Factaq̨ de ſaxo. metamorphoſin ſerpentis in lapidem ſignat. hic aūt videt̃ eſſe ille draco: qui ſpectantibus grecorū ducibus apud aulidē ſignificauit decimo tandē anno troiā eſſe capiendā. cū eni in arborem aſcendiſſet. in qua auicularū nidus erat. nouē pullos primū deinde eorū matrē deuorauit. q̃d cum vidiſſet calchas decimo demū anno troiaz capi poſſe predixit. ſerpens vero illa in ꝑpetuā rei memoriam in ſaxeam draconis imaginē fuit cōmutata. Ideūq̨ nemus. idas duas eſſe certū eſt. alterā in creta. alteraz in phrigia. de phrigia videt̃ poeta ſentire. Quo nati furta. thyoneus bacchi fili⁹ iuuēcū phrigijs paſtoribus ſubegerat eum cū paſtores ꝑſequerent̃: bacchus thyoneū quidē in venatorē: iuuencum vero in ceruū cōuertit. q̃d cū ruſtici vidiſſent: a ꝑſequendo thyoneo deſtiterunt. Quaq̨ pater: quis corythi pater fuerit: aut vbi ſit ſepultus nō memini me legiſſe. Et quos mera ſuo latratu mera vt ſcribit iginus icari athenīēſis erigones patris fuit canis: q̃ icarū a ruſticis occiſū ſuis vlulatibus erigone indicauit. quorū caſū iupiter miserat⁹ in aſtris corpora eorū deformauit. itaq̨ icarū bootē erigonē virginē. canē aūt ſua appellatione et ſpecie caniculā dixerūt. q̃ a grecis: q̃ ante maiorē canez exoritur ꝓcyon appellat̃. Euripyliq̨ vrbez. eurypilus herculis fuit filius q̃ in co iſula regnauit augur peritiſſim⁹ de quo Virgilius Suſpenſi eurypilū ſcitatū oracula phebi mittimus. Qua coe cornua matres. cos inſula eſt egei a qua cous deriuatur non ceus. vñ coe mihi legendū videt̃. mulieres aūt coe cū egre ferrēt ab hercule armēta geryonis erepta per agros ſuos fuiſſe acta iunoni dicunt̃ cōuiciate. quare iuno indignata eas oēs in vaccas transfigurauit. ſane euripyli tres fuerunt a poetis decantati: quoruz primus telephi fili⁹ regioni theutranie ⁊ caico vicine imperauit. alter ormenij nepos. nam ormenius duos procreauit filios amyntorē et euenorē: e quorū altero phenicē ex altero euripylum ortos eſſe ſtrabo refert. tertius herculis filius. euripyli vero vrbem Con eſſe accipiendā admonet etiā Homerus in catalogo cū inquit. Quiq̨ niſyron habēt celſam carpathūq̨ caſumq̨ Euripyliq̨ vrbē con equoreaſq̨ calydnas. Phebeamq̨ rhodon. phebo conſecratam. Et ialyſios telchinas. ialyſus vna eſt ex rhodi vrbibus. telchines autem rhodi populi fuerūt. qui cū omnia ſuo aſpectu in peius commutarent: ab ioue fuere ſubmerſi. vnde et rhodos prius telchinis fuit appellata. nam ophiuſa primum et ethrea fuit dicta. deinde telchinis eo q̃ telchines inſulam incolerent: quos nōnulli faſcinatores et maleficos fuiſſe aiunt q̃ ſtygiam aquā animalibus et ſtirpibus perniciei gratia inſpergerent. nonnulli contrariū ſentiunt: q̃ artibus preſtātes a ſimilibus artificibus inuidia haberent̃. vñ hāc infamiā. vt Stra. refert ſunt aſſecuti: et primū ex creta in ciprū venerūt. poſtea in rhodon: primiq̨ ferrū et es in vſu habuiſſe dicunt̃ nam etiā harpen ſaturno fecerūt. telchis q̃dē vrbs eſt ethiopie iuxta lybiā. vñ telchites ⁊ telchini⁹ deducunt̃ creta quoq̨ ex ſicyon telchinia fuit appellata eiuſq̨ icole telchines. Antiq̃ cee. cea iſula ē q̃ a grecis et cos

Cerābus in auem.

Draco in ſaxum

Iuuēcus in ceruū.

Coe mulieres cornute.

telchines

Puella i columbā.

Hyries fili⁹ i cygnū

⁊ hydriuſa vocat͛: auulſa euboee: vt ſcribit Pli. Sed Oui. aliā eē a Co iſula ſentit. Quīgentis lōga ſtadijs fuit quōdā: mox quattuoꝛ fere partibꝰ: ꝗ ad beotiā vergebant: mari deuoꝛatis. oppida vt dixi quattuoꝛ habebat Julida. Cartheā. Cereſſam. Phoceſſam: ex quibus duo intercidere Cereſſa ⁊ phoceſſa. Ex hac ꝑfectā delectationi femīs veſtē auctoꝛ eſt varro. Carcheſia menia. ſic quidē legit͛: ſed coꝛrupte vt mihi videtur Cartheia vero eſt legendū. Nam Carthea vna eſt ex quattuoꝛ vꝛbibus cee inſule a Cartheo ibi moꝛtuo cognominata Carthea autem vꝛbs eſt iberie. Inde lacus hyꝛies. Hyrie fluuius eſt beotie. De quo Home. in ij. iliados. Eſt etiam hyꝛia regio iuxta Aulidē. eſt ⁊ vꝛbs iſaurie iuxta ſeleuciā eſt etiā in iapygia cretenſiū opus. ſed

Delicuit: ſtagnūqꝫ ſuo de nomine fecit:
Adiacet his pleuron: in qua trepidantibꝰ alis
Opphias effugit natoꝛum vulnera iambe.
Inde calauree latoidos aſpicit aura
In volucrem verſi cū coniuge conſcia regis.
Dextera cyllene eſt: in ī qua cū mr̄e menephꝛō
Concubiturus erat ſeuarum moꝛe ferarum.
Cephiſum pꝛocul hinc deflentē fata nepotis
Reſpicit in tumidā phocen ab apolline verſi.
Eumeliqꝫ domum lugentis in aere natam.
Tandem vipereis ephyren pirenida pennis
Contigit. hic euo veteres moꝛtalia pꝛimo
Coꝛpoꝛa vulgarunt pluuialibꝰ edita fungis.
Sed poſtq̄ꝫ colchis arſit noua nupta venenis:
Flagranteqꝫ domū regis male vidit: vtroqꝫ
Sanguine natoꝛū perfunditur impius enſis:
Ultaqꝫ ſe mater male iaſonis effugit arma.
Hinc titaniacis ablata draconibus intrat
Palladias arces: que te iuſtiſſime phineu:
Teqꝫ ſenex periphas pariter videre volantes.
Innexāqꝫ nobis neptē polyphemonis alis.
Excipit hanc egeus facto dānandus in vno.

lacus hyꝛies iuxta tēpe eſſe īuit ꝓcerta ſic dictos a caſu hyꝛies ꝗ flendo amiſſum filiū in fontē ſui nois cōuerſa fuit. nā phylliꝰ quidā amoꝛe filij hyꝛies captus: cū multa impio pueri ꝑegiſſet ei taurū domitū negauit. Qd̄ q̄dē egre ferens puer ſe ex alto mōte ꝑcipitē dedit: ſed miſeratiōe deoꝛū in cygnū fuit cōuerſus. Delituit. ſic quidē legit͛: ſꝫ cū a deliqueſcendo veniat: delicuit ꝑ c. ſcribendū videt͛: vt intelligamus eā in liq̊rē fuiſſe reſolutā. Adiacet his pleuron in qua. pleuron etolie vꝛbs eſt. vn̄ pleuronitus. Opphias iambe. opphij filia ꝗ iambe ab interꝑte greco dicta ī auē: ne a filijs laceraret͛ fuit cōmutata. Inde calauree latoidos. Calaurea inſula eſt iuxta cretaꝫ a calauro neptuni filio declinata. Eſt etiaꝫ vꝛbs locroꝛum: in qua maxime latona colebat͛. Un̄ et latois vocat͛. In volucrem verſi. hic fuiſſe videt͛ Ceyx rex Trachyne: ꝗ cū tēpeſtate in mari ꝑiſſet: halcyoneqꝫ ſpiꝰ vxoꝛ eoli filia flendo perire vellet: ābo in aues alcionides cōuerſi fuerūt: vt in xi. poeta plene deſcribit. Dextera cyllene eſt. Cyllene mōs eſt arcadie Mercurij natiuitate notiſſimus a Cyllene nympha cognoīatus. Eſt etiā cyllene

Hyꝛie in lacum

Iambe in auem

Menephꝛon

Puer in phocam

Fungi in homines

Phineꝰ ⁊ periphas in aues

Elienſiū nauale. in qua cū matre menephꝛon. taxat menephꝛona quēdā poeta: quē cū matre coire non puduit. Cephiſon ꝓcul hinc. cephiſus fluuiꝰ eſt beotie ꝑterlabens Delphos: cuius filius ab apolline in phocam: hoc eſt vitulū marinū fuit cōuerſus. Eumeliqꝫ domū. Eumelus filiꝰ fuit Admeti regis theſſalie: cuiꝰ filiam ī auem cōuerſam fuiſſe: ait Oui. Ephyren pirenida. Coꝛinthū: in qua fons eſt pyrene. Scite aūt pirenida adiecit. nā multe vꝛbes eodē noīe vocant͛: vt diximus. Apud coꝛinthū vero antiquitus homīes ferunt͛ ex fungis oꝛtos eſſe. Sed poſtq̄ꝫ colchis. Medea dolēs creuſam creontis coꝛinthioꝛū regis filiam a iaſone ſibi fuiſſe ꝑlatam: quo die nuptie celebꝛabant͛: coꝛonā ex naphtha: ꝗ igni vel longius poſito ſtatim accendit͛ confectam velut muneri noue nupte miſit: que ex funalibus ignem cōcipiens cū totā regiam cōbureret: medea ſpectante iaſone filijs laniatis a draconibus alatis in aerem ſublata Athenas aduolauit: vbi egeus eā non hoſpicio ſolū: ſed etiā lecto ſibi copulauit: ex qua cū iam medum filiū ſuſcepiſſet: theſeus ipſius quidē egei filius: ſed quē pater nondū viderat: athenas aduenit: quem cuꝫ ⁊ ſibi ⁊ filio valde medea timeret aconitum venenū: qd̄ e cerberi ſpuma natū eſſe aiunt: pꝛeparauit: egeoqꝫ perſuaſit: vt illi tanq̄ꝫ hoſti pꝛeberet. Id vero cum theſeus foꝛet hauſturus: capulo enſis viſo agnitus a patre ꝓhibitus eſt. Quare medea nubes carminibus excitauit: quibꝰ tecta vna cū filio Medo theſei gladium fugiens in aſiam aduolauit. Ubi vt ſtrabo narrat: a quibuſdam dicitur cum iaſone regnaſſe: ac veſtem tenuiſſimam qua vtebatur de ſuo nomīe medeam appellaſſe. Cum enim pꝛo rege exiret faciem ſuam occultabat. Huic medus filius regni ſucceſſoꝛ regioni nomen fertur impoſuiſſe. Colchis. colchicis. Noua nupta. Creuſa creōtis coꝛinthioꝛum regis filia Ulta male. Quoniā mater cū eſſet: cōes filios interfecit. Titaniacis draconibus. qui ex titanum ſanguine nati eſſe dicuntur. Palladias arces. athenas: vbi phineus Periphas ⁊ Polyphemonis neptis ī aues fuere conuerſi. He vero fabule mihi ſunt ignote. Excipit hanc egeus facto. Egeus rex athenarū cōſuluit oꝛa-

culū quomō ꝓlem virilem ſuſcipere poſſet: a quo cū accepiſſet: vt prius ꝙ̄ Athenas reuerteret̃: cuz muliere coiret ad pitheū Troezenis regez profectus ei oraculū cōmunicauit. Quo cognito Pitheus ei filiā Aethrā copulauit. Inde vero egeus diſceſſurus vxorem iā grauidā ad ſaxū ſolā cū adduxiſſet: illi calceos gladiūꝗ ſubiecit. Vxori deinde mandauit: vt ſi maſculū pareret: eū ad ſe non ante mitteret: ꝙ̄ adultus ipſe per ſe reuoluto ſaxo gladiū et calceos tollens ſecū ferret. Hinc enī egeus ſe cogniturū ſperabat: an quē ethra foret paritura: ſibi filius eſſet. Theſeus igit̃ cū adoleuiſſet indicāte matre ⁊ ſaxum reuoluit: ⁊ calceos et gladium ſuſtulit: athenaſꝗ ꝓficiſcens multos latrones iſthmū obſidentes interfecit. Cū vero athenas ꝑueniſſet: nō ante a patre agnitus eſt: ꝙ̄ capulū gladij ſui: quē ſaxo pater ipſe ſubiecerat: aſpexit. quo cognito. poculuz venenatum ſtimulante medea iā porrectū e filij manibus excuſſit. Facto in vno. i. hoc vno facto: quo medeā hoſpicio ſuſcepit. Proles ignara. ignota legendū mihi videt̃: ꝗuis ꝑe ignara legat̃. Aconiton. herba eſt pūtiſſimi veneni apo tis akonis. hoc eſt a cote dictū: qḋ in cotibus naſcat̃: vt non ſolū plinius: ſed ipſe ꝗ̄ ſcribit ouidi⁹: Echidnee canis: cerberi canis tricipitis. nā vt refert plini⁹ i vigeſimoſeptimo naturalis hyſtorie Fabule narrauere aconituz e ſpumis cerberi canis ortum. extrahente eū ab inferis hercule. Ideoꝗ apud heracleā ponticā: vbi monſtrat̃ eius ad inferos adit⁹: gigni. Specus eſt. iux̄ heracleaz pōticā: vbi herculis ad īferos deſcēſus mōſtrat̃. Tirynthius heros. Hercules a tiryntho pr̄ia cognoīatus. Reſtantē. reſiſtentē. Nexis adamāte catenis. hoc eſt ex adamāte cōfectis: ac per hoc firmiſſimis. Ternis latratib⁹. q̄ꝛ tria habȝ capita. Que q̄ꝛ naſcunt̃. Sic ⁊ plini⁹ ꝗuis aliā ꝗ̄ nomīs originē aſſignet: his quidē verbis. Naſcit̃ in nudis cautib⁹: quas aconas vocant: ⁊ inde aconitū dixere: nullo iuxta ne puluere quidē nutriente. Hanc aliq rōnem nomis attulere. Alij qm̄ vis eadē in mortē eſſet ꝗ̄ cotib⁹ ad ferri aciē deterendā: ſtatiꝗ admota velocitas ſentiret̃. Coniugis aſtu. vxoris aſtutia. Ignara dextra. ipſe inſcius. Facinuſꝗ excuſſit. venenū ab ore filij repulit. At genitor ꝗ̄ꝗ̄. Theſei geſta cōmemorat poeta: quo cōmodius methamorphoſin ſcylle i quē cuz ſuꝑiore fabula cōnectere poſſit. Diſcrimine pruo. prua dr̄a. paulū ei abfuit: qn

Medea ad egeum

Aconituz ex cerberi ſpumis

Unde aconitum.

F. lib. 23. r

Theſei geſta

Nec ſatis hoſpiciū ē. thalami quoꝗ federe iūgit:
Iāꝗ aderat theſe⁹ ꝓles ignara parētū:
Qui virtute ſua bimarem pacauerat iſthmon.
Huius in exitium miſcet medea: quod olim
Attulerat ſecum ſcythicis aconiton ab oris.
Illud echidnee memorante dentibus ortum
Eſſe canis. ſpecus eſt tenebroſa cecus hiatu.
Eſt via decliuis: per quam tirynthius heros
Reſtantem contraꝗ diem radioſꝗ micantes
Obliquantē oculos nexis adamāte cathenis
Cerberon attraxit: rabida qui concitus ira
Impleuit pariter ternis latratibus auras.
Et ſparſit virides ſpumis albentibus agros:
Has cōcreſſe putāt. nactaſꝗ alimēta feracis
Fecundiꝗ ſoli vires cepiſſe nocendi:
Que quia naſcuntur dura viuacia caute.
Agreſtes aconita vocant. ea coniugis aſtu
Ipſe parens egeus nato porrexit vt hoſti.
Sūpſerat ignara theſeus data pocula dextra
Cū pater in capulo gladii cognouit eburno
Signa ſui generis facinuſꝗ excuſſit ab ore.
Effugit illa necem nebulis ꝑ carmina motis.
At genitor ꝗ̄ꝗ̄ letatur ſoſpite nato:
Attonitus tamen eſt geniti diſcrimine paruo
Cōmitti potuiſſe nefas. fouet ignibus aras:
Muneribuſꝗ deos implet: feriuntꝗ ſecures
Colla toroſa boum vinctorū cornua vittis.
Nullus erechthidis fertur celebratior illo
Illuxiſſe dies. agitant cōuiuia patres:
Et medium vulgus. necnon et carmina vino
Ingenium faciente canunt. te maxime theſeu
Mirata eſt marathon cretei ſanguine tauri.

venenū theſeus hauriret. Colla toroſa. craſſa ac pinguia. Vinctorū cornua. habentiū cornua vittis colligata. Nullus erechthidis. athenienſib⁹ ab erechtheo rege dictis. Ea aūt feſta Theſeia a Theſeo vocata fuerūt. Agitant. celebrant. Vino ingeniū faciēte. Sic Horati⁹. Fecundi calices quē nō fecere diſertū. Te maxime theſeu. carmīa refert: ꝗ̄ in theſei laudem canebāt̃. Theſeus enī egei filius ex ethra Pitthei filia tot ꝓclara geſſit: vt inter hercules vnus numeret̃. Nā ⁊ taurū ab euryſteo imiſſum atticā totā vaſtantē in marathone interfecit: ⁊ varios grecie latrones ſuſtulit. Marathon aūt cāpus eſt et ſilua iuxta athenas a marathone Heroe vt pauſanias ſcribit cognomiatus. vñ marathonius declinat̃. Cretei tauri. cretenſis. Ex creta

enī ab hercule ad euriſteū ductus eſt. nā minos: vt ferꝫ. Neptuno ſacrificaturus victimā optauit maieſtate illius dignā: cui neptunus taurū obtulit pulcherrimū. Eū cū ſeruare vellet minos: iratus neptunus tauro furorem īmiſit: quo tota fere inſula fuit deuaſtata. Ad eū domandū miſſus eſt hercules: quē vinctū ad euryſteū duxit. ab eo vero dimiſſus: cū atticā deuaſtaret a theſeo fuit interfectus. Quodq̧ ſuā crēmyona. crēmyon vicus eſt iuxta corinthū: ꝗ diu a crēmyona ſue matre ⁊ calidonij ⁊ Erymanthij aproꝝ fuit vexatus: que a theſeo interfecta ſecuros illiꝰ loci colonos ꝓſtitit. Eſt etiā crēmyon vrbs libye vñ crēmyonius deriuatꝫ. Crēmyon ꝗdem a grecis ꝑ duplex m̄. ſcribitꝫ. Sed alteruꝫ ab ouidio verſus grā ꝑtermiſſum videtꝫ.

Quodq̧ ſuā ſecurus arat cremyona colonus
Munꝰ opuſq̧ tuū eſt. tellus epidauria per te
Clauigeram vidit vulcani occūbere prolem.
Vidit et immitem cephiſias ora procruſten.
Cercyonis letum vidit cerealis eleuſis.
Occidit ille ſcinis magnis male viribus vſus:
Qui poterat curuare trabes: ⁊ agebat ab alto
Ad terram late ſparſuras corpora pinus.
Tutus ad alchathoen lelegia menia limes
Compoſito ſcirone patet: ſparſiſq̧ latronis
Terra negat ſedem. ſedem negat oſſibꝰ vnda:
Que iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos. ſcopulis nomē ſcironis inheret:
Si titulos annoſq̧ tuos numerare velimus:
Facta prement annos. pro te fortiſſime vota
Publica ſuſcipimꝰ. bacchi tibi ſumimꝰ hauſtꝰ
Conſonat aſſenſu populi precibuſq̧ fauentū
Regia: nec tota triſtis locus vllus in vrbe eſt.
Nec tñ (vſq̧ adeo nulla eſt ſyncera voluptas:
Sollicitūq̧ aliquid letis interuenit) egeus
Gaudia percepit nato ſecura recepto.
Bella parat minos: qui quāq̧ milite. quāq̧

Tellus epidauria. epidaurus vrbs eſt peloponneſi eſculapij templo nobilis: ꝗ vt Strabo refert. Epitaurus antea vocabatꝫ. Clauigerā prolem vulcani. periphraſis eſt ꝑiphiti latronis: ꝗ iuxta epidaurū cū hoſpites ꝑimeret claua quadā. que coryna vocabatꝫ: corinetus fuit cognomiatus. Is a theſeo tandē: vt ſcribit diodorus fuit interfectus. Vidit ⁊ īmitē. Procruſtes vt idē ſcribit diodorus: eo in loco terre attice: qui curdalus dicitꝫ: latrocinia exercens cogebat hoſpites ſupra lectum aliquē aſcēdere: quo ſi longiores fuiſſent: pars ſupeminens amputabatur. Qui vero breuiores fuiſſent: pedibus diſtendebantꝫ: a ꝗ re ꝓcruſtes etiā fuit cognomiatus. nam prokruo vnde declinatꝫ: ſignificat impello. Is q̄ꝫ a theſeo fuit interfectus. Immitē. crudeleꝫ Cephiſias ora. regio ꝗ a cephiſo beotie fluuio alluitꝫ. Cercyonis letum. cercyon itē latro: archadicus: ꝗ apud eleuſinā viatores ad certamen ꝓuocabat: victoſq̧ interficiebat: a theſeo fuit intereptus. Eleuſis aūt vrbs eſt attice: vbi cereris eſt templuꝫ: a qua cerealis fuit cognominata. Occidit ille ſcinis. Scinis latro fuit iſthmū obſidens: vt in ꝗnto refert diodorus: ꝗ duas pinus flectebat: ac vtriq̧ hoīs brachia alligabat. deīde ſurſum emittens corpus vi diſcerptū maximo cruciatu afficiebat. Iſtū q̄ꝫ theſeus interemit. Tutus ad alcathoen. alcathoe eadē eſſe videtꝫ cū megaris: vrbs media inter peloponneſum Atticā ⁊ beotiā. ꝗ ab alcathoo pelopis filio: ꝗ megareo regi vt pauſanias ſcribit: ī regno ſucceſſit fuit denomiata. Cū enī leo quē citheroniū appellarūt: enippū megarei regis filiū interfeciſſet: megareus ipſe ⁊ filie nuptias ⁊ regni ſucceſſionē ei ꝓpoſuit: ꝗ leonē citheroniū ſtrauiſſet. Alcathous vero pelopis filius feram aggreſſus cū victor euaſiſſet: regnū ſuſcepit ac inter alia ꝗ geſſit: templū edificauit: quod Agreſtis ⁊ apollinis et diane voluit appellari. Lelegia menia. a lelege edificata. nā vt idē pauſanias narrat: megarenſes aiūt duodecim poſt Cara phoronei filiū ſeculis lelega ex egipto ꝓfectū regnū obtinuiſſe eoq̧ regnante ſe leleges vocatos fuiſſe: qđ quidē ⁊ ſtrabo ſignificat: cū inꝗt Cares cū prius leleges ⁊ inſulares eſſent: fauentibus cretenſibꝰ ꝗ miletū cōdidere: in cōtinente habitare cepiſſe. Cōpoſito ſcirone. ſepulto. ſublato. Sciron aūt latro fuit: ꝗ ea megaridis loca habitauit: ꝗ ab eo ſcironia ſaxa vocantꝫ. Is peregrinos illac tranſeūtes cogebat ſeipſos de ꝑcipiti loco iactare: vel deductos ſupra ſcopulū abruptū ipſe calce ī mare ꝓiiciebat. Scopulis nomen ſcironis inheret: vt refert ſtra. Scironides petre atticis finibꝰ iminēt: iuxta mare tranſitū nō relinquētes. Supra eas aūt via eſt ī atticā. atq̧ megara ab iſthmo ducens. Taurū q̄ꝫ ventū ab illis ſaxis flantē ꝓcellaſq̧ cientē ſcirona athenienſes vocāt. Fingit aūt poeta oſſa ſcironis in mare proiecti fuiſſe in ſcopulos cōuerſa. Facta ꝑment annos. hoc eſt geſta tua nūero annos ſupabūt. Pro te fortiſſime vota. Theſeia ſignificat: ꝗ feſta in theſei honorē athenienſes īſtituerūt. Vſq̧ adeo nulla eſt. parētheſis eſt: ſententiā loco maxime accōmodatā cōtinens. Bella parat minos. minoen iouis filiū ex europa regē fuiſſe crete notius eſt: q̄ vt ſit exponendū. Huic androgeus filiꝰ fuit athletico certamie clarꝰ: ꝗ cū athenis ex paleſtra victoriā reportaſſet: maximā in ſe inuidiā cōcitauit. Quapropter iſidijs egei athenienſiū regis occiſus

Scironis oſſa in ſcopulos

Claſſe valet:patria tamen eſt firmiſſimus ira:
Androgeiq; necem iuſtis vlciſcitur armis.
Ante tamen bello vires acquirit amicas:
Quaq; patēt aditꝰ:volucri freta claſſe ꝑerrat
Hinc anaphen ſibi iungit:⁊ aſtypaleia regna.
Promiſſis anaphen.regna aſtypaleia bello.
Hic humilē myconen:cretoſaq; rura cymoli:
Florentēq; tyron.cypron.planāq; ſeriphon:
Marmoreāq; paron:quāq; ipia ꝓdidit arnen
Sithonis accepto ꝙ auara popoſcerat auro:
Mutata eſt in auē:q̄ nunc quoq; diligit auruꝫ
Nigra pedes.nigris velata monedula pēnis.
At non oliaros didymeq; ⁊ tenos ⁊ andros
Et gyaros:nitideq; ferax peparethos oliue
Gnoſiacas iuuere rates.latere inde ſiniſtro

Et cauſaqꝫ valet: cauſamqꝫ tuẽtibus armis
Ut puto vincemur: qui ſi manet exitus vrbeꝫ:
Cur ſuus hec illi reſeret mea menia mauors:
Et nõ noſter amor: melius ſine cede: moraqꝫ
Impenſaqꝫ ſui poterit ſuperare cruoris.
Nam metuo certe: ne quis tua pectora minos
Vulneret ĩprudens. quis eñi tã durus: vt in te
Dirigere immitem non inſcius audeat haſtã:
Cepta placent: et ſtat ſententia tradere mecũ
Dotalem patriam: finemqꝫ imponere bello.
Verum velle parũ eſt. aditus cuſtodia ſeruat.
Clauſtraqꝫ portaꝝ genitor tenꝫ. hũc ego ſolũ
Infelix timeo. ſolus mea vota moratur.
Dii facerent ſine patre forẽ. ſibi quiſqꝫ ꝓfecto
Eſt deus: ignauis p̃cibus fortuna repugnat.
Altera iamdudum ſuccenſa cupidine tanto
Perdere gauderet: quodcũqꝫ obſtaret amori.
Eccur illa foret me fortior: ire per ignes
Et gladios auſum. nec in hoc tñ ignibus vllis
Aut gladiis opꝰ eſt. opus ẽ mihi crine paterno
Ille mihi eſt auro precioſior. illa beatam
Purpura me: votiqꝫ mei factura potentem.
Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit: tenebriſqꝫ audacia creuit
Prima quies aderat: qua curis feſſa diurnis
Pectora ſõnꝰ hꝫ. thalamos taciturna pr̃nos
Intrat: et (heu facinus) fatali nata parentem
Crine ſuum ſpoliat: predaqꝫ potita nefanda
Fert ſecum ſpolium ſceleris: ꝓgreſſaqꝫ porta
Per medios hoſtes (meriti fiducia tanta eſt)
Peruenit ad regẽ: quem ſic affata pauẽtẽ eſt.
Suaſit amor facinus. ꝓles ego regia niſi
Scylla tibi trado patriãqꝫ meoſqꝫ penates.
Premia nulla peto: niſi te. cape pignꝰ amoris
Purpureum crinẽ. nec me nũc tradere crinẽ:
Sꝫ patriũ tibi crede caput. ſcelerataqꝫ dextra
Munera porrexit. minos porrecta refugit.

Turbatuſq; noui reſpondit imagine facti.
Dii te ſummoueant noſtri infamia ſecli
Orbe ſuo: telluſq; tibi pontuſq; negetur:
Certe ego non patiar iouis ĩcunabula creten:
Qui meus eſt orbis: tantũ contingere mõſtrũ.
Dixit. et vt leges captis iuſtiſſimus auctor
Hoſtib⁹ impoſuit: claſſis retinacula ſolui
Juſſit. et eratas impleri remige puppes.
Scylla freto poſtq; deductas nare carinas:
Nec preſtare ducem ſceleris ſibi premia vidit:
Conſumptis precibus violentã tranſit in irã:
Intendenſq; manus paſſis furibũda capillis:
Quo fugis exclamat meritorũ auctore relicta
O patrie prelate mee: prelate parenti:
Quo fugis imitis: cuius victoria noſtrum.
Et ſcelus ⁊ meritũ eſt: nec te data munera. nec
Noſter amor mouit. nec q; ſpes ois ĩ vnũ (te
Te mea congeſta eſt: nã quo deſerta reuertar.
In patriam. ſuperata iacet. ſed finge manere:
Proditiõe mea clauſa eſt mihi. patris ad ora
Que tibi donaui. ciues odere merentem.
Finitimi exemplũ metuũt. obſtruxim⁹ orbem
Terrarum nobis: vt crete ſola pateret.
Hanc quoq; ſi prohibes: ⁊ nos igrate relinqs:
Nõ genitrix europa tibi eſt: ſed ĩhoſpita ſyrtis
Armenieue tigres: auſtroq; agitata carybdis.
Nec ioue tu natus. nec mater imagine tauri
Luſa tua eſt. generis falſa eſt ea fabula. verũ
Et ferus ⁊ captus nullius amore iuuence:
Qui te progenuit: taurus fuit. exige penas
Niſe pater. gaudere malis modo ꝑdita nr̃is
Menia. nã fateor merui: et ſum digna perire.
Sed tamen ex illis aliquis: quos impia leſi:
Me perimat. curq; viciſti. crimine noſtro:
Inſequeris crimẽ. ſcelus hoc patrieq; patriq;
Officium tibi ſit. te vero coniuge digna eſt:
Que toruum ligno decepit adultera taurum.
Diſcordẽq; vtero fetũ tulit. ecquid ad aures
Perueniunt mea dicta tuas. an inania venti
Verba ferunt ideq; tuas ingrate carinas.
Jãiam paſiphaen non eſt mirabile taurum

ſticia apud ſuperos fert vt apud inferos iudex fuerit conſtitutus. pulchre igitur decorum ſeruat poeta: quo vbiq; minoem iuſtum eſſe oſtendit. Dij te ſummoueãt. penã et ſuppliciũ quo olĩ parricide afficiebant Scylle minos imp̃cat. ĩ corio nãq; ĩſuebant cũ ſimia gallo et ſerpente: ac in mare fluuiũue ꝓijciebant: ne aut celũ aſpicere: aut in terra aqua ve qeſcere poſſent: vt ad legẽ põpeiam ſcribunt iuriſcõſulti. Sũmoueant. repellant. Incunabula Jouis: vbi nutrit⁹ educatuſq; fuit iupiter Incunabula nãq; dicunt lectuli: in qbus infantes quieſcũt. Creten. crete ĩſula ẽ maxima altero latere ad auſtrũ: alterõ ad ſeptentrionẽ verſa inter ortũ occaſumq; porrigit: centũ olim vrbib⁹ clara. vñ hecatõpolis a grecis fuit appellata. Virg. Creta iouis magni medio iacet ĩſula ponto: mõs ideus vbi et gentis cunabula noſtre. Centũ vrbes habitant magnas vberrima regna Dicta eſt aũt creta: vel a crete iouis et idee nymphe filio: vl a crete vna heſperidũ. Nõ ſolũ aũt creta ſed alijs quoq; nomibus fuit appellata. Nã et aeria ⁊ idea et clithonia et curetis ⁊ macara. hoc eſt felix perhibet cognoiata. Qui meus eſt orbis. tam ampla eſt crete inſula: vt merito orbis poſſit appellari. Tantũ monſtrũ: q̃ contra naturã fiũt: monſtra vocant. Patrẽ aũt prodi a filia maxime contra naturã eſſe videtur Claſſis retinacula. q̃ ore dicunt. Paſſis capillis. ſparſis. diſſolutis. Et ſcelus. q2 ꝑdidit patrẽ. Et meritũ. q2 victorẽ effecit minoẽ. Congeſta. collata. Nã quo deſerta reuertar? Elegans figura qua et rogat ⁊ ſibi ipſa reſpõdet ſcylla. Colligit autẽ nihil ſibi loci eſſe relictũ: quo reuerti poſſit. Patris ad ora Que tibi donaui. reuertar ne inqt ſcylla in cõſpectũ patris: cuius vitam ⁊ fortunã tibi dono dedi? Finitimi exẽplum metuunt. Vicini inqt timent: ne mei exemplo filie ſue parentes ꝑdant Obſtruximus. clauſimus. Exige penas. ſume penas. Officiũ. beneficium Te vero coniuge digna eſt. paſiphae minois vxor tauri amore capta opera dedali in lignea vacca ĩcluſa cũ eo coire ſuſtinuit: ex quo cõcubitu minotaurus eſt natus: q̇ partim minoẽ: partim taurũ rep̃ſentabat. Toruũ taurũ. terribilẽ aſpectu. Ligno. lignea vacce forma. Diſcordẽ fetũ. differentẽ partũ. nã vir ⁊ taurus videbat minotaur⁹ Ecq̇d ad aures. an ne inqt mea v̓ba odis. Dubitat eĩ ſcylla an v̓ba ſua ad aures minois ꝑueniãt. Ecq̇d aũt particula eſt interrogatiua affectui ⁊ ĩdignationi ſeruiens. Jãiam paſiphaen. anadiploſis ⁊ cõduplicatio in

Prepoſuiſſe tibi.plus tu feritatis habebas.
Me miſeraȝ.ꝑperare iuuat.diuulſaqꝫ remis
Unda ſonat:mecū qꝫ ſimul mea terra recedit.
Nil agis o fruſtra meritorum oblite meorum.
Inſequar inuitū: puppiqꝫ amplexa recuruam
Per freta lōga trahar.vix dixerat.iſilit vndis
Conſequiturqꝫ rates faciēte cupidine vires:
Gnoſiaceqꝫ heret comes inuidioſa carine:
Quā pater vt vidit(nā iam pendebat i auras:
Et modo factus auis fuluis halyetus in alis)
Ibat vt herentem roſtro laceraret adunco.
Illa metu puppim dimiſit:et aura cadentem
Suſtinuiſſe leuis:ne tangeret equora:viſa eſt.
Pluma fuit.plumis in auem mutata vocatur
Ciris:et a tōſo eſt hoc nomen adepta capillo:
Uota ioui minos taurorum ſanguine centum
Soluit:vt egreſſus ratibus curetida terram
Contigit:ꝛ ſpoliis decorata eſt regia fixis.
Creuerat opprobriū generis:fedūqꝫ patebat
Matris adulteriū mōſtri nouitate biformis.
Deſtinat hūc minos thalami reōuere pudo/
Multiplicíqꝫ domo cecis icludere tectis. (rē.
Dedalus ingenio fabre celeberrimus artis
Ponit opus:turbatqꝫ notas:ꝛ limina flexu
Ducit in errorem variarum ambage viarum.
Nec ſecus ac liq̄dis phrygiꝰ meādros i vndis
Ludit:ꝛ ambiguo lapſu refluitqꝫ fluitqꝫ:
Occurenſqꝫ ſibi venturas aſpicit vndas:
Et nūc ad fontes.nūc ad mare verſus apertū
Incertas exercet aquas:ita dedalus implet
Innumeras errore vias:vixqꝫ ipſe reuerti
Ad limen potuit.tanta eſt fallacia tecti.

dignanti maxime cōueniens. Properare iuuat.me inq̄t delectat feſtinare:in volucrē nāqꝫ cōuertebaꝶ. Diuulſa.diſcuſſa.ꝑcuſſa. Mea terra recedit.recedere videꝶ nauibꝰ abeūtibꝰ. hoc aūt ex opinione vulgari eſt dictū. Inſilit vndis.i vndas ſalit ꝛ aquas. Comes iuidioſa.in minoē maximā cōcitans inuidiā. Halyetus ſpēs eſt aquile:clariſſima oculorū acie vt Pli.ſcribit:librās ex alto ſeſe:viſoqꝫ in mari piſce ꝑceps i eū ruēs. ꝛ diſcuſſis pectore aq̄s rapiēs. Ciris.apo tu keirein hoc eſt a tondēdo fuit appellata. Que aūt de niſo ꝛ ſcylla ꝛ vrbis captiuitate a poeta memoranꝶ:megarenſes:vt pauſanias ſcribit:vera fuiſſe negant. Nolūt enī iis aſſentire q̄ vrbem ſuā niſo regnāte captam fuiſſe aiūt. Sed megareū niſi generū in regnū ſucceſſiſſe ꝛ deiceps alchatoū megarei filiuȝ aſſerunt Videꝶ quidē alchatous eo tp̄e ex elide veniſſe inquit quo niſus mortuus eſt Megarenſium rebus afflictis cuius rei argumentū eſt:q̄ꝺ ſtatim murū edificauit:q̄ꝺ vetus iam dirutus eſſet a cretēſibus. Uota ioui minos. deſcripturus poeta quēadmodū ariadne corona i ſidus fuit cōuerſa: breuiter cōmemorat ea q̄ de minautauri cede feruntꝶ. Minos enī victor hoc tributo athenieſes preſſit:vt nono q̄ꝫ anno quattuordeciȝ nobiliū liberi.hoc eſt ſeptē pueri:ac totidē virgines ſorte ducti mitterentur i cretā minotauro obijciendi. Theſeus igiꝶ egei regis filius:cū ſors ad eū ꝑueniſſet:i cretā miſſus ariadne minois regis filie amore illius capte auxilio ſeruatus eſt. nā quomō ꝛ minotaurū interficeret mōſtrauit: ꝛ filo ad ianuā fixo e labyrintho a dedalo extructo egrederꝶ oſtendit. Quare occiſo minotauro ariadnē vna cū phedra ſorore abducens i diam inſulā primū enauigauit: vbi ab igrato ariadna relicta:cū ſe deſertā q̄rereꝶ:opēqꝫ deoꝝ inuocaret: Libero patri ita placuit:vt ꝛ eam ſibi deſponſarit.ꝛ vt eterna illiꝰ amoris veſtigia eſſent:eius coronā in celū miſerit cuius gēme in ſtellas cōuerſe ſidus corone ſimillimū effecerūt. Tauroꝝ centū hecatōben ſignificat:q̄ꝺ erat centuȝ boū ſacrificiū. Curetida terrā.cretenſeȝ.nā curetes antiq̄ſſimi crete populi fuerūt.vn̄ curetis creta fuit cognominata. Opprobriū.dedecus. minotaurus. nā paſiphae cretes ꝛ ſolis filia.ac minois vxor veneris ipulſu i tauri amorē icidit:cui cū dedali oꝑa ſe ſuppoſuiſſet Minotaurū peperit:q̄ partim minoi: partim tauro ſimilis erat.qua ex re facile paſiphaes matris adulterium fuit deprehenſum: vt autem ſcribit diodorus:ferūt minoē ſingulis q̄buſqꝫ annis ſolitū fuiſſe tauꝝ oīm ſpecioſiſſimū neptuno ſacrificare. Cū aūt ei foret taurus forma ꝑſtantiſſimus:aliū multo inferiorē ſacrificauit.quare iratus Minoi neptunus paſiphae vxori illius tauri amorē iniecit. Cecis.occultis. Dedalus ingenio. Dedalus vt narrat diodorus:gn̄e athenienſis:ex iis vnꝰ q̄ erechthide vocanꝶ:adeo ꝑclarus fuit archithectus:vt ꝛ opera quedā mirāda effecerit:ꝛ ſtatuas q̄ aſpicere ambulareqꝫ ꝛ ſpirare videbanꝶ effinxerit:adeo nāqꝫ cōpoſitio mēbrorū apta erat:ꝛ ſuis partibꝰ ꝑfecta:vt oēs i admiratione alliceret. Ponit.extruit.edificat. Notas.ſigna quibꝰ loca facile diſcernunꝶ. Meādros fluuiꝰ eſt phrygie:cui(q2 ſepenumero in ſe redire videtur)

Vn̄ ciris

Labyrinthus

ſimilem ait labyrinthũ fuiſſe. Ad mare verſus apertũ. interdũ inquit ad fontẽ verſus redire. interdũ ad mare ſpacioſum verſus fluere videtur meandrus. Verſus aũt ꝙuis participium pleriſqꝫ videat: hoc loco prepoſitio eſt: que eleganter cum ad et in prepoſitionibus connectitur: vt ad forum verſus mihi ire in animo eſt. Acteo ſanguine. athenienſi. Tertia ſors. ſorte enim ducebantur qui mittendi erant. Tunc autẽ theſeus fuit eductus. Annis nouenis. poſt nouem annos. Utqꝫ ope virginea. poſteaꝙ inquit auxilio virginis ariadnes e labyrintho theſeus eſt egreſſus nauem conſcendit. Nullis iterata priorum. ad quã nemo priorum vnꝙ redire potuit. Rapta minoide. ariadna minois filia abducta. Diaz. iſula ẽ dia vna ex cycladibꝰ: haud longe diſtãs a creta ariadne ⁊ bacchi amoribꝰ clariſſima. quã ⁊ naxon: ⁊ ſtrongylen: ⁊ dioniſiada a vinearũ fertilitate: et ſiciliam minorez: ⁊ Callipolim appellatã fuiſſe pliniꝰ ſcribit. Multe ꝗ̃z vrbes die fuerunt vocitate. Eſt enim dia vrbs theſſalie: ab eaco edificata. eſt tracie altera iuxta athon montẽ. tertia eſt euboee. quarta eſt iſula cũ vrbe pelopõneſo adiacens. q̃nta ẽ luſitanie. ſexta italie iux̃ alpes. ſeptima ſcythie. octaua carie. nona bithynie iuxta pontũ. Diaz. verſus ſiue ad prepões ſiue potiꝰ vtreqꝫ ſubintelligãt. Deſtituit. dereliq̃t. Sũptã de frõte coronã. illa corona dr̃ a vulcano facta ex auro ⁊ idicis gẽmis: p quas theſeus exiſtimat de tenebris labyrinthi ad lucem veniſſe: qꝺ aurũ ⁊ gẽme i obſcuro fulgorẽ luminis efficiebãt. Hãc aũt coronã: vt ait hyginꝰ: quo tẽpore bacchus ad minoa venit: ariadne muneri dedit: qua delectata ſtupri cõditionẽ nõ recuſauit. Sed alie queqꝫ ſunt priſcoꝝ de hac corona opiniões. In nitidos ignes: in ſtellas ſplẽdentes. Specie corone. figura. nã illud ſidus qꝺ eſt inter engonaſi ⁊ ophiuchon ob ſimilitudinẽ corona vocat. Qui medius nixi genu. corone ſidus mediũ eſſe ait: ⁊ eius q̃ engonaſi a grecis vocat. hoc eſt in genibꝰ: ⁊ eius q̃ vocat ophiuchos. id ẽ anguem tenens. Nixiqꝫ genu. de hoc varie ſunt antiquoꝝ opiniones. nã eratoſthenes illũ herculẽ eſſe ait paratũ ad decertandũ: ſiniſtra manu pellẽ leonis: dextra clauã tenentẽ. Conat nãqꝫ interficere draconẽ heſperidũ cuſtodem: q̃ nunꝙ oculos operuiſſe ſomno coactꝰ exiſtimat: quo magis cuſtos eſſe demõſtrat. Horũ igit pugnã iupiter admiratus inter aſtra cõſtituit. habet eĩ draco caput erectũ. hercules aũt dextro genu nixus ſiniſtro pede ꝓximo capitis eius dexterã partẽ opp̄mere conat. dextra manu ſublata vt feriẽs. ſiniſtra vero ꝓiecta cũ pelle leonis: vt is ꝙ maxie dimicãs appeat. Qui plura de hoc videre cupit Hyginũ legat: varias opiniões referentẽ. Anguẽqꝫ tenentis. ophiuchi eſt interp̃tatio q̃ anguitenens a noſtris vocat tenens manibꝰ anguez mediũ corpus eius implicantẽ. hunc alij phorbãta triope filiũ. alij eſculapiũ alij glaucũ minois filiũ q̃ eſculapij opera dr̃ reuixiſſe: eſſe aiũt. Anguẽ vero hac de cauſa tenere dicit: ꝙ cũ glaucũ ſanare cogeret: concluſus quodã loco ſecreto: baculũ tenens manu cũ quid ageret cogitaret: dicit anguis ad bacillũ eiꝰ arrepſiſſe: quem aeſculapius mente cõmotus interfecit bacillo fugientẽ ſepius feriẽs. Poſtea fert alter anguis eodẽ veniſſe ore ferens orbẽ: ⁊ in caput eius ĩpoſuiſſe: quo facto illico fugiſſe: quare eſculapiũ vſum eadez herba glaucũ ad vitã reuocaſſe. Itaqꝫ anguis ⁊ in eſculapij tutela ⁊ in aſtris dr̃ collocatus: qua cõſuetudine ducti reliqui medici anguibus vtunt. Dedalus ĩterea. talis pueri athenienſis tranſmutationẽ in ꝑdicem auẽ poeta narraturus: que de volatu dedali atqꝫ icari ferunt p̃mittit: nã dedalus athenienſis Eupalmi filius cum talum ſororis filiũ optime ĩdolis iuuenẽ per inuidiam: quid ⁊ ſerram ⁊ circinum inueniſſet: ĩteremiſſo diceretur: iudicij euentũ timens in cretã aufugit. eius vero opera ⁊ paſiphae in lignea vacca incluſa cum tauro coiuit: ⁊ ariadna theſeum ſeruauit. que cum minos reſciuiſſet illũ in labyrinthum vna cum icaro filio coniecit. Dedalus ingenio pollenes pẽnas ad ſe varij generis afferri curauit: ex quibus et ſibi ⁊ filio alas confecit itaqꝫ aptauit: vt auiũ more e creta euolarint. Ac dedalus quidem: quo voluit incolumis peruenit. Icarus vero patris mandatorũ neglector: cum altius ꝙ pater euolare gauderet: reſolutis calore pẽnis in mare cecidit: qꝺ ab eo icarium ex ſententia ouidij fuit cognominatum. Cum vero dedalus filium ſepeliret: forte perdix noua tũc auis ipm aſpiciens merentẽ valde eſt gauiſa. Cũ enĩ eſſet iuuenis ingenioſiſſimus: iãqꝫ ſerram circinũqꝫ iueniſſet: a dedalo iuidia moto ex palladis arce delectꝰ auxilio ipſiꝰ palladis i auẽ fuit cõmutatꝰ. Loci natalis. patrie in qua natus erat. Ut cliuo creuiſſe putes. vt poſſis eas putare in cliuo aliquo creuiſſe

Quo poſtꝙ̃ geminã tauri iuueniſqꝫ figuram
Clauſit: ⁊ acteo bis paſtum ſanguie monſtrũ
Tertia ſors annis domuit repetita nouenis.
Utqꝫ ope virginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inuenta relicto:
Protinus egides rapta minoide diam
Uela dedit: comitẽqꝫ ſuam crudelis in illo
Littore deſtituit. deſerte et multa querenti
Amplexuſqꝫ et opem liber tulit: vtqꝫ perenni
Sidere clara foret: ſumptã de fronte coronaz
Immiſit celo. tenues volat illa per auras.
Dũqꝫ volant gẽme: nitidos vertũtur i ignes:
Conſiſtuntqꝫ loco ſpecie remanente corone:
Qui medius nixiqꝫ genu eſt anguẽqꝫ tenẽtis.
Dedalus interea creten longũqꝫ peroſus

Ariadne corona in ſidus

Dedali volatus

Librauit. suspēdit Nec te spectare bo-
oten. icaruz admonet dedalus: vt se se-
quatur. Neqꝫ enim opus esse vt vola-
tum suum dirigat ad siderum rationē:
que naute maxime obseruāt. Bootes
autem sidus est qui et arctophilax dici
tur: qui agitare plaustrum videtur. Un
de et a bobus nomen accepit. Septen
triones autem significat: quos naute
potissimum respiciūt. Helice vero ma
ior est vrsa: sic dicta ab helice vrbe arca
die in qua calisto nata esse fertur. Di-
cta est autem helice vt Stephanus ait:
vel ab helica lycaonis filio: vel ab heli
ce iouis vxore. Selinūtis autem filia.
Strictūqꝫ orionis ensem. orion apo tu
vru. hoc est ab vrina fuit cognomina-
tus: ꝙ ex iouis et mercurij vrina fin-
gatur natus: vt in quinto fastorum co-
piose narrat ouidius. Is venator tan-
tis viribus fuit: vt nulli fere se cessurū
iactaret. Quare terra permota scorpio
nem maximū emisit: qui illum interfi-
cere conaretur. Jupiter autem vtriusqꝫ
animum admiratus et scorpium spon
te et precibus diane orionem in sidera
sustulisse narratur. Referuntur tamen
et alie de orione opiniones ab hygino
Sidus vero orionis ita figurat̃: vt en-
sem nudum in manu temere videatur.
Damnosas artes. ꝑniciosas: qđ exitu
probatum est. Tremula arūdine. ha-
mo ab arundine tremula dependente.
Stiueqꝫ. stiua manubrium est aratri q̊
regitur. Uirgilius Stiuaqꝫ innixus a-
ratro. Junonia samos. iunoni dicata.
nam ibi iuno et nata et educata et io-
ui vxor tradita dicitur. Est autem insu
la in egeo carie adiacens: que prius tū
parthenia: tum dryusa: tum anemusa:
tum melamphylos fuit appellata. Est
etiam alia samos: que et samothracia
dicitur ꝙ thracie adiaceat: vnde Uir.
Threiciāqꝫ samon: que nūc samothra
cia fertur. Delos quoqꝫ et paros insu-
le sunt aegei: vt iam sepius diximus.
Dextera lebyntos. Lebyntos isula est
vna ex cycladibus. Calydne quoqꝫ in
Icari casꝰ sula est cycladum vna mellis ferax.
Mollit. molles reddit et liquefacit.
Odoratas ceras. odorem emittentes.

Exilium tactusqꝫ loci natalis amore:
Clausus erat pelago. terras licz inq̄t ⁊ vndas
Obstruat: at celum certe patet. ibimus illac.
Omnia possideat: non possidet aera minos.
Dixit: et ignotas aīm dimittit in artes:
Naturāqꝫ nouat. nā ponit in ordine pennas
A minima ceptas longam breuiore frequēte:
Ut cliuo creuisse putes. sic rustica quondam
Fistula disparibus paulatim surgit auenis.
Tunc ligno medias: et ceris alligat imas.
Atqꝫ ita compositas paruo curuamīe flectit:
Ut veras imitetur aues. puer icarus vna
Stabat: et ignarus sua se tractare pericla
Ore renidenti mō quas vaga mouerat aura:
Captabat plumas. flauam modo pollice cerā
Mollibat: lusuqꝫ suo mirabile patris
Impediebat opus. postq̄ manꝰ vltima cepto
Imposita est: geminas opifex librauit in alas
Ipse suum corpus: motaqꝫ pependit in aura.
Instruit et natū: medioqꝫ vt limite curras
Icare ait moneo. ne si demissior ibis:
Unda grauet pennas. si celsior: ignis adurat:
Inter vtrūqꝫ vola. nec te spectare booten:
Aut helicen iubeo: strictūqꝫ orionis ensem.
Me duce carpe viaz. pariter precepta volādi
Tradit. ⁊ ignotas humeris accōmodat alas.
Inter opus monitusqꝫ gene maduere seniles:
Et patrie tremuere manus. dedit oscula nato
Non iterū repetenda suo. pennisqꝫ leuatus
Ante volat: comitiqꝫ timet: velut ales ab alto
Que teneram prolem produxit in aere nido.
Hortaturqꝫ sequi. damnosasqꝫ erudit artes.
Et mouet ipse suas: ⁊ nati respicit alas.
Hos aliq̄s tremula dū captat arūdine pisces
Aut pastor baculo: stiueqꝫ innixus arator
Uidit ⁊ obstupuit: quiqꝫ ethera carpe possent:
Credidit esse deos: et iam iunonia leua
Parte samos fuerat: delosqꝫ parosqꝫ relicte.
Dextra lebynthos erat: fecūdaqꝫ melle calyd
Cū puer audaci cepit gaudere volatu: (ne.
Deseruitqꝫ ducem: celiqꝫ cupidine tactus:
Altius egit iter. rapidi vicinia solis
Mollit odoratas pennarum vincula ceras.

Cerulea aqua.nigro mari.nā in mare icarus cecidit.Que nomen traxit ab illo.nā mare icariū ab icaro fuit appellatū: vt ſentit ouidius.vt vero alij ab icaro inſula fuit cognomiatū. At pater infelix nec iā pater. pater q̄r genuerat.nō p̄r q̄r iā filiꝰ erat mortuus.Deuouit.deteſtatus eſt.Et tellus a noīe dicta ſepulti Icaros enī inſula ab icaro.dedali filio illic ſepulto dicta fuiſſe videt̃. Hunc miſeri tumulo.Tali pueri metamorphoſim ī quē deſcribere īcipit poeta.nā talus vt ⁊ Diod.⁊ Pauſa.ſcribūt.dedali ſororis filius:cū et rotā figuli ⁊ ſerram ferreā ⁊ circinū inueniſſet:a dedalo īuidia moto fuit interfectus.Quare dedalus ab areopagitis dāna-

Tepuerant cere.nudos quatit ille lacertos.
Remigioqꝫ carens non vllas percipit auras.
Oraqꝫ cerulea patrium clamantia nomen
Excipiūtur aqua:que nomen traxit ab illo.
At pater infelix nec iam pater.icare dixit
Icare dixit vbi es:qua te regione requiram:
Icare dicebat.pennas aſpexit in vndis.
Deuouitqꝫ ſuas artes:corpuſqꝫ ſepulchro
Condidit:et tellus a nomie dicta ſepulti.
Hunc miſeri tumulo ponentem corpora nati
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.
Et plauſit pennis.teſtataqꝫ gaudia cantu eſt:
Vnica tunc volucris:nec viſa prioribꝰ annis:
Factaqꝫ nuper auis lōguꝫ tibi dedale crimen.
Nāqꝫ huic tradiderat fatorū ignara docēdam
Progeniem germana ſuam natalibus actis
Bis pueruꝫ ſenis animi ad precepta capacis.
Ille etiam medio ſpinas in piſce notatas
Traxit in exemplū:ferroqꝫ incidit acuto
Perpetuos dentes:et ſerre repperit vſum
Primus.et ex vno duo brachia ferrea nodo
Iunxit:vt equali ſpacio diſtantibus illis
Altera pars ſtaret.pars altera duceret orbeꝫ.
Dedalus inuidit:ſacraqꝫ ex arce minerue
Precipitem miſit:lapſum mentitus:at illum
Que fauet ingeniis:excepit pallas:auēqꝫ
Reddidit:et medio velauit in aere pennis.
Sed vigor ingenii quondam velocis in alas
Inqꝫ pedes abiit.nomen qđ et ante remanſit.
Non tñ hec alte volucris ſua corpora tollit
Nec facit in ramis altoqꝫ cacumine nidos.
Preter humū volitat:ponitqꝫ i ſepibus oua:
Antiquiqꝫ memor metuit ſublimia caſus.

tus in cretā ad minoē aufugit. Ponētem tumulo. Tumulantē ⁊ ſepelientē Et plauſit pēnis.⁊ alas cōcuſſit. Vnica.ſola. Vnicus ei ſecūdo caret. vnus habet ſcđm. Longū crimen.magnuꝫ. nā dedalus euꝫ de palladis arce deieciſſe crimiatus eſt. Fatorꝫ ignara.iſcia eorꝫ.q̄ fato filio ſuo euenire debebant. Germana.ſoror dedali. Bis ſenis natalibꝰ actis.exactis duodecī annis. Natus enī erat annos duodecim talus cū dedalo fuit cōmendatus. Animi ad ꝑcepta capacis. Preceptorꝫ capacis ī ſoluta diceremus orōne. Ille etiā medio ſpinas. Talū ſerre fuiſſe ait inuētorem ad exemplū illiꝰ ſpine q̄ eſt ī medio piſci. Et ex vno duo ferrea brachia nodo Illū circini q̄ꝫ inuētorē fuiſſe ait poeta At illū. Pallas q̄ ⁊ minerua dr̃ oīm artiū inuētrix fuiſſe ꝑhibet̃. Excepit ſuſcepit. ꝓprie aūt excipi cadentia dicunt̃. Velauit.cooꝑuit Sed vigor ingenij quondā velocis. Sed vis inq̇t et acrimonia ingenij tali pueri in alas et pedes auis trāſiuit. Perdices ei acerrimi ſunt ⁊ volatꝰ ⁊ curſus. Nomen qđ ⁊ ante remanſit. Nā talus ꝑdix q̄ꝫ fuit cognomiatus. Preter humū.iux̃ terrā. Iāqꝫ fatigatū tellus etnea. Narraturus poeta ſororū meleagri cōuerſionē in aues meleagridas a fratre vocatas:venatiōeꝫ apri calydonij priꝰ deſcribit. Oeneus eī parthaonis filiꝰ rex calydonie cū decimas frugū dijs oībus ꝑterqꝫ diane ꝑſoluiſſet:irā dee in ſe cōcitauit.maximus nāqꝫ aper ab ea imiſſus Calydonie agros ita vaſtabat: vt oīa deſerta viderent̃. Quare meleager oenei patri iuſſu cōuocatā grecie iuuētutē in aprivenationē eduxit:quē cū atalāta ſchoenei filia ſpecioſiſſima ꝑma vulneraſſet ſagitta: viſa eſt meleagro digna:cui etate formaqꝫ placebat:q̄ capite pelleqꝫ interēpti apri donaret̃. Ceterū plexippus.toxeus:et agenor theſtij filij fratreſqꝫ althee matris meleagri egre ferentes feminam viris preponi cum ſpolia atalante per vim auferre vellent:a meleagro fuerunt interfecti. Quod quidem cum althea reſciuiſſet:fratruꝫ cedem vltura ſtipitem quem parce in meleagri natiuitate in ignem mittentes cecinerant cum eo meleagrum ipſum et victurum et periturum:in ignem coniecit.quo abſumpto meleager quoqꝫ cū maximo totius calydonie merore interijt. Cum vero eius ſorores flere nunq̄ꝫ deſinerent deorum miſericordia in aues a fratris nomine meleagridas cognomiatas conuerſe fuere.

Talus puer in ꝑdicē

Serre circiniqꝫ inuentor

Fabula 4. Janq; fatigatuz. Dedalus minois iraz
fugiens ad cocalum ſicilie regem per-
Cocalus ucnit a quo et tutatus et hoſpicio ſu-
ſceptus eſt: ac tandem minos ipſe iter-
fectus. Theſea laude. theſei virtute.
Pro eo enim qđ precedit id quod ſe-
quitur poſituz eſt. virtutem nāq; laus
conſequi ſolet. Theſei nāq; virtute mi
notaurus fuit iterfectus. Hec vero ad
cōnectendas fabulas narrantur. Pen
dere tributuz. perſoluere tributum ob
cedem Androgei athenienſibus a mi-
noe impoſitum. Bellatricem miner-
uam. hec etiā bellona vocatur. Vocāt.
inuocant. Voto ſanguine. victimaruz
quas vouerant ſanguine: ſi theſeus vi-
ctor ex creta reuerteret. Diues acheia.
potens grecia. Implorauere. cum la-
Oeneus chrymis petiere. Huius opem calydō
Calydon vrbs eſt Aetolie a calydone
endymionis vel eotoli filio appellata.
vnde calydonius declinatur. Sus erat
aper et quidem ferociſſimus. Plenis
ſucceſſibus anni. ob plenā et perfectaz
illi⁹ anni fertilitatē. Primitias frugū.
primas fruges. prima nāq; frumenta
matura cereri dicabantur: vt vina bac-
cho. oleū minerue. Palladios latices
oleū dicit a pallade inuentū. Ceptus
ab agricolis. Cererem: Bacchū et mi-
Aper calydonius neruaz: agricolas vocat poeta q̄ ea in-
uenerint quib⁹ agriculture opera dat.
Ambitioſus honor. ab effectu q̄ am-
bitioſos reddat. Honor aūt deorū ſa-
crificia ſunt. Sine thure. ſine ſacrificio
Latoidos. diane filie latone. Herbi-
da epirus. herboſa. Epirus vero conti
nentem ſignificat. ſed frequenter qui-
dem pro ea ponitur regione q̄ et chao
nia appellatur. Dentibus indis. ele-
phantinis. Ardent. ardere videntur.
Grauidi fet⁹. racemi vua graues. Ca-
luere. commoti fuere. Tyndaride ge-
mini. caſtor ⁊ pollux gemelli tyndari fi
lij: ac lede putati: cum eſſent iouis: quo
rum alter pugil fuit preclarus: Caſtor
autem domitor equorum ab Homero
alijſq; poetis fuiſſe memoratur. Ceſti
bus. armis quibus pugiles vtuntur.
Et duo theſtiade. Theſtij filij Toxe⁹
et plexippus. Et proles ephyrea lyn-
ceus. Ephyrea quidem legitur: vt ab
ephyre vrbe: que nunc corinthus dicit
declinetur. ſed mihi recte aphareia ab
eo qui hoc opus e latina in grecam li-
guam vertit: legi videtur: vt intelliga-
mus lynceum acutiſſimi viſus hoiem

Janq; fatigatum tellus etnea tenebat
Dedalon: ⁊ ſūptis ꝓ ſupplice coc..lus armis
Mitis habebatur. iam lamentabile athene
Pendere deſierant theſea laude tributum.
Templa coronant. bellatricēq; mineruam
Cū ioue diiſq; vocāt aliis: quos ſanguie voto
Mūeribuſq; datis ⁊ aceruis thuris honorāt.
Spſerat argolicas nomē vaga fama ꝑ vrbes
Theſeos: ⁊ populi: quos diues achaia cepit:
Huius opem magnis implorauere periclis.
Huius opē calydon: q̄uis meleagrō haberet:
Sollicita ſupplex petiit prece. cauſa petendi
Sus erat infeſte famulus vindexq; diane.
Oenea nanq; ferunt plenis ſucceſſibus anni
Primitias frugum cereri. ſua vina lyeo.
Palladios flaue latices libaſſe minerue.
Ceptus ab agricolis ſuperos ꝑuenit ad oēs
Ambitioſus honor. ſolas ſine thure relictas
Preteritas ceſſaſſe ferunt latoidos aras.
Tangit et ira deos. at non impune feremus:
Queq; inhonorate: nō et dicemur inulte.
Inquit: et oeneios vltorem ſpreta per agros
Miſit aprum: quāto maiores herbida tauros
Nō habet epirus: ſed hn̄t cicula arua mīores.
Sāguie ⁊ igne micāt ocl'i. riget horrida ceruix
Et ſete denſis ſimiles haſtilibus horrent.
Stantq; velut vallum. velut alta haſtilia ſete.
Feruida cum rauco latos ſtridore per armos
Spuma fluit. dentes equantur dentibus idis.
Fulmen ab ore venit. frondes afflatib⁹ ardēt.
Is mō creſcētes ſegetes proculcat in herba.
Nunc matura metit fleturi vota coloni.
Et cererem in ſpicis intercipit. area fruſtra.
Et fruſtra expectāt promiſſas horrea meſſes.
Sternuntur grauidi longo cū palmite fetus:
Baccaq; cū ramis ſemper frondentis oliue:
Seuit et in pecudes. nō has paſtor ve caniſve.
Non armenta truces poſſunt defendere tauri.
Diffugiunt populi. nec ſeſe in menibus vrbis
Eſſe putant tutos: donec meleagros et vna
Lecta man⁹ iuuenū caluere cupidine laudis.
Tyndaride gemini preſtantes ceſtibus alter.
Alter equo: primeq; ratis molitor iaſon:

aphareí filiū fuiſſe. Et cretus amyntore phenix. phenix amyntoris filius: ꝗ impellēte matre poſteaꝙ cū pellice illiꝰ rem habuiſſet: iprecatiões patris effugiens ad peleuꝫ ꝑuenit: a ꝗ vt narrat homerꝰ: hoſpicio benigniſſime ſuſceptus achillis educādi inſtituendiꝙ curā ſuſcepit: vt illi et dicendoꝝ ⁊ agendoꝝ ꝑceptor eſſet. alter etiā fuit phenix agenoris pater: a quo phenicia fuit denomiata. aueꝫ ꝗꝫ eſſe phenicē nemo eſt ꝗ ignoret. Actorideꝙ parēs. menoetij eſt periphraſis. nā menoetius patrocli: ꝗ actorides ab actore auo dr̄: fuit pater: vt apte in. xi. iliados ſcribit Home. Et hyanteo iolao. beotio. hyantes enī populi ſunt beotie: vt diximus.

Et cū pirithoo felix concordia theſeus:
Et duo theſtiade: ⁊ proles aphareia lynceus:
Plexippuſꝙ ferox: iaculoꝙ iſignis acaſtus:
Et velox idas: et iam non femina ceneus:
Hippotaſꝙ: driaſꝙ: ⁊ cretꝰ amyntore phenix
Actorideꝫ parēs: ⁊ miſſus ab elide pelas
Nec telamō aberat: magniꝙ creator achillis:
Cumꝙ pherecíade et hyanteo iolao
Impiger eurytion: curſuꝙ inuictus echion:
Nericiuſꝙ lelex panopeus: hyleuſꝙ: feroxꝙ
Hippaſus: et primis etiam nūc neſtor i annis.
Et quos hyppocoon antiquis miſit amyclis:
Penelopeſꝙ ſocer cum parrhaſio anceo:
Ampycideſꝙ ſagax: ⁊ adhuc a coniuge tutus
Oeclides: nemoriſꝙ decus tegeea lycei
Uenit atalante ſchoenei pulcherrima virgo.
Raſilis huic ſummā mordebat fibula veſtem.
Crinis erat ſimplex nodum collectus in vnū.
Ex humero pendens reſonabat eburnea leuo
Telorum cuſtos. arcum quoꝙ leua tenebat.
Talis erat cultu. facies quam dicere vere
Uirgineaꝫ in puero puerilē in virgine poſſes.
Hanc pariter vidit. pariter calydonius heros
Optauit renuente deo: flammaſꝙ latentes
Hauſit. ⁊ o felix ſi quem dignabitur inquit
Iſta virum. nec plura ſinit tempuſꝙ pudorꝙ
Dicere. maius opus magni certaminis vrget.
Silua frequēs trabibꝰ: quā nulla ceciderat etas
Incipit a plano: deuexaꝙ ꝓſpicit arua.
Quo poſtꝙ venere viri: pars retia tendunt.
Uincula pars adimūt canibꝰ. pars pſſa ſequūẜ
Signa pedū: cupiūtꝙ ſunꝫ reperire pericluꝫ:
Concaua vallis erat: quo ſe demittere riui
Aſſuerant pluuialis aque: tenet ima lacune
Lenta ſalix: vlueꝙ leues: iunciꝙ paluſtres:
Uiminaꝙ: ⁊ longe parua ſub arūdine canne.
Hinc aper excitus medios violentus i hoſtes
Fertur: vt excuſſis eliſus nubibus ignis.

Naryciuſꝙ lelex. Naryx vrbs eſt locridis ꝗ ⁊ naryciū ⁊ naryce dr̄. vñ narycíꝰ poſſeſſiuū declinaẜ. ab hoc vero lelege populi leleges fuere cognomiati. Antiquis amyclis. Amicle vrbs eſt laconie ab amycla lacedemonis filio edificata atꝙ cognomiata. fuerunt etiam amycle i italia lacedemonioꝝ colonia iter caietā et terracinā: ꝗ tacēdo ꝑierūt vñ Uir. eas tacitas appellauit. Tacit regnauit amyclys. amycleū etiā eſt in creta vrbs et portus. Penelopes ſocer laertes vlyſſis pater. cū parrhaſio āceo arcadico. eſt ei ꝑrhaſia arcadie vrbs: vt iā diximus. Et adhuc a cõiuge tutus oeclides. Amphiaraus oeclij filius: ꝗ cū vaticinādi peritiſſimus cognouiſſꝫ a thebano bello ſe nō redíturū: ita latebras petijt: vt oīa tñ eripyle vxori: quā fidiſſimā putabat: idicaret. illa vero ab Argia adraſti filia monili accepto: qđ vulcanus hermione priuigne dono dederat: maritū adraſto ꝓdidit: ꝗ thebanū agrū ingreſſus vna cū curru a tellure fuit abſortus. Tegeea. arcadica. nā Tegea vrbs eſt arcadie: qđ nomen tri ſyllabū quidē eſt. ſed qđ inde declinaẜ poſſeſſiuū: ita ꝗtuor ſyllabaruꝫ efficiẜ vt penultima ſit longa. Eſt etiā tegea in creta a talthibio edificata. vñ Tegeate dñr. Uenit atalantis cenei. Sic ꝗdem legiẜ. ſed atalante et ſchoenei michi recte a grecis legi videẜ. Nā atalāta ſchoenei filia fuit formoſiſſima: ex ꝗ meleager parthenopeuꝫ ſuſcepit. altera fuit atalanta iaſij filij abantis argiuoꝝ regis filia. De qua ꝓpertius. mimalion nullos fugiendo tulle labores ſeuiciā dure cõtulit iaſidos. Raſilis fibula. raſum cingulū. a ꝑte enī totū intelligiẜ. Teloꝝ cuſtos. pharetre periphraſis. Calydonius heros. Meleager. Renuente deo. nolente vt ea potireẜ. Flāmaſꝙ latentes hauſit. occultū amorē cõcepit. Si quē dignabiẜ iſta virū. hoc eſt ſi quē iſta ſe vxore dignū exiſtimabit. hac aūt exclamatione meleager ſignificat ſe atalāte pulchritudinē maximopere admirari. Urget. inſtat. Silua frequens trabibus. denſa arboribus. eſt aūt topographia ſilue et deſcriptio: quā partī planā: ꝑtim mõto=

Atalanta

ſam eſſe ait. Ima lacune. infimas val
lis ꝑtes. Lacuna eĩ eſt aque collectio
q̃ et lama vocat. Lenta ſalix. flexibilis
Ulue leues. vlua eſt herba in paludi-
bus naſcens. Et longe ꝑua ſub arũdi-
ne cãne. Arũdinẽ appellare videt poe
tã cãnarũ corticẽ: q̇ et tenuis eſt ⁊ faci
le areſcit. vñ arũdinis nomen deductũ
eſſe videt. Excitus. excitat⁹. Ut excuſ-
ſis eliſus nubib⁹ ignis. ꝑiphraſis ẽ ful
minis qđ ex nubiũ ꝯcurſu elidit. Ster
nit incurſu nemus. arbores inq̇t apri
illius incurſu ĩ terrã deijciunt. hinc ve
ro colligit q̃ꝫ vaſtus aper ille validuſqꝫ
eſſet: cuius ĩpetu nemus ꝓſternebat.
Propulſa. ĩpulſa. Dat fragorẽ. ſtrepi-
tũ facit. Fragor nãqꝫ dr̃ ſtrepitus rerũ
fractarũ. Protentaqꝫ forti tela tenent
Geſtũ exp̃mit venatorũ aprũ excipiẽ
tiũ. ꝓtendere nãqꝫ venabula apris ruẽ
tib⁹ ſolent. Protenta tela. venabula.
Diſſipat. diſijcit. Obliq̃ ictu. apri obli-
q̃s ictus inferũt. Cuſpis. iaculũ. a par-
te totũ. In tergo petito. in tergo apri.
Pagaſeius iaſon. Theſſalus a paga-
ſis vrbe theſſalie vt diximus. Ferrũqꝫ
diana volanti. q̃ copula hoc loco q꜡ ſi-
gnificat idcirco nãqꝫ ſine vulnere fuit
aper q꜡ diana ferruꝫ iaculo abſtulerat.
Sine acumine. ſine cuſpide. Emicat
ex oculis. ira igniſve aut flãma ſubitel-
ligat. Moles. maximũ ſaxũ quantũ e
machinis bellicis emittit. Cõcita. ĩpul
ſa. Neruo adducto. fune baliſte addu-
cto. Certo ĩpete. ĩpetu. metri eñi gr̃a ĩ-
pete interdũ vtunt poete. Dextra tuen
tes cornua. dextrũ cornu defendentes.
aciẽ nãqꝫ in aprũ direxerãt: q̃ in dextrũ
et ſiniſtrũ cornu fuerat diſtributa. Hip
pocoõte ſatus. hippocoõtis filius. Et
terga paraniẽ vertere. fugere volentẽ.
Succiſo poplite. reciſo crure. eſt eĩ po-
ples pars genu poſterior qđ poſt pli-
cet dictũ. Forſitan et pylius. Neſtor a
pylo vrbe meſſenie cui ĩperauit. Citra
troiana tp̃a. añ troianũ bellũ. tp̃a nãqꝫ
infelicia calamitoſaqꝫ fere accipiuntur
Sũpto conamine. capto ĩpetu. Ab ha
ſta poſita. fixa. Deſpexitqꝫ tutus loco.
deorſum aſpexit inq̇t apruꝫ altitudine
arboris tutus et ſecurus. neqꝫ eñi apri
arborẽ aſcendere poſſunt. Recentibus
armis. dẽtib⁹. Hauſit. aperuit. ꝑcuſſit.
Nondũ celeſtia ſidera. Gemini q̃ vnũ
ex zodiaci ſignis ꝯſtituũt: caſtor ac pol
lux eſſe dicunt. Uulnera feciſſent. vul-
neraſſent. Setiger. aper ſetas gerens.
Opacas. vmbroſas arboribus denſas

Sternitur incurſu nemus: et ꝓpulſa fragoreꝫ
Sylua dat. exclamãt iuuenes: ꝓtentaqꝫ forti
Tela tenent dextra lato vibrantia ferro.
Ille ruit: ſpargitqꝫ canes: vt quiſqꝫ furenti
Obſtat: ⁊ obliquo latrantes diſſipat ictu.
Cuſpis echionio primũ contorta lacerto
Uana fuit: truncoqꝫ dedit leue vulnus acerno.
Proxima ſi nimiis mittentis viribus vſa
Non foret: in tergo viſa eſt heſura petito.
Longius it. auctor teli p egaſeius iaſon.
Phebe ait ampicides: ſi te coluiqꝫ coloqꝫ:
Da mihi quod petitur: certo contingere telo.
Qua potuit p̃cib⁹ deus annuit. ict⁹ ab illo eſt:
Sed ſine vulnere aper: ferrũqꝫ diana volanti
Abſtulerat iaculo: lignũ ſine acumine venit.
Ira feri mota eſt: nec fulmine lenius arſit.
Emicat ex ocl'is. ſpirat quoqꝫ pectore flãmas
Utqꝫ volat moles adducto concita neruo:
Cũ petit aut muros aut plenas milite turres
In iuuenes certo ſic impete vulnificus ſus
Fert: ⁊ eupalamõ pelagonaqꝫ dextra tuentes
Cornua ꝓſternit. ſocii rapuere iacẽtes.
At non letiferos effugit eneſimus ictus
Hippocoõte ſatus. trepidantẽ ⁊ terga parãtẽ
Uertere ſucciſo liquerunt poplite nerui.
Forſitan et pilius citra troiana periſſet
Tempora ſꝫ ſumpto poſita conamĩe ab haſta
Arboris inſiluit: que ſtabat proxima ramis:
Deſpexitqꝫ loco tutus: quem fugerat hoſtem.
Dentibus ille ferox in querno ſtipite tritis
Imminet exitio. fidenſqꝫ recentibus armis
Orithie magni roſtro femur hauſit adunco.
At gemini nondum celeſtia ſidera fratres
Ambo conſpicui: niue candidioribus ambo
Uectabantur equis. ambo vibrata per auras
Haſtarum tremulo quatiebant ſpicula motu.
Uulnera feciſſent: niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet nec equo loca peruia ſiluas.
Perſequitur telamon: ſtudioqꝫ ĩcautus eũdi
Pronus ab arborea cecidit radice retentus.
Dum leuat hunc peleus: celerẽ tegeea ſagittã
Impoſuit neruo: ſinuatoqꝫ expulit arcu.
Fixa ſub aure feri ſummum diſtrinxit arundo

Corpus:et exiguo rubeſcit ſanguine ſetas.
Nec tamen illa ſui ſucceſſu letior ictus
Quam meleager erat. primus vidiſſe putatur:
Et primus ſocus viſum oſtendiſſe cruorem:
Et meritum dixiſſe feres virtutis honorem.
Erubuere viri:ſeqꝫ exhortantur:et addunt
Cū clamore animos:iaciūtqꝫ ſine ordine tela
Turba nocet iactis:et quos petit īpetit ictus.
Ecce furens cōtra ſua fata bipennifer arcas:
Diſcite femineis quid tela virilia preſtent
O iuuenes: operiqꝫ meo concedite dixit.
Ipſa ſuis licet hunc latonia protegat armis:
Inuita tamē hunc perimet mea dextra diana.
Talia magniloquo tumidꝰ memorauerat ore
Ancipitemqꝫ manu tollens vtraqꝫ ſecurim
Inſtiterat digitis primos ſuſpenſus in artus.
Occupat audentez:quaqꝫ eſt via ꝓxima leto:
Sūma ferus geīnos direxit ad inguina dētes
Concidit anceus:glomerataqꝫ ſanguie multo
Viſcera lapſa fluūt:madefactaqꝫ t̄ra cruore ē.
Ibat in aduerſum proles ixionis hoſtem
Pirithous valida quatiens venabula dextra:
Cui procul egides. o me mihi carior inquit
Pars anime cōſiſte mee. licet eminus eſſe
Fortibus. anceo nocuit temeraria virtus.
Dixit:et erata torſit graue cuſpide cornu:
Cui bene librato:votiqꝫ potente futuro
Obſtitit eſculea frondoſus ab arbore ramus.
Miſit et eſonides iaculuz:quod caſus ab illo
Vertit:et in mentū figit latrantis: et inter
Ilia coniectum tellure per ilia fixum eſt.
At manus oenide variat:miſſiſqꝫ duabus
Haſta prior terra. medio ſtetit altera tergo.
Nec mora:dū ſeuit. dū corpora verſat in orbē:
Stridentēqꝫ nouo ſpumā cū ſanguine fundit.
Vulneris auctor adeſt:hoſtēqꝫ irritat ad irā.
Splēdidaqꝫ aduerſos venabula ꝓdit ī armos
Gaudia teſtantur ſocii clamore ſecundo:
Victricemqꝫ petunt dextre cōiungere dextrā.
Immanēqꝫ feram multa tellure iacentem
Mirātes ſpectāt: neqꝫ adhuc contingere tutū
Eſſe putant. ſed tela tamen ſua q̄ſqꝫ cruentat.
Ipſe pede impoſito caput exitiabile preſſit

Studio eundi. cupiditate currēdi. Leuat. alleuat. tollit. Tegeea. atalanta. Sinuato arcu. cōtracto. Arundo. arūdinea ſagitta. Diſtrinxit. vulnerauit. Feres. habebis. Erubuere viri. puduit inquit viros fortes aprum a virgine primum fuiſſe percuſſuz. Bipennifer arcas. anceus arcadicus bipennem ferens. Concedite. locum date. Operi meo. virtuti mee. temerarij autē iactabundiqꝫ ē oratio. Protegat. defendat Perimet. interficiet. Tumidus. elatꝰ ſuperbus. Ancipitem ſecuri ex vtraqꝫ parte incindentē. vtrinqꝫ acutam. Inſtiterat digitis. ſteterat in digitis. geſtꝰ autem exprimitur tollentis ſecurim vt aliquem percutiat. In p̄mos artus. in primas digitorū partes. Occupat. ante aggreditur. Quaqꝫ eſt via proxima leto. inguina eni percuſſa homini mortem afferunt. Multo ſangnine. cum prepoſitio ſubaudiatur:vt cum multo ſanguine intelligatur. Egides. theſeus egei filius. timebat autē pirothoo ſibi amore coniunctiſſimo theſeus ab apro. Eminus eſſe. longe abeſſe. Temeraria virtus. incōſiderata fortitudo Graue cornu. grauem haſtā ex cornu confectā. Torſit. iecit. Erata. ere et ferro munita. Votiqꝫ potēte futuro. hoc eſt aprum percuſſuro. Eſculea arbore eſculus arbor eſt glandifera ioui dicata. Eſonides. iaſon eſonis filius. Vertit. auertit. conuertit. Et in mentum latrantis. canis partem oris inferiorem mentum improprie poeta vocat:cum nulli animalium preterq̄ homini mentū ꝛ male ſint:vt in vndecimo naturał hiſtorie Plinius tradit. Inter ilia. ilia in alijs aīalibus dicunt̄: q̄ in hoībus ꝛ ouibus lactes appellantur : vt idem Plinius ſcribit. Tellure. in terra. Bene librato. fortiter iacto. Oenide. meleagri oenei filij. Dum ſeuit. furit. Dum corpora. duz ſe rotat. Auctor vulneris meleager. Irritat. prouocat. Petunt. appetunt. cupiunt. Cruētat. cruore inficit. Exitiabile. peſtiferum ꝙ multis exitij cauſa fuit. Nonacria. atalanta. a nonacri vrbe arcadie dicta.

Spolium mei iuris.quod iure iſpo mihi debet.nā meleager aprū interfecerat.ſpolia vero ꝓprie dicunt que hoſtibus detrahunt.Exuuias.exuuie ꝗ ab exuēdo dicunt nō ſolum hoīm tegmina aut veſtes ſunt: ſed pelles ꝗꝙ et ſerpentū ⁊ aliorū aīaliū.Virgi.ij.geor.de ſerpente loquēs. Cū poſitis nouus exuuijs nitiduſꝙ iuuēta.Terga dat.tergora et pellem apri.Et magnis inſignia dētibus ora. Caput quoꝙ apri atalante traditū fuiſſe a meleagro poeta ait. Pone.depone.Noſtros titulos.noſtrū honorē. noſtrā gloriā. Femina cū ꝗdā ɔtēptu atalantā feminā vocant. Theſtiade.plexippus et toxeus theſtij filij. Ne ſit longe tibi muneris auctor.id ē ne iterficiaris: ſicꝙ lōge ab amatore tuo ſepareris. Et huic adimūt munus.atalāte inqt munus eripinut. ius aūt muneris dandi meleagro. Non tulit.nō paſſus ē atalātā munere fraudari. Mauortius.bellicoſus.marti ſimilis. Frendēs.fremēs. Nefando ferro.nefario:impio.nā plexippus meleagri auūculus erat. Hauſit.ꝑcuſſit. Timentia.timētis. ē enī hyppallage. Toxea qd faciat.ordo eſt.haud patit dubitare diu meleager toxeū dubiū qd faciat volentēꝙ ⁊ fratrē vlciſci ⁊ timētē fraterna fata. Conſorti ſanguīe.fraterno Editus.dict⁹.nūciatus. In pene amorē.ī ſupplicij cupiditatē.⁊ vīdicte. Stipes erat. ſtipitē deſcribit poeta in quo meleagri vita ɔtinebat. Partus enixa

Althee fratrum cedes.

theſtias.altea theſtei filia puerū enixa et puerpera. Triplices ſorores: tres ꝑce.cloto.lacheſis.et atropos.ꝗs Martianus capella deorū ſcribas eſſe ait:⁊ ſentētias iouis ſtudio veritatis excipe Has latini nonā decimā ⁊ mortē vocarūt a ꝑtus tpe.nā a nono ⁊ decimo mēſe pueri ſm naturā naſcunt.eoꝙ none et decime aſcribunt.ꝗ vero aū poſtue hoc tp̄s naſcūt:ꝗſi mōſtra morte attribuunt.nā ſeptimo menſe raro pueri vitales naſcunt.octauo nūꝗ. nono ſepe decimo ſepius.he vite humane preeſſe credunt eāꝙ nendo ɔtinere.vñ etiā lanifice et puelle ⁊ ſorores a poetis dñr. Martialis. lanificas nlli tris exorare

Stipes ī quo meleagri vita.

puellas Cōtigit.Obſeruātꝙ ſtatuere diē.ꝑce aūt dicte vel a ꝑcendo katantiphraſin ꝙ nulli ꝑcāt. vel a ꝑtu vnius littere mutatiōe:vt Varro ſcribit.ꝙ vt ait Heſiodus.he naſcentibus hoībus bonū malūꝙ parare et preſtare cenſeant. Has Cicero herebi ⁊ noctis filias fuiſſe ſcribit.tres aūt ꝑce tria ſunt fata numero vt Apuleius ait.cū rōne tp̄is facientia.nā atropos p̄teriti tp̄is eſt fatum:qđ ne deus quidē faceret infectū. Vnde ⁊ atropos dicta eſt ꝙ verti mutariꝙ non poſſit. Lacheſis futuri: ꝙ ipſa net ⁊ filū ꝓducit apo tu lagchani hoc eſt a ſorciēdo cognoīata. Clotho p̄ñtis:ꝙ torquēdo fuſū colligit filum a lacheſi deductū apo tu klothin qđ eſt torquere.

Atꝙ ita.ſume mei ſpolium nonacria iuris
Dixit:et in partem veniat mea gloria tecum.
Protinus exuuias rigidis horrentia ſetis
Terga dat:et magnis inſignia dentibus ora.
Illi leticie eſt cum munere muneris auctor.
Inuidere alij:totoꝙ erat agmine murmur:
E quibus ingenti tendentes brachia voce
Pone age:nec titulos ītercipe femīa noſtros
Theſtiade clamant:nec te fiducia forme
Decipiat:ne ſit longe tibi captus amore
Auctor.⁊ huic adimūt mun⁹.ius muneris illi.
Non tulit:⁊ tumida frendens mauortius ira:
Diſcite raptores alieni dixit honoris:
Facta minis quātum diſtēt.hauſitꝙ nefando
Pectora plexippi nil tale timentia ferro.
Toxea quid faciat dubiū:paritérꝙ volentem
Vlciſci fratrem:fraternaꝙ fata timentem
Haud patitur dubitare diu:calidūꝙ prioris
Cede recalfecit conſorti ſanguine telum.
Dona deum templis nato victore ferebat:
Cum videt extinctos fratres althea referri:
Que plangore dato meſtis clamoribus vrbē
Implet:et auratas mutauit veſtibus atris.
At ſimul eſt auctor necis editus:excidit omis
Luct⁹:et a lachrymis ī pene verſus amorē eſt.
Stipes erat:quē cum partus enixa iaceret
Theſtias:in flāmā triplices poſuere ſorores.
Staminaꝙ impreſſo fatalia pollice nentes
Tempora dixerunt eadem lignoꝙ tibiꝙ
O mō nate damus.quo poſtꝙ carmine dicto
Exceſſere dee:flagrantem mater ab igne
Eripuit ramum: ſparſitꝙ liquentibus vndis:
Ille diu fuerat penetralibus abditus imis.
Seruatuſꝙ tuos iuuenis ſeruauerat annos.
Protulit hūc genitrix:tedaſꝙ ⁊ fragmīa poni
Imperat:et poſitis inimicos admouet ignes.
Tum conata quater flāmis imponere ramū:
Cepta quater tenuit.pugnat materꝙ ſororꝙ:

Pugnat materqꝫ ſororqꝫ. hoc eſt affectus matris ſororiſqꝫ in animo althee inter ſe contendūt. Et diuerſa trahunt. et in diuerſum trahunt. Unum pectus. vnū animum. Sepe metu ſceleris. eleganter deſcribit poeta mulieris animū affectu miſericordie ſimul ⁊ indignationis vexatum. Ferus animi ardor. magna animi indignatio. Uim geminam. duplicem violentiam ⁊ venti et eſtus maris. Errat. vagatur animo et mente. Conſanguineas vmbras. fratrum animas. Leniat. mitiget. Sanguine. filij morte. Impietate pia eſt. videtur ſtulte eſſe dictum. quo nanqꝫ modo quis pius eſſe poſſit impietate? ſed pia videtur fuiſſe althea fratrū cedem vlciſcendo. impia filium necando. Lignum fatale. in quo meleagri fata continebantur. Ante ſepulchrales aras. que in ſepulchris erigebanṫ. Penarumqꝫ dee triplices. furias infernales: que tres dicuntur eſſe. theſiphone. alecto. et megera. althea vero teſtatur ſe per nefandum ſcelus fratrum cedem vlciſci. Eumenides. furie dicunṫ katantiphraſin. ꝙ nulli beniuole ſint aut mites. Aduertite. conuertite. Furialibus ſacris. a furore et indignatiōe prouenientibus. Mors morte pianda eſt. cedes fratrū morte filij purganda eſt. An felix oeneus. cum magna indignatiōe hec ab althea dicunṫ. Magno paratas inferias. ſacrificia magno precio et filij ſanguine cōparata. inferie autem dicuntur ſacrificia que mortuis fiunt. Uteri mala pignora noſtri. exigiſis et expoſitio inferiarū magno comparatarum. Hei mihi quo rapior retrahitur officio matris a cede filij althea. Quo rapior. in quod ſcelus trahor. Mortis michi diſplicet auctor. nollē inquit althea ego eſſe mortis filij auctor. Ergo impune feret. indignationi iterum indulget althea. ergo enim affectui ⁊ indignationi ſeruit. ſic Auguſtus de Uirgilij teſtamento. Ergo ne ſupremis potuit vox iproba verbis Tam dirū mādare nefas? Spemqꝫ patris. oenei qui totam ſpem ſuam in meleagro filio collocarat. Mens vbi materna eſt? ad pietatem qua filiū proſequitur reuocat cogitationem ſuam althea: in qua tamē indignatione victa diutius non perſtat. Bis quinqꝫ menſum. Decem menſes in vtero matres filios geſtare dicuntur: qꝫuis vulgus nouem tantummodo putet. non autem mēſes vt fere in exemplaribus eſt deprauatum: ſed menſum pro menſium: vt monet Priſcianus eſt legendum. vt decem menſium labores intelligamus. O vtinam p̄mis arſiſſes ignibus infans. vtinam inquit tunc combuſtus fuiſſes cum eras infans vna cū ſtipite quem a parcis in ignem coniectum ego ardere paſſa non ſum.

Et diuerſa trahūt vnum duo nomina pectus.
Sepe metu ſceleris pallebant ora futuri.
Sepe ſuum feruens oculis dabat ira ruborē.
Et modo neſcio quid ſimilis crudele minanti
Uultus erat. mō quē miſereri credere poſſes.
Cūqꝫ ferꝰ lachrimas animi ſiccauerat ardor:
Inueniebantur lachrime tamen: vtqꝫ carina:
Quā ventus ventoqꝫ rapit contrarius eſtus
Uim geminā ſentit: paretqꝫ incerta duobus.
Theſtias haud aliter dubiis affectibus errat:
Inqꝫ vices ponit: poſitamqꝫ reſuſcitat iram.
Incipit eſſe tamen melior germana parente.
Et conſanguineas vt ſanguine leniat vmbras:
Impietate pia eſt. nam poſtqꝫ peſtifer ignis
Conualuit: rogꝰ iſte cremet mea viſcera dixit.
Utqꝫ manu dira lignum fatale tenebat:
Ante ſepulchrales infelix aſtitit aras:
Penarumqꝫ dee triplices furialibus inquit
Eumenides ſacris vultus aduertite veſtros.
Ulciſcor: facioqꝫ nefas. mors morte piāda ē.
In ſcelus addendū ſcelus ē. in funera funus.
Per coaceruatos pereat domus impia luctꝰ.
An felix oeneus nato victore fruetur?
Theſtius orbus erit? melius lugebitis ambo.
Uos modo fraterni manes animeqꝫ recentes
Officium ſentite meum: magnoqꝫ paratas
Accipite inferias vteri mala pignora noſtri.
Hei mihi quo rapior? fratres ignoſcite matri.
Deficiunt ad cepta manus. meruiſſe fatemur
Illū cur pereat. mortis mihi diſplicet auctor.
Ergo impune feret. viuuſqꝫ et victor et ipſo
Succeſſu tumidus regnū calydonis habebit?
Uos cinis exiguus gelideqꝫ iacebitis vmbre?
Haud equidē patiar. pereat ſceleratus: et ille
Spemqꝫ patris regnum trahat patrieqꝫ ruinā
Mēs vbi materna ē? vbi ſunt pia vota parētū.
Et quos ſuſtinui bis menſum quinqꝫ labores.
O vtinam primis arſiſſes ignibus infans:

Tuo merito.tuo delicto. Facti.peccati:ac ſceleris tui. Stipite rapto.ex igne erepto torre et titione. Et cupio.fratres vlciſci ſubintelligat. Et nequeo.nõ poſſum pietate qua filium proſequor impedita. Me miſeram:ibi eſt diſtinguendũ.eſt enĩ exclamatio:qua althea ſe oſtendit inuitã in filij perniciem armari. Male in malum et calamitatẽ meam. Dummodo que dedero. de conſciſcenda ſibi quoqꝫ morte iam cogitat althea. Funereum.funeſtuꝫ.funeriſqꝫ ac mortis meleagri cauſam. Et inuitis ignibus.rei inanimate dat ſenſum poeta ꝓinde atqꝫ ſi ignes ipſi meleagri miſererent̃. Cecis ignibus.occultiſ.quorũ cauſa latebat. Ignauo leto:vili morte. Meret.dolet. Sociam tori.vxorem. Langueſcuntqꝫ.decreſcunt atqꝫ diminuuntur. Simul ẽ extinctus vterqꝫ.et ignis ſtipitis et meleager. In leues auras. eorũ ſequitur hoc loco opinionem poeta q̇ ſentiunt animã aurã eſſe et aerem. Alta iacet calydon.ſi alta quomodo iacet?an merore ex morte meleagri concepto cecidiſſe ac iacere videbatur:que pauloante virtute ipſius meleagri alta potenſqꝫ erat. Sciſſe capillos. ſcindentes ac lacerãtes capillos id quod in magnis luctibus mulieres facere ſolent. eſt autem ſinecdoche maxime poetis vſitata. Plangũt ora. ꝑcutiũt ac genas lacerãt. Heu heu.mimiſis et imitatio ẽ gemitus emittentiũ mulierum. Puluere caniciẽ.pater inquit oeneus puluere caput facieqꝫ deturpat.hoc enim in magnis meroribꝰ fiebat apꝰ ꝑſcos. Acto ꝑ viſcera ferro.ſic quidem Ouidius. Diodorus vero ſcribit altheam laqueo vitã finiſſe. Totum helicona. oĩm muſarũ fauorẽ. Liuẽtia pectora tundunt.percutiũt pectora ac liuentia reddunt et ſubnigra. Dũqꝫ manet corpus.cadauer meleagri. Ipſi lecto.pheretro in quo meleagri cadauer compoſituꝫ fuit. Poſt cinerem.poſteaq̃ꝫ meleagri cadauer in cinerem fuit reſolutum. Hauſtos.acceptos manibus. Preſſant. aſtringũt. eleganter aũt ea omnia effingit poeta:que in funeribꝰ fratrũ a ſororibus fieri cõſueuere. Effuſeqꝫ.incumbẽtes.inſtrate. proſtrate. Nomina ſaxo ſignata. epithaphiũ in ſaxo ſculptũ in quo nomen meleagri erat. Poſt:poſteaq̃ꝫ. Latonia.diana latone filia. Nurũqꝫ nobilis alcmene deianiram herculis vxorẽ. Alleuat.in aerẽ tollit. Corneaqꝫ ora facit. hoc eſt ora in roſtra ꝯuertit. Verſaſqꝫ.in aues cõmutatas:que meleagrides a meleagro fratre fuerũt cognoĩate. Interea theſeus.mira phantaſia quinqꝫ naiadum tranſmutationẽ in inſulas cum ſuperiore fabula poeta connectit.interfecto nãqꝫ calydonio apro theſeus cũ athenas rediret: forte Achelous fluuius etholiam ab acarnania diſterminans ſic ĩtumuerat:vt tutus tranſitus

Meleagri mors.

Meleagri ſorores in aues.

Idqꝫ ego paſſa forem. vixiſti munere noſtro.
Nunc merito moriere tuo. cape premia facti.
Biſqꝫ datam primũ partu. mox ſtipite rapto
Redde aĩaꝫ.vel me fraternis adde ſepulchris
Et cupio:ꝛ nequeo. q̇d agã:mõ vulnera fratrũ
Ante oculos mihi ſunt:et tante cedis imago.
Nunc aĩm pietas maternaqꝫ noĩa frangunt.
Me miſerã.male vincetis:ſed vincite fratres:
Dũmodo que dedero vobis ſolatia:voſqꝫ
Ipſe ſequar. dixit.dextraqꝫ auerſa trementi
Funereum torrem medios coniecit in ignes.
Aut dedit:aut viſus gemitus eſt ille dediſſe
Stipes:et inuitis correptus ab ignibus arſit.
Inſcius atqꝫ abſens flãma meleagrus ab illa
Vritur:et cecis torreri viſcera ſentit
Ignibus:at magnos ſuperat virtute dolores.
Quod tamẽ ignauo cadat ꝛ ſine ſanguĩe leto
Meret.et ancei felicia vulnera dicit.
Grandeuũqꝫ patreꝫ:fratreſqꝫ piaſqꝫ ſorores
Cum gemitu:ſociamqꝫ tori vocat ore ſuꝑmo:
Forſitan et matrem. creſcunt igniſqꝫ dolorqꝫ:
Langueſcũtqꝫ iterũ.ſimul eſt extictus vterqꝫ:
Inqꝫ leues abiit paulatim ſpiritus auras:
Paulatim cana prunam velante fauilla.
Alta iacet calydon.lugẽt iuueneſqꝫ ſeneſqꝫ:
Et vulgus ꝓcereſqꝫ gemunt:ſciſſeqꝫ capillos
Plãgũt ora ſil' matres calydonides heu heu.
Puluere caniciem genitor vultuſqꝫ ſeniles
Fedat humi fuſus:ſpacioſumqꝫ increpat euũ.
Nam de matre manus diti ſibi conſcia facti
Exegit penas acto per viſcera ferro.
Non mihi ſi centum deus ora ſonãtia linguis
Ingeniumqꝫ capax:totũqꝫ helicona dediſſet:
Triſtia perſequerer miſeratum vota ſororum.
Immemores decoris liuẽtia pectora tundũt.
Dũqꝫ manet corpꝰ:corpus refouẽtqꝫ fouẽtqꝫ:
Oſcula dant ipſi.poſito dant oſcula lecto.
Poſt cinerẽ:cineres hauſtos ad pectora ꝑſſãt

Affuſeqꝫ iacent tumulo: ſignataqꝫ ſaxo
Nomina cõplexe lachrimas in nomia fundũt.
Quas poſtqꝫ oenie tandem latonia clade
Exſatiata domus: preter gorgenqꝫ nurumqꝫ
Nobilis alcmene: natis in corpora pennis
Alleuat: et longas per brachia porrigit alas.
Corneaqꝫ ora facit: verſaſqꝫ per aera mittit.
Interea theſeus ſociati parte laboris
Functꝰ: erechtheas tritonidos ibat ad arces.
Clauſit iter: fecitqꝫ moras achelous eunti
Hymbre tumẽs. ſuccede meis ait ĩclite tectis
Cecropide: nec te cõmitte rapacibus vndis.
Ferre trabes ſolidas obliq̃qꝫ voluere magno
Murmure ſaxa ſolent. vidi contermina ripe
Cũ gregibꝰ ſtabula alta trahi. nec fortibꝰ illic
Profuit armentis. nec equis velocibus eſſe.
Multa quoqꝫ ħ torrẽs niuibꝰ de mõte ſolutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice merſit.
Tutior eſt requies: ſolito dum flumina currãt
Limite. dũ tenues captet ſuus alueus vndas.
Annuit egides. vtorqꝫ acheloe domoqꝫ
Conſilioqꝫ tuo reſpondit. et vſus vtroqꝫ eſt.
Pumice multicauo nec leuibus atria toffis
Structa ſubit. molli tellꝰ erat humida muſco.
Summa lacunabant alterno murice conche.
Iamqꝫ duas lucis partes hyperione menſo
Diſcubuere thoris theſeus comiteſqꝫ laborꝫ:
Hac ixionides. illa trezenius heros
Parte lelex raris iam ſparſus tẽpora canis:
Quoſqꝫ alios parili fuerat dignatus honore
Amnis acarnanum letiſſimus hoſpite tanto.
Protinus appoſitas nude veſtigia nymphe
Inſtruxere epulis mẽſas: dapibuſqꝫ remotis
In gemma poſuere merũ. tũ maximus heros
Equora proſpiciẽs oculis ſubiecta: quis inq̃t
Ille locus: digitoqꝫ oſtendit: et inſula nomen
Quod gerit illa doce: q̃qꝫ non vna videtur.
Amnis ad hec: non eſt inq̃t qꝺ cernimus vnũ.
Quinqꝫ iacent terre. ſpaciũ diſcrimina fallit.
Quoqꝫ minus ſprete factum mirere diane:
Naiades he fuerant: que cũ bis q̃nqꝫ iuuẽcos
Mactaſſent: ruriſqꝫ deos ad ſacra vocaſſent:
Immemores noſtri feſtas duxere coreas.

nõ videretur. Inuitatꝰ igitur theſeus a fluminis deo acheloo domũ illius ĩtrauit: tantiſper illic futurus: dum tuto tranſire poſſet. Cũ vero poſt cenã theſeus in mare proſpiciens vidiſſet inſulas quaſdã. achelouũ rogauit quot ille ĩſule eſſent: ac quo noĩe appellarent̃ cui achelous rñdit naiades quinqꝫ fuiſſe illorũ locorũ accolas: que cũ alijs dijs ſe ſpreto ſacrificaſſent: eas cum locis ſuis in mare ab ſe indignato fuiſſe prouolutas: ac in inſulas quinqꝫ noĩe echinadas et ſuis ⁊ fluctibus marinis fuiſſe diſcretas. Sociati laboris. ꝯmunicati ſibi cũ m̃ltis alijs. Erechtheas tritonidos arces periphraſis eſt athenarũ: que et ĩ palladis tutela ſunt: ⁊ ab erechtheo rege erechthee dicunt̃. Fecitqꝫ moras achelous eunti. achelous oceani et thetyos filius fuiſſe ab heſiodo ſcribitur. Is cũ peteret deianiram oenei calydonie regis filiã: herculẽ in ſe cõuertit: a quo ſuperatus in fluuio iuxta calidoniã labẽs ſe occultauit: nomenqꝫ flumini ĩpoſuit: qꝺ quidẽ a pindo theſſalie monte orit̃. etoliamqꝫ ab acarnania diſtiguit. Sane apud antiquos aqua: vt macrobiꝰ ſeruiuſqꝫ ſcribũt gñaliter achelous dicebatur. vn̄ Virgilius in geor. p̀mo. Poculaqꝫ inuẽtis acheloia miſcuit vuis. Turbineo vortice. in modum turbinis ſe voluẽte vortex eñi proprie dicitur cõtorta in ſe aqua. turbo autẽ et vis eſt venti: et inſtrumẽtũ quo pueri ludũt fune illud ĩ terrã incutiẽtes. Tutior eſt requies. ſecurior eſt mora. Nec leuibus toffis. aſperis impolitis. toffus eñi lapis eſt cauernoſus. deſcribit aũt poeta ſpelũcã fluminis deo cõuenientẽ. Molli muſco. muſcus herba eſt tenuiſſima iuxta fontes ac ĩ locis humidis naſcẽs. Sũma lacunabãt. ſuperiores inq̃t ſpelunce partes in lacunaria diſtinguebant̃ conche alternis muricibꝰ diſtincte. nã lacunare eſt lacus ac lacunaria facere. murex aũt genus eſt cochlee vnde fit purpura. Hyperione. ſole. hyperiõ nãqꝫ celi fuit filius: qui ex ſorore ſolẽ fert̃ genuiſſe. verũ ꝓ ſole fere ponit̃. Hac ixionides. pirithous ixionis filiꝰ ꝑpetuꝰ theſei comes. Nude veſtigia nymphe. pedes nudos habentes. nymphe eſt enim ſinegdoche. In gemma. in gemmatis poculis. Spacium diſcrimina fallit. breuitas ĩquit ſpacij diſcrimina atqꝫ ſeparationes inſularum cõfundit. Sprete. contempte.

Achelꝰ.

Naiades in echinadas ĩſulas

Cum plurimus vnq̃. maximus. Diduxit. diuiſit. Medijs q̃d cernis echinadas vndis. echinades que et echine dicuntur inſule ſunt ad hoſtiũ acheloi etolie fluuij qui limũ aſſidue iuehẽdo illas effeciſſe videt̃. dicte ſunt autem echinades vel ab echinis quibus abundant: vel vt ſcribit Appollodorus: ab echino quodã vate. Ut tamen ipſe vides. perimele hippodamantis filia ab acheloo vim paſſa e ſaxo a patre in mare fuit p̄cipitata. achelous vero de amice ſalute admodum ſollicitus neptunũ rogauit ne eã ſubmergi pateretur: ſed ei aut locũ preberet aut ipſaꝫ locũ efficeret. p̄cibus igit̃ acheloi motus neptunus eã in inſulã haud lõge ab Echinadibus diſtantem commutauit Uirgineũ nomen ademi. virginitateꝫ eripui. Protulit. proiecit. In p̄fundũ in mare altum. Sacri amnes. oẽs fluuij numen habere dicunt̃. vnde et ſacri nuncupãtur. Feritate paterna. crudelitate patris. Mouit caput equoreus rex. neptunus annuit meis precibus. Salientia. palpitantia. id q̃d timore p̄cuſſis accidere ſolet. Precordia. pectora hoc loco q̃ cordi pretendant̃. p̄prie vero precordia dicunt̃ partes cordi preiacentes. Grauis inſula. magna. inſula vero dicitur q̃ ſit in ſalo. hoc eſt in mari collocata. Amnis ab his tacuit: hec ad connectendas que ſubijciunt̃ metamorphoſis dicunt̃. narratur⁹ enĩ ẽ poeta quemadmodũ iupiter atq̃ mercurius in hominũ figuras conuerſi phrygiam peragrarunt: vt hoĩm benignitatem experirent̃. Cũ vero nemo ex oppidanis ipſos ſuſciperet hoſpitio caſã philemonis ruſtici atq̃ pauperis ſubire. a quo benigne accepti cũ ſe deos eſſe indicaſſent et anſerẽ quẽ vnicũ habebat occidere vetuerunt: et vt ſecum collem aſcenderet cum baucide vxore admonuerũt. profecti igitur domo cũ eſſent ecce oppidum illud in lacum vident cõuerſum. omneſq̃ domus ſubmerſas preter vnicam ſuã caſam: que et ipſa in magnificentiſſimũ templum cum fuiſſet mutata: hortantibus dijs vt quicq̃d vellent peterẽt philemõ reſpondit ſe velle eſſe illius templi ſacerdotes: ea cõditione: vt nec ipſe vxoris nec vxor viri mortem vnq̃ videret. id vero facile impetrarunt. nã vna ꝛ eadẽ hora cum ad extremã perueniſſent ſenectutem in arbores alter quercum altera tiliam tranſmutati fuerunt. Hec autem adeo perſpicue a poeta deſcribuntur: vt nihil expoſitionis indigere videantur. Ab his. poſt hec. Spretor deorum. contemptor. Si dant adimũtq̃ figuras. ſi poſſũt ꝛ dare ꝛ eripe formas rebus. Animo maturus et euo. lelegẽ et prudentem et ſenem ꝛ bonum virũ fuiſſe poeta ſignificat. Immenſa eſt. ſententia p̄lo grauiq̃ viro maxime cõueniens.

Perimele in iſulã

Intumui: quantuſq̃ feror cũ plurimus vnq̃:
Tant⁹ eram: pariterq̃ animis imanis ꝛ vndis
A ſiluis ſiluas et ab aruis arua reuulſi.
Cũq̃ loco nymphas memores tũ deniq̃ nr̃i
In freta prouolui. fluctus noſterq̃ mariſq̃
Continuam diduxit humũ: pariterq̃ reuellit
In totidẽ medijs: quot cernis: echinadas vn-
Ut tñ ipſe vides: p̄cul en p̄cul vna receſſit (dis
Inſula grata mihi. perimelen nauita dicit.
Huic ego virgineum dilecte nomen ademi:
Q̃d pater hippodamas egre tulit in q̃ p̄fũdũ
Propulit e ſcopulo periture corpora nate.
Excepi: nantẽq̃ ferens: o proxima terre
Regna vage dixi ſortite tridentifer vnde:
In quo deſinimus. quo ſacri currim⁹ amnes:
Huc ades: atq̃ audi placidus neptune p̄cãtẽ.
Huic ego: quã porto nocui ſi mitis et equus.
Si pater hippodamas: aut ſi minus ĩpius eẽt
Debuit illius miſereri: et ignoſcere nobis:
Cui quõdã tellus clauſa eſt feritate paterna:
Affer opem: merſeq̃ precor feritate paterna
Da neptune locum: vel ſit locus ipſa licebit.
Hũc quoq̃ ꝯplectar. mouit caput equore⁹ rex
Concuſſitq̃ ſuis omnes aſſenſibus vndas.
Extimuit nymphe. nabat tamen. ipſe natãtis
Pectora tangebam trepido ſalientia motu.
Dumq̃ ea contrecto: totum dureſcere ſenſi
Corpus: et inducta condi precordia terra.
Dũ loquor ãplexa eſt art⁹ noua terra natãtes
Et grauis increuit mutatis inſula membris.
Amnis ab his tacuit. factum mirabile cũctos
Mouerat. irridet credentes: vtq̃ deorum
Spretor erat mentiſq̃ ferox ixione natus:
Ficta refers: nimiũq̃ putas acheloe potentes
Eſſe deos dixit: ſi dant adimuntq̃ figuras.
Obſtupuere omnes: nec talia dicta probarũt.
Ante omneſq̃ lelex animo maturus et euo
Sic ait. immenſa eſt: finemq̃ꝫ potentia celi

Non hꝫ.et q̄cquid ſuperi voluere:peractū eſt.
Quoqꝫ minꝰ dubites:tilie ꝯtermina quercus
Collibus eſt phrigiis medio circūdata muro.
Ipſe locum vidi. nam me pelopeia pittheus
Miſit in arua ſuo quondam regnata parenti:
Haud ꝓcul hic ſtagnū eſt.tellus habitabil' oli
Nūc celebres mergis fulicıſqꝫ paluſtribꝰ vn=
Jupiter huc ſpecie mortalis cūqꝫ parēte (de
Uenit atlantiades poſitis caducifer alis.
Mille domos adiere locuꝫ:requiēqꝫ petētes.
Mille domos clauſere ſere.tamē vna recepit
Parua quidem ſtipulis ꝛ cāna tecta paluſtri.
Sed pia baucis anus parilıqꝫ etate philemō.
Illa ſunt annis iuncti iuuenilibus.illa
Conſenuere caſa:paupertatemqꝫ ferendo
Effecere leuem:nec iniqua mente ferendam.
Nec refert dominos illic famulos ne req̄ras.
Tota domus duo ſunt. iidem parētqꝫ iubētqꝫ
Ergo vbi celicole paruos tetigere penates:
Sūmiſſoqꝫ humiles intrarunt vertice poſtes:
Mēbra ſenex poſito iuſſit releuare ſedili:
Quod ſuper iniecit textū rude ſedula baucis
Inde foco tepidum cinerem dimouit:ꝛ ignes
Suſcitat heſternos:foliiſqꝫ et cortice ſicco
Nutrit.et ad flammas anima perducit anili.
Multifidaſqꝫ faces ramaliaqꝫ arida tecto
Detulit:et minuit:paruoqꝫ admouit aheno.
Quodqꝫ ſuus cōiunx riguo collegerat horto:
Truncat olus foliis. furca leuat ille bicorni
Sordida terga ſuis nigro pendentia tigno:
Seruatoqꝫ diu reſecat de tergore partem
Exiguā:ſectamqꝫ domat feruentibus vndis.
Interea medias fallunt ſermonibus horas:
Sentiriqꝫ morā prohibent.erat alueus illic
Fagineus dura clauo ſuſpenſus ab anſa.
Is tepidis impletur aquis:artuſqꝫ fouendos
Accipit.in medio torus eſt de mollibus vluis
Impoſitus tecto ſponda pedibuſqꝫ ſalignis.
Ueſtibus hunc velant: quas nō niſi tp̄e feſto
Sternere ꝯſueuerāt:ſed et hec viliſqꝫ vetuſqꝫ
Ueſtis erat lecto non indignanda ſaligno.
Accubuere de.imenſam ſuccincta tremenſqꝫ
Ponit anus.menſe ſed erat pes tertius ip̄ar.

Tilie contermina. vicina.tilia aūt ar=
bor eſt fructum non ferens. Nam me
pelopeia pittheus miſit in arua.pitthe
us lelegis pater fuit ꝛ ethre theſei ma
tris.pelopeia autē arua non pelopone
ſum:vt quidā putant: ſed phrigiam di
cit.nam pelops tantali phrigie regis fi
lius fuit:q̇ inde in peloponeſum venit
Suo parenti.pelopi. nam pittheus et
troezē pelopis filij fuere:vt Stra.nar=
rat. Fulicis paluſtribus. fulice aues
ſunt notiſſime in paludibus viuentes
Specie mortalis. humanam in figurā
verſus. Atlātiades caducifer.mercuri
us caduceum gerens. Sere.ianue. a
parte nāqꝫ totuꝫ intelligimus.ſera enī
pars eſt ianue in quā clauis īmittitur.
Parili etate.pari et equali. Tota do=
mus.tota familia. Iidem parentqꝫ iu
bentqꝫ.iidem inq̇t domini ſunt ꝛ ſerui
Releuare mēbra.leuia facere que pro
pter laſſitudinem grauia videbantur.
ſedere enī illos iuſſit philemon. Poſi
to ſedili.appoſita ſede. Quod ſuper.
anaſtrophe eſt. prepoſitio nanqꝫ poſt=
poſita eſt. Aia.ſpū ꝛ flatu.Et minuit
fregit ꝛ minuta ꝑuaqꝫ reddidit.elegan
ter autē poeta ruſtici pauperis appa=
ratū et mores deſcribit. Truncat olus
folijs.minutatim olera cum folijs inci
dit.Sordida.fumoſa. De tergore.diu
ſeruato.tergum illud ſuis vetus fuiſſe
innuit poeta et rancidum. De tergore
de tergo.frequenter aūt vtrūqꝫ pro al=
tero ponitur. Domat.mollit et coquit
ſignificat autē duriſſimam fuiſſe illam
carnem.domari enim dicuntur que re
pugnant. Alueus fagineus. doliuꝫ ex
fago confectum. Artus fouendos.pe
des lauandos. nam hoſpitibus etiam
num quo die accipiūtur pedes lauari
ſolent. In medio lecto. ſic quidem le=
gitur:ſed tecto forſitan pro lecto Oui=
dius ſcriptū reliquit:vt intelligamus
in media caſa torum et lectum fuiſſe.
nō ex plumis:ſed ex vluis paluſtribus
herbis confectum. Salignis.ex ſalice
factis. Uelant.cooperiunt. Sternere
lecto iniicere et imponere. Non indi
gnanda.non indigna reputanda. Le=
cto ſaligno.ex ſalice vili ac vulgari ar=
bore confecto. Succinta anus. habi=
tum ruſtice mulieris effingit.

Oppidū i ſtagnum.

Jupiter mercuriꝰ in hoīes.

Baucis ꝛ philemon

Cliuum. inequalitatem menſe cliuum appellat. Mentha virenti. mentha ſuauiſſimi odoris eſt herba. Extersere. emundauere. Bicolor bacca. periphraſis eſt oliue: que bicolor dicitur qꝛ ⁊ viridis eſt et nigra. Sincere minerue. integre virginis minerue. Autūnalia. autumno mature ſcentia. Intybaqꝫ et radix. intybū qđ et cicoriū vocatur herba ē agreſtis. radix vero ſpecies ē herbe: que et radicula dicit̄. his aūt herbis etiā nunc in acetarijs veſcimur. Et lactis maſſa coacti. periphraſis eſt caſei Non acri fauilla. in igne leui nō vehementi. nā oua niſi leuit̄ i cinere calido verſentur facile rūpunt̄. Omnia fictilibus. apponunt̄ ⁊ in prepoſitō ſubaudiatur. fictilia aūt ſūt vaſa terrea a fingendo dicta. Eodem argento. quo et fictilia. facete aūt inuit craterē quoqꝫ fictilē fuiſſe. Siſtitur. collocatur in mē ſa. apparatum autem mēſe ruſtice eleganter effingit poeta. Fago. fagus arbor eſt glandifera ex cuius ligno vaſa cōficiuntur. Que caua ſunt. q̄ in cōcauitate inq̇t ſunt flaua cera intecta. Illita. intecta. Epules calentes. cibos calidos. q̄ eni hactenus deſcripta ſunt frigida comeduntur. Nec longe vina ſenecte. vinū nouū appoſitū fuiſſe ait nō vetus quod diuites bibere ſolent. Paulum ſeducta. ſepoſita et remota. Caryca. ficus eſt ſpecies caryca. a caryca laconie loco vbi optime naſcunt̄ denoīata: q̄ qꝛ optime ſunt ſicce: hic vſus obtinuit vt caryce ꝓ ficubus ſiccis accipiant̄. Rugoſis palmis. cū fructib⁹ palme rugoſis et ſiccis quos nunc vulgo dactylos vocant. Prunaqꝫ. poma ſunt notiſſima: quorū varia ſunt genera: vt Plinius ſcribit. Super omnia vultus. Ante omnia inquit boni et hylares vultus affuerunt. Hauſtū cratera. euacuatum vrceū. Concipiūt preces. precari incipiūt. Dijs hoſpitibus Ioui et mercurio quos hoſpicio ſuſceperant. Ille celer penna tardos. pulcho antitetho exornatur hoc carmen Impia vicinia. ihoſpitales vicini. Immunibus. expꝑtibus. Huius mali. hui⁹ calamitatis: qua vicinos veſtros ſum⁹ affecturi. Modo. ſolum. Comitate. antique dixit pro comitamini. Ite ſimul. venite nobiſcū. Nitunt̄ lōgo. hoc eſt longū et arduū cliuū aſcendere conantur. Manere. ſtare ſupereſſe. Fata. infortunia. Suorū. vicinorū. Pia culmina. ipſi pij. eſt enim hypallage.

Teſta parem fecit: que poſtꝙ ſubdita cliuum
Suſtulit: equatā mentha exterſere virenti:
Ponitur hic bicolor ſyncere bacca minerue:
Conditaqꝫ in liquida corna autumnalia fece:
Intybaqꝫ et radix: et lactis maſſa coacti:
Ouaqꝫ non acri leuiter verſata fauilla.
Omnia fictilibus. poſt hec celatus eodem
Siſtitur argento crater: fabricataqꝫ fago
Pocula: que caua ſunt flauētibus illita ceris.
Parua mora eſt epulaſqꝫ foci miſere calētes.
Nec longe rurſus referuntur vina ſenecte.
Dantqꝫ locuꝫ menſis paulū ſeducta ſecūdis:
Hic nux. hic mixta eſt rugioſis caryca palmis
Prunaqꝫ ⁊ i patulis redolētia mala caniſtris:
Et de purpureis collecte vitibus vue.
Candidus in medio fauus eſt. ſuꝑ oīa vultus
Acceſſere boni: nec iners pauperqꝫ voluntas.
Interea quotiens hauſtum cratera repleri
Sponte ſua: perſeqꝫ vident ſuccreſcere vina:
Attoniti nouitate pauent: manibuſqꝫ ſupinis
Concipiūt bauciſqꝫ p̄ces timiduſqꝫ philemon
Et veniam dapibus nulliſqꝫ paratibus orant.
Unicus anſer erat minime cuſtodia ville:
Quē dijs hoſpitib⁹ domini mactare parabāt.
Ille celer penna tardos etate fatigat:
Eluditqꝫ diu: tandēqꝫ eſt viſus ad ipſos
Confugiſſe deos. ſuperi vetuere necari:
Diiqꝫ ſumus: meritaſqꝫ luet vicinia penas
Impia dixerunt. vobis immunibus huius
Eſſe mali dabitur. mō veſtra relinquite tecta.
Ac nr̄os comitate gradus: et in ardua mōtis
Ite ſimul. parent: et duis preeuntibus ambo
Mēbra leuāt baculis: tardiqꝫ ſenilibus annis
Nituntur longo veſtigia ponere cliuo.
Tantum aberāt ſūmo: quātū ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt. flexere oculos: et merſa palude
Cetera proſpiciūt: tantum ſua tecta manere.
Dūqꝫ ea mirantur. dum deflent fata ſuorum.
Merſa vidēt: queruntqꝫ ſue pia culmina ville.
Sola loco ſtabant: dum deflent fata ſuorum:
Illa vetus dominis: ⁊ iam caſa parua duob⁹
Uertitur in templū. furcas ſubiere columne.
Stramina flaueſcunt: aurataqꝫ tecta vidētur:

Et iam caſa pua. ⁊ olim caſa pua. Caſe ꝓprie dn̄r ruſtice domus. Furcas ſubiere. colūne. furce in colūnas fuerūt cōmutate. in magnificū vero templū philemon's caſam cōuerſam fuiſſe ſcribit. Adoptaqꝫ marmore tellus. ſolū templi marmore ſtratū. Judiciū cōmune. votū. cupiditatē. deſideriū. Aperit. indicat. manifeſtat. Delubraqꝫ veſtra tueri. veſtra templa cuſtodire. Cōcordes egimus annos. cōcordes vnanimeſqꝫ viximus. Duos. ambos. Buſta. funera. Tumulandus. ſcpeliēdus. Vota fides ſequit. nā iupiter vt pollicitus fuerat: id qḋ petierant cōceſſit. Annis euoqꝫ ſoluti. ſenio cōfecti. Ante gradus ſacros. ante gradus ianue templi.

Celateqꝫ fores: adopertaqꝫ marmore tellus:
Concipiūt baucisqꝫ p̄ces timidusqꝫ philemō:
Talia cum placido ſaturnius edidit ore.
Dicite iuſte ſenex et femina coniuge iuſto
Digna: quid optetis. cū baucide pauca locutꝰ
Judicium ſuperis aperit commune philemō.
Eſſe ſacerdotes delubraqꝫ veſtra tueri
Poſcimus. et qm̄ concordes egimus annos:
Auferat hora duos eadem. nec coniugis vnqꝫ
Buſta mee videā. neu ſim tumulādus ab illa.
Vota fides ſequitur. templi tutela fuere:
Donec vita data eſt. annis euoqꝫ ſoluti
Ante gradus ſacros cū ſtarent forte: lociqꝫ
Narrarent caſus: frōdere philemona baucis:
Baucida conſpexit ſenior frōdere philemon.
Janqꝫ ſup geminos creſcente cacumīe vultꝰ:
Mutua: dum licuit: reddebant dicta: valeqꝫ
O coniunx dixere ſimul: ſimul abdita texit
Ora frutex. oſtendit adhuc tyneius illic
Incola de gemino vicinos corpore trūcos.
Hec mihi non vani: nec erat cur fallere vellēt:
Narrauere ſenes. equidem pendentia vidi
Serta ſuper ramos: ponenſqꝫ recentia dixi:
Cura deum dii ſint: et qui coluere colantur.
Deſierat. cunctoſqꝫ et res ⁊ mouerat auctor:
Theſea precipue: quē facta audire volentem
Mira deum nixus cubito calydonius amnis
Talibus alloquitur. ſunt o fortiſſime: quorꝫ
Forā ſemel mota eſt: ⁊ ī hoc renouamīe māſit
Sunt quibꝰ in plures ius eſt tranſire figuras.

Narrarēt. cōmemorarent. Caſus loci. ea q̄ loco illi euenerāt. Frōdere. frondes emittere. ſiꝉ autē ambo in arbores fuere cōuerſi. philemon ī quercū. baucis vero ī tiliā. Creſcente cacumīe. vertice capitis. innuit aūt capillos in frōdes fuiſſe conuerſos. Dū licuit. donec potuerūt. Frutex. frutic̨ ⁊ arboris cortex. Thyneiꝰ īcola. thynia regio eſt cōtermina phrygie. vn̄ thyneius declinari videꝉ. De gemino corpore. de duobꝰ corporibus baucidis ⁊ philemonis factos. Non vani ſenes. veri nō falſi. Vanus enī interdū falſuꝫ ac mendacem ſignificat. interdū ſtultuꝫ. Juuena. Sic placitū vano q̇ nos diſtinxit othoni: Neqꝫ erat cur fallere vellēt. hec cōiunctio enī ſubintelligaꝉ. eſt nāqꝫ parētheſis cauſaꝫ cōtinens cur ſenes illi nō fuerint mentiti. Equidē pendentia vidi. Argumentis ꝓbat lelex ea q̄ narrauit eſſe vera. Serta. corone a ſerendis floribꝰ dicta. corone aūt ⁊ in locis ⁊ ī arboribus ſacris appendebanꝉ. Ponēs. appendēs. Cura deū dij ſint. hoc eſt qui curā ſuſcepere deoꝝ: dij efficianꝉ: ⁊ qui deos coluere: ipſi q̇ꝫ ꝓ dijs colanꝉ. Deſierat. loqui lelex ſubaudiaꝉ. Et res miranda. Et auctor. Lelex vir grauis et fide dignus. Calydonius āmis. Acheolus. Semel mota eſt. mutata. Jn hoc renouamīe. in hac renouatione. Jus ē facultas et poteſtas. Ut tibi complexi terreꝫ maris incola proteu. Proteus oceani ⁊ tethyos fuit filiūs: vt in theogonia heſiodus ſcribit. Hic habuit patriā pallenen: q̄ relicta in carpatho īſula regnauit. fuit aūt vates clariſſimus. iliacis tēporibus: q̇ ſe in varias mutabat figuras: de quo Vir. q̄rto georgicorū ſic ſcribit. Eſt in carpatio nuptuni gurgite vates ceruleus ꝓteus: magnū q̇ piſcibus equor. Et iuncto bipedum curru metiꝉ equorū. Hic nūc emathie portus patriāqꝫ reuiſit pallenen. hūc et nymphe veneranꝉ et ipſe grādeuus nereus: nouit nāqꝫ oīa vates: que ſint: q̄ fuerint: q̄ mox ventura trahanꝉ. ⁊ paulopoſt. Tū varie eludent ſpēs atqꝫ ora ferarū. Fiet enī ſubito ſus horridus. atraqꝫ tigris. Scamoſuſqꝫ draco: ⁊ fulua ceruice leena. Aut acrē flāme ſonitū dabit: atqꝫ ita vinclis excidet. aut ī aquas tenuis dilapſus abibit. ⁊ q̄ ſequunꝉ. proteus aūt idcirco in varias figuras ſe cōmutaſſe fingiꝉ: qḋ vt diodorus ſcribit: rex fuit aegypti: quē aegyptij cerea vocāt. artiū ⁊ ī p̄mis aſtrologie peritus. aegiptiis aūt regibꝰ mos erat: vt leonis aut tauri aut draconis p̄orem partē in capite ferrent inſignia principatus. Quādoqꝫ vero arborem: quandoqꝫ ignem: quandoqꝫ redolentia vnguenta. hec aūt et ad decorem ornatūqꝫ ſpectabant: et pudorem et ſuperſtitionem quandam aſpicientibus inijciebant. Maris complexi terram. nam terra infima eſt oīm elementorū quā ita oceanus

Proteus in varias figuras

cōplectit:vt aer oceanū.aerem ether.
etherē celū. Nec minus autolyci con-
iunx.meſtre eryſichthonis filia. Auto-
lycus vero:vt in odyſ.ſcri.home.pater
fuit anticlye matris vlyſſis decipiendi:
ac peierandi ſcia a mercurio donatus.
Eryſichthone nata.eriſichthō theſſa-
lus fuit deoꝝ contēptor:q̄ cū cereri ne-
mus conſecratū ac ī eo quercū in qua
nympha hītabat:ſuccidiſſet: amadrya
des illorū montiū incole ad cererē ꝯue
nerūt p̄cantes vt tantā impietatē vlci
ſceret.ea vero ⁊ ſua ⁊ hamadryadū cā
mota numinū contēptorē eryſichtho-
nem nouo pene gn̄e aſſidua fame cru-
ciare decreuit.vnā igit e nymphis ad
famē in vltimā ſcythiā miſit: q̄ nomie
ſuo ipſaz oraret:vt eryſichthonē ita ſti-
mularet:vt nullis cibis ſaciari poſſet.
Cū vero hoc pfeciſſet fames: eryſich-
thon poſteaq; totū patrimoniū ventri
īpendit:vnicā q̄z filiam nomīe meſtrē:
vt alij taopeida forma ita p̄ſtantem:vt
a neptuno fuerit rapta:vendere coact⁹
eſt.ea vero ne ſerua fieret: cū neptunū
cui ſciebat ſe gratū eſſe:rogaſſet:vt ſui
miſereret:ilico in piſcatorē vetulū eam
ipſe cōmutauit:conceſſitq;:vt in quaſ-
cūq; vellet formas ſe cōuertere poſſet.
Sed cū ſepius emptores p̄cio fraudaſ
ſet:iāq; doli oēs cōſumpti eſſent:ery-
ſichthon mēbra ꝓpria cuz lacerare ce-
piſſet:dignū impietate ſua exitū eſt ſor
titus. Et nullos aris adoleret honores
Nullas dijs victimas imolaret. Nem⁹
cereale.cereri cōſecratū. Temeraſſe.vi
olaſſe. Argumenta.ſigna. Una nem⁹.
magnitudinem quercus inuit:q̄ tanta
erat:vt ſola nem⁹ efficere poſſet. Me
moreſq; tabelle.memoriā eoꝝ cōtinen
tes:q̄ ope illius nymphe:cōpotes voti
facti fuiſſent. Trūci modū.ſtipitis ma
gnitudinē. Circumiere.circundedere.
Necnon et cetera tantuz. tanto inquit
maior reliq̄ ſylua erat ea quercus:quā
to arbores herbis ſunt altiores. Dryo-
peius.eryſichthon. Dryopes ppl'i ſunt
theſſalie a dryope rege dicti:vn̄ et theſ
ſalia dryopis fuit appellata. Illa.ab il
la. Sacrū robur.ſacrā quercū. Dedit.
dedit.emiſit. Decidua.q̄ decidebatur.
Ducere.capere.ꝯtrahere. Diſcuſſo cor
tice.fracto.apto. Abrupta ceruice.ab-
ſciſſo collo. Profundi.effūdi.ꝓfluere.
Deterrere.terrore diſſuadere. Seuā bi
pennē.crudelē:vtpote q̄ cedebat quer
cū gementē. Theſſalus. Eryſichthon.

Ut tibi complexi terram maris ĩcola proteu.
Nam mō te iuuenem.mō te vidēre leonem.
Nunc violent⁹ aper.nūc quē tetigiſſe timerēt:
Anguis eras.modo te faciebāt cornua taurū.
Sepe lapis poteras.arbor ſepe quoq; videri.
Interdū faciem liquidarum imitatus aquarū
Flumen eras.interdū vndis cōtrarius ignis.
Nec minus autolyci cōiunx eryſicthone nata
Iuris habet.pater huius erat:q̄ numina diuū
Sperneret:⁊ nullos aris adoleret honores.
Ille etiam cereale nemus violaſſe ſecuri
Dicitur:et lucos ferro temeraſſe vetuſtos.
Stabat ignis ingens annoſo robore quercus
Una nemus.vitte mediā memoreſq; tabelle.
Sertaq; cingebant voti argumenta potētis:
Sepe ſub hac dryades feſtas duxere choreas
Sepe etiam manibus nexis ex ordine trunci
Circumiere modū:menſuraq; roboris vlnas
Quinq; ter implebat:necnō et cetera tantum
Silua ſub hac oīs:quantū fuit herba ſub illa.
Non tamen idcirco ferrum dryopeius illa
Abſtinuit:famuloſq; iubet ſuccidere ſacrum
Robur:et vt iuſſos cunctari vidit:ab vno
Edidit hec rapta ſceleratus verba ſecuri.
Non dilecta dee ſolum:ſed et ipſa licebit
Sit dea:iā tanget frondente cacumine terrā.
Dixit:et obliquos dum telum librat in ictus:
Contremuit:gemitūq; dedit decidua querc⁹.
Et pariter frondes:pariter palleſcere glādes
Cepere:ac longi pallorem ducere rami.
Cuius vt in trunco fecit manus impia vuln⁹.
Haud aliter fluxit diſcuſſo cortice ſanguis:
Q̄ ſolet:ante aras ingens vbi victima taur⁹
Concidit:abrupta cruor e ceruice profundi.
Obſtupuere oēs:aliquiſq; ex omnibus audet
Deterrere nefas:ſeuāq; inhibere bipennem.
Aſpicit hunc mentiſq; pie cape premia dixit
Theſſalus:inq; virū cōuertit ab arbore ferrū.
Detrūcatq; caput:repetitaq; robora cedit.
Editus ⁊ medio ſonus eſt de robore talis.
Nīpha ſub hoc ego ſuz cereri gratiſſima ligno
Que tibi factorum penas inſtare tuorum
Vaticinor moriens noſtri ſolacia leti.

Perſequit̄ ſcelus ille ſuū: labefactaqꝫ tādem
Ictibus innumeris adductaqꝫ funibus arbor
Corruit. ⁊ multā proſtrauit pondere ſiluam.
Attonite dryades dāno nemorūqꝫ ſuoqꝫ
Omnes germane cererem cum veſtibus atris
Merētes adeunt: penāqꝫ eryſichthonis orāt.
Annuit his: capitiſqꝫ ſui pulcherrima motu
Cōcuſſit grauidis oneratos meſſibus agros:
Moliturqꝫ genus pene miſerabile: ſi non
Ille ſuis eſſet nulli miſerabilis actis:
Peſtifera lacerare fame: que quatinus ipſi
Non adeunda dee (neqꝫ enim cererēqꝫ famēqꝫ
Fata coire ſinunt) montani numinis vnam
Talibus agreſtem compellat oreada dictis.
Eſt locus extremis ſcythie glatialis in oris
Triſte ſolū. ſterilis: ſine fruge. ſine arbore tell⁹
Frigus iners illic habitāt pallorqꝫ tremorqꝫ:
Et ieiuna fames. ea ſe in precordia condat
Sacrilegi ſcelerata iube. nec copia rerum
Vincat eam: ſuperetqꝫ meas certamine vires.
Neue vie ſpacium te terreat: accipe currus.
Accipe quos frenis alte moderere dracones.
Et dedit. illa dato ſubuecta per aera curru
Deuenit in ſcythiam: rigidiqꝫ cacumina mōtis
(Caucaſon appellant) ſerpentū colla leuauit:
Queſitāqꝫ famem lapidoſo vidit in agro
Vnguibus et raris vellentem dentib⁹ herbas.
Hirtus erat crinis: caua lumina. pallor ī ore.
Labra incana ſitu: ſcabriqꝫ rubigine dentes.
Dura cutis: per quaʒ ſpectari viſcera poſſent.
Oſſa ſub incuruis extabant arida lumbis.
Ventris erat ꝓ ventre locus. pēdere putares
Pectus: et a ſpine tantūmodo crate teneri.
Auxerat articulos macies: genuūqꝫ tumebat
Orbis: et immodico prodibant tubere tali.
Hanc ꝓcul vt vidit (neqꝫ ei eſt accedere iuxta
Auſa) refert mandata dee: paulūqꝫ morata:
Quāqꝫ aberat longe. quāqꝫ mō venerat illuc:
Viſa tamen ſenſiſſe famem. retroqꝫ dracones
Egit ī emoniam verſis ſublimis habenis.
Dicta fames cereris quāuis contraria ſempꝫ
Illius eſt operi: peragit: perqꝫ aera vento
Ad iuſſam delata domū eſt: ⁊ protinus intrat

Edit⁹ e medio de robore. Altera harꝫ ꝑpoſitionū redūdat: tantūqꝫ verſui nō etiā ſenſui neceſſaria videt̄. Forſitan vero ⁊ loco illius e ꝑpoſitionis eſt legendū ac pro etiā accipiendū. Inſtare. imminere ac ꝓpinq̄s eſſe. Perſeq̄tur. peragit Adducta. attracta. Proſtrauit. i terraʒ deiecit. Attonite dryades. ꝑterrite arborū nīphe. Veſtib⁹ atris. pullis ac nigris luctui cōuenientib⁹. Annuit. nutu ꝯſenſit atqꝫ ꝓmiſit. Molit̄. ꝑparat. Miſerabilis. mīa dignus. Lacerare. laniare cruciare. Quatinus. qm̄. Coire cōuenire. cōtraria nāqꝫ ſimul eſſe non pn̄t. eſt aūt parēthesis cauſam cōtinēs cur famē cereſ adire nō poſſit. Oreada Nymphā mōtanā. Oreades nāqꝫ mōtiū ſunt nymphe apo tu orus. hoc eſt a monte cognomīate. Eſt loc⁹ extremis Topographia ⁊ loci maxime fami cōuenietis deſcriptio: vt tui ꝑpetuis frigoribus ſit ſteriliſſimus. Scythie glacialis. frigidiſſime vbi ſunt ꝑpetue niues. ſcythia autē a ſcythe iouis filio: q̄ prim⁹ arcū ⁊ ſagittas inueniſſe ſcribit̄: fuit denoīata. Frigus iners. pigruʒ: ab effectu qꝛ pigros faciat ⁊ iertes. Pallorqꝫ tremorqꝫ. hi ſunt ꝑpetui frigoris comites. Sacrilegi. eryſichthonis. Sacrilegus nāqꝫ dr̄ q̄ ſacra violat atqꝫ furatur. Vie ſpaciū. vie lōgitudo. Moderere dracones. regas atqꝫ guberes Currus autē cereris a draconib⁹ trahi fingit̄. Caucaſon appellant. caucaſus mons eſt ſcythie oīm altiſſimus. Queſitāqꝫ famē. ita famem deſcribit poeta: ac ſi corpus haberet: feminaqꝫ eſſet famelica. Hirt⁹ erat crinis. horridi erant capilli. Labra incana. valde pallida. Scabri. aſperi. Extabant. eminebant. Ventris erat ꝓ ventre locus. nihil vētris habebat. Crate ſpine. oſſa ſpine cratē appellat ob ſimilitudinē. Articulos. nodos. Immodico tubere. magno tumore. Neqꝫ ei eſt accedere iuxta auſa. nympha ne fameſcere inciperet. nō eſt auſa ad famē accedere. Eſt aūt parentheſis cauſam exꝑmens cur ꝓpius ad famē nympha nō acceſſerit. Refert mādata dee. cereris mādata exponit. In emoniā. theſſaliā: q̄ ſepius nomīa mutauit. Nā ⁊ pelaſgicū argos. ⁊ hellas ⁊ dryopis. ⁊ grecia et hellenis a regibus fuit cognomīata. Sublimis. alta. ꝑ aerē nāqꝫ volabat. Quāuis cōtraria ſꝑ. Neqꝫ eni vbi ſunt fruges: q̄ ſunt oꝑa cereris: ibi fames pōt eſſe. Fruges ꝑterea a cerere īuentas fames aſſidue

Famis patria

Famis deſcriptio

conſumit. Ad iuſſam domŭ.eryſich-
thonis. Fecundum orbem.frugiferuȝ
Vertitur.reuertitur. Mulcebat.foue-
bat. Sub imagine ſomni.per inſom-
niuȝ. ſibi enim fameſcere videbatur in
ſomno. Oraqꝫ vana mouet.ſibi enim
fruſtra mandere videbatur. Inani ci-
bo.vanis et falſis epulis. Immenſa vi
ſcera.inexplebilia. Ardor edendi.dira
fames. Nec mora.ſubito. Queritur ie-
iunia.conqueriꝰ ſe ieiunū eſſe. Pluſqꝫ
cupit.quanto plura comedebat: tanto
plura appetebat eryſichthon. Vtqꝫ fre
tum. Duplici ſimilitudine poeta elegā
ter oſtēdit:ꝙ inſatiabilis eſſet eryſich-
thonis auiditas edendi. Nec ſatiatur.
nec expletur. Cremat.comburit. Ipſa
turba.ipſa reruȝ copia. Petit.appetit
quo eni plura igni ligna imponuntur:
eo plura abſumuntur. Semperqꝫ lo-
cus fit inanis edendo. venter edendo
non impletur: ſed euacuari potius vi-
detur. Attenuarat. tenues ac paruas
effecerat. Inattenuata.non diminuta
Flāma gule.ardor edēdi auiditas. De
miſſo in viſcera cenſu. conſumpto pa-
trimonio. Non illo digna parente. Cū
eniȝ ipſe maxime impius eſſet:ea fuit
tanta pietate:vt nunqꝫ parentem deſe
rere ſuſtinuerit:quiimmo quibuſcunqꝫ
potuit modis aluerit. Dñm generoſa
recuſat.cauſa cur dñm recuſaret:gene-
roſitas erat. Rapte virginitatis.erepte
iam eni neptunus eam viciarat. Hec
neptunus habebat. Exponit poeta id
quod puella tacuerat:eā a neptuno fu
iſſe raptam. Qui prece nō ſpreta.exau-
ditis precibꝰ. Modo.pauloante. He-
ro.domino cui a patre eryſichtone fue
rat vendita. Pendentia era.hamos ex
ere confectos.eſt eni metonymia. Ce-
las.occultas. Sic mare compoſitum.
optandi eſt aduerbium ſic hoc loco.

Sacrilegi thalamos:altoqꝫ ſopore ſolutum
(Noctis eī tēpus)geminis amplectitur vlnis.
Seqꝫ viro inſpirat:fauceſqꝫ et pectus et ora
Afflat:et in vacuis peragit ieiunia venis.
Functaqꝫ mandato fecundum deſerit orbem.
Inqꝫ domos inopes aſſuetaqꝫ vertitur antra.
Lenis adhuc ſōnꝰ placidis eryſichthōa pēnis
Mulcebat.petit ille dapes ſub imagīe ſomni:
Oraqꝫ vana mouet:dentēqꝫ in dente fatigat:
Exercetqꝫ cibo deluſum guttur inani:
Proqꝫ epulis tenues ne q̄cqꝫ deuorat auras.
Vt vero eſt expulſa quies:fuit ardor edendi:
Perqꝫ auidas fauces imēſaqꝫ viſcera regnat.
Nec mora:qđ pontꝰ.qđ terra. qđ educat aer:
Poſcit:ꝛ appoſitis queritur ieiunia menſis.
Inqꝫ epulis epulas querit.quodqꝫ vrbibꝰ eſſe:
Quodqꝫ ſatis poterat populo:nō ſufficit vni.
Pluſqꝫ cupit:quo plura ſuā demittit in aluū.
Vtqꝫ fretū recipit de tota flumina terra:
Nec ſaciaꝰ aq̄s:peregrinoſqꝫ ebibit amnes:
Vtqꝫ rapax ignis non vnqꝫ alimenta recuſat:
Innūeraſqꝫ faces cremat:ꝛ quo copia maior
Eſt data:plura petit:turbaqꝫ voracior ipſa ē.
Sic epulas omnes eryſichthonis ora ꝓphani
Accipiunt:poſcuntqꝫ ſimul.cibus oīs in illo
Cauſa cibi eſt:ſempqꝫ locus fit inanis edēdo.
Ianqꝫ fame patrias altiqꝫ voragine ventris
Attenuarat opes: ſed inattenuata manebat
Tum quoqꝫ dira fames:iplacateqꝫ vigebat
Flāma gule.tandem demiſſo in viſcera cenſu:
Filia reſtabat non illo digna parente.
Hanc quoqꝫ vēdit inops. dñm gñoſa recuſat
Et vicina ſuas tendēs ſuper equora palmas:
Eripe me domino:qui rapte premia nobis
Virginitatis habes ait.hec neptunꝰ habebat:
Qui prece non ſpreta:quāuis mō viſa ſequēti
Eſſet hero:formāqꝫ nouat:vultūqꝫ virilem
Induit:et vultus piſces capientibus aptos.
Hanc dominus ſpectans.o qui pēdentia ꝑuo
Aera cibo celas moderator arūdinis inquit:
Sic mare compoſitū.ſic ſit tibi piſcis in vnda
Credulus:et nullos niſi fixus ſentiat hamos:
Que modo cum vili turbatis veſte capillis

Nam ſtantē in littore vidi. Parētheſis eſt cōtinens aſſeuerationē. Nec enī veſtigia longius extant. ſignificat eā lōgiꝰ nō ꝓceſſiſſe. cū pedū veſtigia nō appeant. Bene cedere. in bonū ſibi cedere. Senſit. cognouit. adnimaduertit. Reſecuta rogantē. his verbis ſe īterroganti reſpōdit. Oneratus. ſollicitus. Inheſi. itentus fui. Sic has deus eqris artes. ambigue dictū. ⁊ ſartē piſcādi nāqꝫ: ⁊ fraudes qbus vtebat̄: itelligere poſſumꝰ Et verſo dn̄s pede preſſit harenā. retroceſſit per harenā. Sua forma. virgis ꝓpria. Suā. filiā ſubaudiamꝰ. Transformia. q̄ poſſint trāſformari ī varias figuras. Nō iuſta. iiuſta vtpote p fraudes ⁊ dolos q̄ſita. Uis tn̄ illa mali. illa morbi violētia. Noua pabula. nouiſſimos ⁊ vltimos cibos. Externis. alienis trāſformationibꝰ. O iuuenes. theſeū et lelega alloquit̄ acheolus. Nūero finita ptās. in tres enī ſolū varias figuras ſe cōuertere poterat acheolus. ī hoīem: in anguē: in taurum. Telo. cornu quo ab hercule (vt ī ſequēti volumine narrabit) fuit ꝑuatus. Gemitus. ſuſpiria qbꝰ ſignificat ſe valde effracto cornu dolere.

Littore ī hoc ſteterat (nā ſtantē in littore vidi)
Dic vbi ſit. necqꝫ enim veſtigia longius extant.
Illa dei munus bene cedere ſenſit: et a ſe
Se queri gaudens his eſt reſecuta rogantem.
Quiſquis es ignoſcas. ī nullam lumina partē
Surgite ab hoc flexi: ſtudioqꝫ oneratus īheſi.
Quoqꝫ minꝰ dubites: ſic has deus equoris ar/
Adiuuet: vt nemo iā dudū littore ī iſto: (tes
Me tamen excepto: nec femina conſtitit vlla.
Credidit: et verſo dn̄s pede preſſit harenam:
Eluſuſqꝫ abiit. illi ſua reddita forma eſt.
Aſt vbi habere ſuā transformia corpora ſenſit:
Sepe pater dominis dryopeida tradit. at illa
Nūc equa. nūc ales. mō bos. mō ceruꝰ abibat:
Prebebatqꝫ auido nō iuſta alimenta parēti.
Uis tn̄ illa mali poſtq̄ꝫ conſumpſerat omnem
Materiā: dederatqꝫ ḡui noua pabula morbo:
Ipſe ſuos artus lacero diuellere morſu
Cepit: et infelix minuendo corpus alebat.
Quid moror externis? etiā mihi ſepe nouādi
Corporis o iuuenes numero finita poteſtas.
Nā mō q̄ nūc ſuꝫ videor. mō flector ī anguem.
Armenti modo dux vires in cornua ſumo:
Cornua dū ſumpſi. nūc pars caret altera telo
Frōtis: vt ipſe vides. gemitꝰ ſunt verba ſecuti.

## ¶ Publii Ouidii naſonis metamor. li. nonꝰ.

Que gemitꝰ trūceqꝫ deo
neptunius heros
Cauſa rogat frontis: cū
ſic calydonius amnis
Cepit iornatos redimi
tus arundine crines.
Triſte petis munus. q̄s
enim ſua prelia victis
Commemorare velit? referā tn̄ ordine. nec tā
Turpe fuit vinci: q̄ꝫ contendiſſe decorum:

¶ Raphaelis Regij in nonū metamorphoſeos Ouidij librū enarratiōes

Que gemitus. Herculis luctam cū acheloo in huius voluminis initio ita deſcribit poeta: vt ⁊ librū libro ⁊ fabulā fabule elegāter ꝯnectat: variaſqꝫ acheloi trāſfigurationes interluctandū exponat. Cū eī deianirā oenei calydonie regꝭ filiā cū multis alijs hercules acheloūſqꝫ petiſſent: virginis pr̄ decreuit: vt is illa potiret̄: q̄ in lucte certamine ſupior eſſet. Cū igit̄ alij ceſſiſſent: hercules atqꝫ acheloꝰ ineūt luctā: in qua cū alter virtute ſupior eſſet: achelous ad notas artes decurrit: ac cū ſe ⁊ in anguem ⁊ in taurū fruſtra mutaſſet victus: alteroqꝫ cornu mutilatus pudore ſe in ſuū fluuiū coniecit. nymphe vero cornu illud ſuſcipientes omi fructuū gn̄e repleuerunt: cornuqꝫ copie appellauerunt. hoc vero inde factū eſſe Stra. eſt auctor: q cū acheloꝰ limo quē ducit: limites ſemp cōfunderet: bella inter etolos et acarnanes vicinos ciebat. Cūqꝫ arbitri nulli eſſent: armis non iudicio decertabant. victoriā vero reportabāt: q̄ plus viribus valebāt. Quare cū hercules fluuiū dānoſe labentē aggeribꝰ ⁊ foſſis ītra alueū cohibuiſſet tanq̄ꝫ debellaſſet acheloū victorie p̄miū reportauit oenei filie deianire nuptias. eū q̄dē ſophocles tragicus hoc mō loquentē inducit. Procus ſane mihi amnis fuerat Achelous q̄ tribꝰ me formis a patre petijt: manifeſtꝰ eī inceſſit taurus: alias tortus varias p notas draco. aliq̄n mole valida bouis pre ſe ferēs frontē. Addūt nonnulli Amalthee cornu capre id eſſe q̄d

Herculis cum acheloo certamen.

hercules ab acheloi frõte effractũ oeneo dono dedit. Ex quo q̇dem pleriqꝫ talem educũt hiſtoriã. Acheloũ eni ſicut flumĩa reliq̃ tauro cõparant obſonos ipſos ⁊ alueorũ circũflexiones: quas cornua vocãt. Draconi q̇ꝫ ꝓpter obliquatã ipſius magnitudinẽ. Herculẽ q̇ꝫ oĩbus aliq̇ mortalibus beneficũ oeneo affinitate cõiunctũ aggeribus ⁊ foſſis fluuiũ ꝑperã ⁊ dãnoſe labentẽ coercuiſſe aiũt: eãqꝫ regionẽ fertiliſſimã reddidiſſe: hocqꝫ amalthee cornu eſſe. hoc vero idẽ ⁊ Dio. in. v. bibliotheces ſcribit. hercules inq̇t in calydonior grãm fluuiũ acheloũ in aliũ curſum diuertẽs plurimos agros ex aq̃ irrigatiõe fertiles ꝓſtitit. cui⁹ rei ⁊ poete q̇dez meminere ſcribẽtes cũ acheloo herculem ſub tauri ſpecie certaſſe: q̇ cũ in cõgreſſu tauri alterũ cornu fregiſſet: aetolis illud q̈d amalthee cornu vocãt dono dedit fructuũ oĩm vuarũ. malorꝫ aliorũqꝫ eiuſmodi pomorũ copia repletũ. Fingunt vero poete acheloi cornu foſſam a fluuio ductaz. pomis vero ac malis puniceis et racemis monſtrari regiõis fertilitatẽ: quã fluuij humor ꝓſtet amalthee vero cornu durũ eſſe aiũt: q̃ ex re opis illius difficultas ſignificat. Neptunius heros. theſe⁹ neptuni nepos. Trunce frõtis. mutilate. altero ei cornu carebat. Redimitus crines. cinctos habens crines. Arũdine. corona ex arũdinib⁹ cõfecta: q̇bus fere fluuiorũ ripe abũdant. Tantus victor. q̃tus hercules fuit. Nomie ſi qua ſuo tandẽ Narrare incipit acheloũs certamen ſibi ꝓ deianire nuptijs ſuſceptũ. Si qua Deianira. qua vacat. neqꝫ expoſcitur a ſenſu: tantũqꝫ carmen explet: q̃le illud apud Virgi. Si qua fata ſinant. Tandem. aliq̃n. Tandẽ eni: vt Põpe. ſcri. interdũ aliq̃n ſignificat. interdũ ꝓ ſuꝑ uacuo ponit. interdũ affectui ⁊ idignationi ſeruit: vt Cicero. Quouſqꝫ tandẽ abutere patiẽtia noſtra catilina. Multorũ ꝓcorũ. ꝓci dñr q̇ aliquã vxorẽ poſcunt: a ꝓcando declinati. nã procare ẽ poſcere. vñ et procaces meretrices: ab aſſidue poſcendo vocant. Domus eſt itrata. ꝑticipiuz paſſiuũ cõtra grãmatices rationem formatuz. Soceri petiti. appetiti ſoceri oenei. Parthaone nate. Oeneus rex aetolie parthaonis fuit filius. Sue nouerce. iunonis cuius iuſſu tot labores adierat. Contra ego. ecõtrario. Turpe deuz mortali cedere dixi. eſſe ſubaudiat. Mortali homi. nondũ eni hercules i deorꝫ numerũ fuerat trãſlatus. Dñm me cernis aquarũ. achelous nãqꝫ fluui⁹ eſt inter acarnaniã aetoliãqꝫ labẽs. Popularis. ex tuo populo vnus. aliq̃n popularis gratũ populo ſignificat. Tantũ ne noceat. ſolũmodo inq̇: mihi id nõ noceat rogo: ꝙ iuno deorũ regina me nullo odio ꝓſequit: neqꝫ mihi vllaz irrogat penã. ea vero inq̇t herculi potius obeſſe q̃ ꝓdeſſe debere. Nam q̇ te iactas. dilemato colligit achelous iouẽ: aut falſo herculis patrẽ dici: aut eſſe ignominioſuz: vt q̇ ex adulterio illũ genuerit. Alcmena matre. alcmena electryonis et lyſidices filia fuit vxorqꝫ amphitryonis: ex qua iupiter in amphitryonẽ cõuerſus herculẽ ſuſcepit. Elige fictũ eſſe iouẽ malis. patrẽ ſubaudiam⁹ Eſt aũt dilematon i q̇ vtrũ cõcedit reꝑhendit. Si eni fictũ ac falſum prẽm ſibi eẽ iouẽ eliget hercules: nullo ipſi erit honori. Sin verũ. apte fatebit ſe eſſe natũ ex adulterio. hoc igit argumẽto hercules vict⁹: i pugnã idignat⁹ deſcẽdit. Per dedec⁹. ꝓ ignominiã ex mr̃is adulterio ꝓuenientẽ. Toruo lumie. trucibus oculis: q̃les iratis indignatiſqꝫ cõueniũt. Viridẽ veſtẽ. tales ei fluuiorꝫ dijs attribuunt. Elegãter aũt coruz habitũ effingit: q̇ ſe ꝑparant lucte. Varas manus. inflexas et curuas. nã vari dñr q̇ crura habẽt obtorta. vnde et varices

Magnaqꝫ dat nobis tantus ſolacia victor.
Nomie ſi qua ſuo tandem peruenit ad aures
Deianira tuas: quondã pulcherrima virgo.
Multorũqꝫ fuit ſpes inuidioſa procorum:
Cum quibus vt ſoceri domus eſt itrata petiti:
Accipe me generũ dixi parthaone nate.
Dixit et alcides. alii ceſſere duobus.
Ille iouem ſocerum dare ſe: famãqꝫ laborum:
Et ſuperata ſue referebat iuſſa nouerce.
Contra ego turpe deũ mortali cedere dixi.
Nondũ erat ille deus. dñm me cernis aquarũ
Curſibus obliquis inter tua regna fluentem.
Nec gener externis hoſpes tibi miſſus ab oris
Sed popularis ero: ⁊ rerũ pars vna tuarum.
Tantũ ne noceat: ꝙ me nec regia iuno
Odit: ⁊ oĩs abeſt iuſſorum pena laborum.
Nam quo te iactas alcmena matre creatum:
Jupiter aut falſus pater eſt: aut crimine ver⁹.
Matris adulterio patrem petis elige fictum
Eſſe iouem malis. an te per dedecus ortum.
Talia dicentem iam dudum lumine toruo
Spectat: ⁊ accẽſe non fortiter impat ire. (eſt.
Verbaqꝫ tot reddit. melior michi dextra ligua
Dũmodo pugnãdo ſuperẽ: tu vince loquẽdo:
Congredit qꝫ ferox. puduit mõ magna locutũ
Cedere: reieci viridem de corpore veſtem.
Brachiaqꝫ oppoſui: tenuiqꝫ a pectore varas
In ſtatione manus: ⁊ pugne membra paraui.

Ille cauis hauſto ſpargit me puluere palmis:
Inqꝫ vicem fulue tactu flaueſcit harene.
Et modo ceruicem. mō crura micātia captat:
Aut captare putes: omniqꝫ a parte laceſſit.
Me mea defendit grauitas. fruſtraqꝫ petebar
Haud ſecꝰ ac moles. quā magno murmurꝫ fluctꝰ
Oppugnant. manet illa: ſuoqꝫ eſt pōdere tuta.
Digredimur paulū: rurſuſqꝫ ad bella coimus.
Inqꝫ gradu ſtetimus certi nō cedere: eratqꝫ
Cū pede pes iūctus. totoqꝫ ego pectore ꝓnꝰ
Et digitos digitis: ⁊ frontem fronte premebā.
Non aliter vidi fortes concurrere tauros:
Cū precium pugne toto nitidiſſima ſaltu
Expetitur cōiunx. ſpectant armenta: pauentqꝫ
Neſcia quem maneat tanti victoria regni.
Ter ſine profectu voluit nitentia contra
Reiicere alcides a ſe mea pectora: quarto
Excutit amplexus: adductaqꝫ brachia ſoluit:
Impulſumqꝫ manu (certū eſt mihi vera fateri)
Protinus auertit: tergoqꝫ oneroſus inheſit.
Si qua fides (neqꝫ enī ficta mihi gloria voce
Queritur) īpoſito preſſus mihi mōte videbar:
Vix tamen inſerui ſudore fluentia multo
Brachia. vix ſolui duros a corpore nexus.
Inſtat anhelanti: prohibetqꝫ reſumere vires.
Et ceruice mea potitur. tum deniqꝫ tellus
Preſſa genu nr̄o eſt: ⁊ harenas ore momordi.
Inferior virtute meas diuertor ad artes:
Elaborqꝫ viro longum formatus in anguem:
Qui poſtquā flexos ſinuaui corpus in orbes:
Cūqꝫ fero noui linguam ſtridore biſulcam:
Riſit: et illudens noſtras tirynthius artes:
Cunarū labor eſt angues ſuperare mearum.
Dixit. et vt vincas alios acheloe dracones:
Pars quota lernee ſerpens eris vnꝰ echidne?
Vulneribus fecunda ſuis erat illa: nec vllum
De centū numero caput eſt impune reciſum:
Quin gemino ceruix herede valentior eſſet.
Hanc ego ramoſam natis e cede colubris:
Creſcentēqꝫ malo domui: domitāqꝫ reduxi.
Quid fore te credis? falſuꝫ q̄ verſus in anguē
Arma aliena moues? quē forma ꝑcaria celat?
Dixerat: et ſummo digitorum vincula collo

appellant vene in ſuris iflexe: vel obo͛te: vt marcellus tradit. In ſtatione. i. loco ad reſiſtendū apto. Modo. nuper. Magna. ſuperba. Ille cauis hauſto. Luctaturi ſua iuicē corpa puluere aſpgebant: q̄ ſe validius cōprehēdere poſſent. Hauſto puluere. ſuſcepta harena q̄ haphe vocatꝛ. Captat. capere conatꝛ. Mea grauitas. meū pōdus. Certi nō cedere. q̄ decreueramus alteri non cedere. Elegāter aūt ea oīa deſcribit: q̄ a luctatoribꝰ fieri ſolent. Non aliter vidi hac ſimilitudine oſtēdit achelous quāto īpetu cū hercule fuerit cōgreſſus. Quē maneat. quē expectet. Sine ꝓfectu. effectu. Adducta brachia. circūducta. circūdata. Certū eſt mihi. decreui inq̄t vera cōfiteri. Si qua fides. eſt verbis meis ſubaudiatꝛ. Anhelanti. difficulter reſpiranti. Et ceruice mea potitꝛ collū meum capit. Diuertor. cōuertor. Meas artes. mihi ingenitas ꝓprias. Elaborqꝫ viro. effugio e manibus herculis viri fortiſſimi. Sinuaui. cōtraxi. Orbes. ſpiras. Stridore. ſibillo. Cunarū mearū. mee infantie. nā cū in cunis eſſet hercules duos angues a iunone īmiſſos manibꝰ ꝓhenſos ſtrangulauit. vñ illū greci: vt ſcribit Dio. qꝫ opa iunonis gloriā foret adeptus: heraclea dixere. hoc eſt iunonis gloriā cū antea alceus vocaretꝛ. nā ira iūno kleos gloria dr̄. Vt vincas. vt te vincere cōcedā. Pars q̄ta. ac ſi diceret minia. Lernee echidne. hydre lerneā paludem infeſtantis. nam hercules ſcribitꝛ īterfeciſſe hydraꝫ centū capita habentē ea viuacitate: vt vno reciſo duo ꝓ primū ſubnaſcerentꝛ. eaꝫ tandē hercules domuit igni. echidna aūt latine vipera dr̄. Ramoſaꝫ. multa capita veluti ramos habentē. Gemino herede. duobꝰ ſucceſſoribꝰ. nā vno capite reciſo: duo renaſcebantꝛ. vñ etiā excetra a latinis dicta ē: vt tradit Seruius: qꝫ vno capite exciſo duo ſuccreſcebant. Creſcentēqꝫ malo domui. malo eni ſuo creſcere videbatꝛ hydra: cum vno capite reciſo duo ſubnaſcerentꝛ. arte aūt eam domuit hercules: vt ſcribit Dio. Iolao ei mādauit: vt reciſam ceruicem face accēſa ne effflueret ſanguis iureret. Forma ꝑcaria. aliena quā prece videris eſſe cōſecutus. Precarium eni dr̄: vt tradūt iuriſcōſulti: qđ ꝑcibꝰ alicui vtendū cōceditꝛ tantiſper dum is qui conceſſit repetat.

Achelo9 i anguem

Hydra

Pugnabam.contendebam.Rebello.bellum reſumo.Induit.inijcit.Truncaꝗ a fronte reuellit. hoc eſt reuellendo cornu truncā effecit frontē.Diueſꝗ meo bona copia cornu.acheloi cornu a naiadibus repletū varijs fructibꝰ copie fertilitatis dee fuit dicatū.qđ idcirco fingit̃:vt pauloante diximus:ꝙ hercules in calydoniorū grām fluuiū acheloū in aliū curſum diuertens plurimos agros ex aq̄ irrigatiōe fertiles ꝓſtitit. etolis aūt dono dediſſe illud qđ amalthee cornu vocant:fingit̃ fructuū oīm copia repletū.in.v.aūt faſtoꝝ.Oui.aliā de amalthee cornu fabulā refert.nā amaltheā:q̄ ioui lac ꝓbebat:alterū e cornibꝰ in arbore fregiſſe ait.qđ quidem nympha ſuſtulit:cinxitꝗ recentibus herbis. Et plenum pomis ad iouis ora tulit. Ille vbi res celi tenuit: ſolioꝗ paterno Sedit:⁊ īuicto nil ioue maius erat:ſidera nutricē nutricis fertile cornu fecit:qđ dn̄e nunc q̄ȝ nomen habet.Diodo.vero de copie cornu aliā q̄ȝ narrat hiſtoriā.Hāmonem ſiquidē ſcribit iuxta ceraunios mōtes ambulātem conſpectā virginē noīe amaltheā forma pulcherrimaȝ adamaſſe. filiūꝗ ex ea ſuſcepiſſe ſpecie ac robore corporis inſignem. Amalthea vero propinque regioni ꝑfeciſſe cornu bouis ꝑ ſimili:ex quo occiduū cornu ſit nominata.Que quidē cū vineis alijſꝗ frugiferis arboribus conſita foret:ab amaltheaꝗ poſſideret̃:amalthee cornu fuit denomīata.vn̄ optima queꝗ fertiliſſimaꝗ terra copiecornu appellari conſueuit.hoc eſt keras amalthias. Prediuite.pleniſſimo. Totū autūnuȝ.oēs autūni fructus. Secūdas mēſas.ꝓme menſe carniū erāt.ſecunde pomorum Cacumīa.montiū vertices ⁊ ſummitates.ſignificat aūt illos primo mane receſſiſſe.Reſidant.decreſcant. Vultus agreſtes.deturpatos ob cornu a frōte reuulſum. Decoris. pulchritudinis. Fronde ſaligna.ſalicis ramo.Capitis dānuȝ.cornu ablatū.At te neſſe ferox. Expoſiturus poeta lyche miſtri herculis mutationē in ſaxū:neſſi centauri cedē deianireꝗ zelotipiam deſcribit. nā hercules deianira potius cū vino calefactꝰ eurynomū puerū architelij filiuȝ miſtrātē:ꝑuocꝗ errore lapſuȝ īter cenā dū pugno ictū occidiſſet:īuitus ex calydonia dolore ꝑculſus:vna cuȝ vxore diſceſſit ī patriā feſtinās:forte aūt euenit vt euenū fluuiū:q̄ maxime excreuerat:tuto tranſire poſſe non viderent̃:niſi neſſus centaurus: qui ꝑcio viatores tranſmittebat:ſe deianirā tranſuectuꝝ pollicitus foret.Eā igit̃ hercules cum neſſo cōmiſiſſet:intrepide fluuiū tranauit. At neſſus puelle pulchritudine captus cū eam aſportaret:ab hercule ſagitta hydre ſanguine tincta tranſfixus cū moreret̃:deianire ꝑſuaſit tunice ſue vim amatoriā ineſſe:q̄ herculē ab amore aliarū mulieꝝ auocaret:ſi eā īdueret̃

Acheloꝰ i taurum

Copie cornu

Neſſi cedes.

Iniicit.angebar ceu guttura forcipe preſſus:
Pollicibuſꝗ meaſꝗ pugnabā euellere fauceſ
Sic quoꝗ deuicto reſtabat tertia tauri
Forma trucis.tauro mutatꝰ membra rebello.
Induit ille toris a leua parte lacertos.
Admiſſūꝗ trahens ſequitur:depreſſaꝗ dura
Cornua figit humo:meꝗ alta ſternit harena.
Nec ſatis hoc fuerat:rigidū fera dextra cornu
Dum tenet:infregit:trūcaꝗ a fronte reuellit
Naiades hoc pomis ⁊ odoro flore repletum
Sacrarunt:diueſꝗ meo bona copia cornu eſt.
Dixerat:⁊ nymphe ritu ſuccincta diane
Una miniſtrarum fuſis vtrinꝗ capillis
Inceſſit:totūꝗ tulit prediuite cornu
Autūnum:et menſas felicia poma ſecundas.
Lux ſubit:et primo feriente cacumina ſole
Diſcedūt iuuenes.neꝗ enī dū flumina pacem
Et placidos habeant lapſus:toteꝗ reſidant:
Operiuntur aque.vultus achelous agreſtes
Et lacerū cornu mediis caput abdidit vndis.
Hunc tamen ablati domuit iactura decoris:
Cetera ſoſpes hȝ.capitiſ quoꝗ frōde ſaligna
Aut ſuperimpoſita celatur arundine damnuȝ.
At te neſſe ferox eiuſdem virginis ardor
Perdiderat volucri traiectum terga ſagitta.
Nāꝗ noua repetēs patrios cū cōiuge muros
Venerat eueni rapidas ioue natus advndas.
Uberior ſolito nimbis hyemalibus auctus:
Vorticibuſꝗ frequēs erat:atꝗ impuiꝰ amniſ.
Intrepidū pro ſe.curam de cōiuge agentem
Neſſus adit:mēbriſꝗ valens ſcituſꝗ vadoꝝ.
Officioꝗȝ meo ripa ſiſtetur in illa.
Hec ait alcide.tu viribus vtere nando.
Tradidit aonius pauidam calydonida neſſo:
Pallentēꝗȝ metu fluuiūꝗȝ ipſumꝗȝ timentē.
Mox vt erat pharetraꝗȝ ḡuis ſpolioꝗȝ leoniſ
(Nam clauā ⁊ curuos trans ripā miſerat arcꝰ)
Qn̄quidem cepi:ſuperentur flumina dixit.

Cum aūt deianira accepiſſet herculē amore ioles euryti filie eſſe captum: tunicam a neſſo dono datā lyche famulo tradidit domino ꝓferendā: eā vero cū ſacrificaturus induiſſet hercules maximis cruciatibꝰ affectus in furoremqꝫ cōuerſus lychā ex geneo mōte: vbi ioui ſacrificabat: in euboicū mare coniecit: q̄ deorū miſeratione in ſcopulū corpori humano ſimilē fuit cōmutatus. ipſe vero hercules arcu ſagittiſqꝫ philoctete traditis: in pyra ſe cōpoſuit: homineqꝫ depoſito in deorū ſedes fuit trāſlatus. Eueni. euenus fluuius eſt etolie in corynthiacū ſinum labens ab eueno: qui ſe in illū precipitauit cognoīatus. nā antea lycormas appellabat̄.

Nec dubitat: nec qua ſit clemētiſſimus amnis
Querit: et obſequio deferri ſpernit aquarum.
Iamqꝫ tenēs ripam miſſos cū tolleret arcus:
Coniugis agnouit vocem. neſſoqꝫ paranti
Fallere depoſitum. quo te fiducia clamat
Vana pedū violente rapit: tibi neſſe biformis
Dicimus. exaudi. nec res intercipe noſtras.
Si te nulla mei reuerentia mouit. at orbes
Concubitus vetitos poterā inhibere paterni.
Haud tamē effugies: qūuis ope fidis equina.
Vulnere nō pedibus te ꝯſequar. vltima dicta
Reprobat: et miſſa fugientia terga ſagitta
Traiicit. extabat ferrū de pectore aduncum:
Qđ ſimul euulſum ē: ſanguis ꝑ vtrūqꝫ foramē
Emicuit mixtus lernei tabe veneni.
Excipit hūc neſſus. neqꝫ eni moriemur inulti:
Secum ait et calido velamina tincta cruore
Dat munus rapte velut irritamen amoris.
Longa fuit medii mora tp̄is: actaqꝫ magni
Herculis implerant terras: odiumqꝫ nouerce.
Victor ab oechalia ceneo ſacra parabat
Vota ioui: cum fama loquax ꝑuenit ad aures
Deianira tuas: que veris addere falſa
Gaudet: ⁊ e minima ſua per mendacia creſcit:
Amphitrioniaden ioles ardore teneri.
Credit amās: venerisqꝫ noue perterrita fama
Indulſit primo lachrymis: flendoqꝫ dolorem
Diffudit miſeranda ſuum. mox deinde q̄d aūt

Scituſqꝫ vadorū. peritus locorū trāſitus preſtantiū. Siſtetur. collocabitur. Aonius. thebanus. hercules. aonia ei cū beotia eadē eſt. Pauidā calydonida. timidā deianirā calidoniā. Ipſum neſſū. centaurus eni erat. Miſerat. iecerat. Fallere depoſitū. fraudare herculē depoſito. et deianira illi cō miſſa. depoſitū eni dicitur quicq̄d tradit̄ alicui cuſtodiendū. Orbes paterni. rote ixiōīs patris tui q̄bus aſſidue apud inferos vertitur ꝓpter interpellatā de ſtupro iunonē. Ope equina. velocitate eq̄ centauri eni equinos hn̄t pedes. Extabat ferrū de pectore aduncū. extra ſtabat. ſignificat aūt tergū cum pectore fuiſſe trāſfixū. Quod ſimul euulſum ē qđ poſtq̄ꝫ fuit extractū. Per vtrūqꝫ foramen: et tergi et pectoris. Tabe. ſanguine. Et calido velamina tincta cruore. ſic q̄dem Oui. Diodorus vero inq̄t neſſum moriturū cū iam deianiram cognouiſſet: pollicitū ei fuiſſe ſe amoris medicamentū traditurū: quo nullam preter ſe mulierē aliā hercules appeteret. iuſſit igitur ſemine qđ ex ſe defluxerat cum oleo et ſanguine a ſagitta fluēte īmixto herculis tunicā tingere: quo dato conſilio cum expiraſſet: illa inſcio hercule quod mandatum erat peregit. Irritamē. prouocationē ac ſtimulationem. Longa mora. longū interuallū. Victor ab oechalia. hercules vt ſcribit Diodorus in oechaliā contra euryti liberos ob iolen vxorē ſibi denegatā exercitū duxit: vrbeqꝫ capta euryti filios toxeum molionē et pitiū occidit: ac iolen captiuā ſecū duxit. ex euboea vero in mōtē noīe ceneū ꝓfectus: vt ioui ſacrificaret: lychā ſeruū ad vxorē deianiram in trachinā miſit. vt ſibi veſtē qua in ſacris vti cōſueuerat afferret. ea cū a lycha de ioles amore comperiſſet cupiens ſe maxime oīm aliarū ab hercule amari: tunicā ex centauri cōſilio tinxit: quā a lycha rei inſcio allatā hercules indutꝰ veneni vi paulatī iualeſcēte torq̄ri maxīs dolorībꝰ cepit. q̄re lychā q̄ veſtē attulerat ī mare iecit: ac dimiſſo exercitu in trachinā venit: morboqꝫ īdies magꝭ iualeſcēte delphos lycimniū ac iolaū miſit apollinē morbi remedia ſuſcitaturos. interī deianira calamitate herculis ſtupefacta cū tanti mali cām a ſe ꝑfectā ſciret laq̄o vitā finiuit. apollo aūt iuſſit herculē cū apparatu bellico in oethā deduci: ibiqꝫ maximā ſtrui pyrā. de reliq̄s ioui curā fore. hercules igit̄ deſꝑata ſalute: in pyrā cum aſcendiſſet: rogaretqꝫ aſtātes vt ignē ſubiicerēt ſolus philoctetes in gratiā ſagittarū ſibi ab ipſo relictarū pyrā ſuccendit: q̄ ſubito fulminibꝰ circūcadētibꝰ exuſta eſt. oechalia ṽo euryti patria ī euboea fuit: q̄ ab hercule fert̄ deleta. nā ſūt ēt alie oechalie: vna in etolia. alia in meſſenia: alia ī archadia. alia in trachina. Ceneo. ioui. iupit̄ ceneꝰ a ceneo ꝓmōtorio euboee eſt dictꝰ vbi ab oechalie expugnatōe hercules reuerſꝰ ioui arā extruxit. ꝑncipale aūt ꝓ deriuatiuo poſuit poeta. Et e minīa. ſic Vir. ꝑua metu ꝑmo mox ſeſe attollit ī auras. igrediturqꝫ ſolo ⁊ caput int̄ nubila ꝯdit.

Amphitrioniaden. herculem qui amphitrionis filius putabatur cum iouis eſſet. Ioles ardore. iole euryti filia quã hyllo filio hercules tradidit vxorem. Credit amans. quia amans. eſt eni cauſa cur crederet. Veneris noue. noui amoris. noue amice. Indulſit lachrymis. multum fleuit. Diffudit. amplificauit. Mox deide. alterum eorũ ſuperfluum eſſe videtur. Conquerar an ſileam. dubia eſt quid facere debeat deianira. Morer ne: maneam ne in edibus herculis. Forte facinus. magnũ factũ. de vlciſcenda nanq pellice cogitat. In curſus varios. in diuerſas cogitationes. ſunt autem poete verba. Pretulit mittere. figurata eſt locutio. in ſoluta nanq oratione diceretur. pretulit vt mitteret. Imbutam veſtem. tunicã infectam que etiã ſubucula appellatur. De fecto amori. deficienti. ac potius q̃ iam defecerat. Quid tradat neſcia. ignorabat eni deianira tunicam illam quaz lyche tradidit veneno fuiſſe infectam. Suos luctus. ſuorũ luctuũ cauſam. Inſcius heros. ignarus hercules veſtem illam hydre veneno fuiſſe infectam. Lernee virus echidne. id eſt tunicam veneno hydre infectam. Dum potuit. donec valuit. Oethen. oethe mons eſt theſſalie morte rogo ⁊ ſepulchro herculis clarus. Quondam. aliquãdo. Stridet. feruet. Lamia cãdẽs ignita. Ardente veneno. comburente. Nec modus eſt. nec finis dolori impo nitur. Sorbent. opprimunt. abſumũt. Ceruleus ſudor. niger. Ambuſtiq ſonant nerui. combuſtiq ſtrident nerui. Ceca tabe. occulta corruptione. Saturnia paſcere. hac oratione hercules ſe maximo odio iunoni eſſe oſtẽdit. eã q in maximam inuidiam adducit. eſt autem anadiploſis. eiuſdem verbi maxime indignato cõueniens. Ab alto. a celo. Laboribus. ad labores. Decet hec dare dona nouercã. nã nouerce ſolent priuignorum mortẽ optare. Ergo ego fedantẽ. indignationi ſeruit hec dictio ergo. indignatur enim hercules q cum ſeuiſſima domuerit monſtra: ipſe tamen dira peſte dometur. commemorat autem decem ⁊ octo preclara certamina que euryſtei iuſſu confecit. Buſirim domui. buſiris neptuni fuit filiꝰ ex libya ſuſceptus: qui cum in egypto tyrannidẽ exerceret: hoſpiteſq ad prouocãdam nili inundationẽ: inter quos thraſium a quo id edoctus fuerat immolaret ab hercule aris ĩpoſitꝰ fuit iugulatus. Seuo. anteus libye fuit gigas qui omnes prouocabat ad luctam victoſq interficiebat. at hercules cũ eo congreſſus animaduerterit eum quotiens ſterneretur: valentiorem ſurgere terra enim cuius erat filius vires ſubminiſtrabat. euz igitur hercules altius ſublatum emittere ſpiritum coegit.

Flemus ait: pellex lachrymis letabitur iſtis:
Que qm̃ adueniet: pperãdũ aliq̃dq nouandũ ẽ
Dũ lz: ⁊ thalamos nõdũ tenet altera noſtros.
Conq̃rer an ſileã: repetã calydona: morerne:
Excedam tectis: an ſic nihil amplius obſtem:
Quid ſi me meleagre tuã memorẽ eſſe ſororẽ:
Forte paro facinus: quantũq iniuria poſſit.
Femineuſq dolor vulgata pellice teſtor.
Incurſus animus varios abit. omnibus illis
Pretulit imbutam neſſeo ſanguine veſtem
Mittere: qui vires defecto reddat amori.
Ignaroq liche quid tradat neſcia: luctus
Ipſa ſuos tradit: blandiſq miſerrima verbis
Dona det illa viro mãdat. capit ĩſcius heros:
Induiturq humeris lernee virus echidne.
Thura dabat primis ⁊ verba precãtia flãmis:
Vinaq marmoreas patera fundebat in aras.
Incaluit vis illa mali: reſolutaq flammis
Herculeos abiit late diffuſa per artus.
Dum potuit: ſolita gemitum virtute repreſſit.
Victa malis poſtq̃ eſt paciẽtia: reppulit aras:
Impleuitq ſuis nemoroſam vocibus oethen.
Nec mora. letiferam conatur ſcindere veſtem
Quã trahitur: trahit illa cutem. fedũq relatu
Aut heret membris fruſtra temptata reuelli:
Aut laceros artus et grandia detegit oſſa.
Ipſe cruor: gelido ceu quondã lamia candẽs
Tincta lacu ſtridet: coquiturq ardẽte veneno.
Nec modus eſt. ſorbent auide p̃cordia flãme:
Ceruleuſq fluit toto de corpore ſudor:
Ambuſtiq ſonant nerui: cecaq medullis
Tabe liquefactis. tollens ad ſidera palmas:
Cladibus exclamat ſaturnia paſcere noſtris.
Paſcere: ⁊ hanc peſtẽ ſpecta crudelis ab alto.
Corq ferum ſatia. vel ſi miſerandus ⁊ hoſti:
(Hoſtis enim tibi ſum) diris cruciatibus egrã
Inuiſãq aĩam natãq laboribꝰ aufer. (uercã
Mors mihi munꝰ erit. decz hec dare dona no=

Parentis. terre matris. Paſtoris hiberi. geryonē dicit. qui tria habuiſſe corpora dicitur: in vltimaqꝫ hiſpania regnaſſe: ac armentis ab hercule fuiſſe priuatus. Uos ne manus. taurus quē paſiphae amauit e creta in peloponneſum ad euryſtheum ab hercule fuit adductus. Ueſtrum opus elis habet. nam hercules ab expugnatione troię reuerſus in peloponneſum: vt ſcribit in quinto Diodorus. Eurytū qui augee regis dux erat iuxta cleonas: vbi nunc eſt herculis templum necauit. deinde bello aduerſus elim moto occiſoqꝫ augea rege: atqꝫ vrbe vi capta phileo augee filio regnum tradidit. fuerat enim hic antea a patre pulſus: quoniam arbiter inter eum et herculem factus premium herculi dandū cenſuiſſet.

Ergo ego fedantem in peregrino tēpla cruore
Buſirim domui: ſeuo alimenta parentis
Anteo eripui: nec me paſtoris hiberi
Forma triplex. nō forā triplex tua cerbere mo
Uos ne manꝰ validi ꝑſſiſtis cornua tauri: (uit
Ueſtrū opꝰ elis hꝫ. veſtrū ſtymphalides vnde
Partheniumqꝫ nemus. veſtra virtute relatus
Thermodoontiaco celatus baltheus auro.
Pomaqꝫ inſomni non cuſtodita dracone.
Nec mihi centauri potuere reſiſtere: nec mi
Arcadie vaſtator aper. nec profuit hydre
Creſcere per dānū: geminaſqꝫ reſumere vires
Quid: cū thracis equos hūano ſāguie pigueſ
Plenaqꝫ corporibus laceris preſepia vidi:
Uiſaqꝫ deieci: dominumqꝫ ipſoſqꝫ peremi:
His eliſa iacet moles nemeea lacertis.
His cacus horrēdū tiberino gurgite mōſtrū.

Stymphalides vnde. ſtymphalus palus eſt arcadie: ex qua eraſinus fluit. circa eā aues fuerunt mirande magnitudinis ſimiles harpyis: que cū vicinos agros vaſtarent ab hercule partim ſagittis cōfixe: partim maximo tabule eree ſonitu fuerunt expulſe. Partheniumqꝫ nemus. parthenius mons eſt arcadie a parthenis hoc eſt virginibus illic venantibus cognominatus: vbi ceruam eximie velocitatis aureis cornibꝰ hercules cepit. Relatus baltheus. hercules ab euryſteo iuſſus: vt aureum cingulum hippolyte amazonū regine ad ſe afferret amazonas ipās iuxta thremodoontem fluuiū habitātes: vna cū theſeo debellauit: indeqꝫ regie aureū cingulū reportauit. Thermodoontiaco auro. thermodoon fluuiꝰ eſt colchorum: iuxta quē olim amazones habitarunt. Pomaqꝫ ab inſōni. poma heſperiduꝫ ait: que cū eſſent aurea: a peruigili dracone cuſtodiebantur: ea quoqꝫ euryſtei iuſſu dracone iterfecto hercules rapuiſſe fert: ad euryſtheūqꝫ rettuliſſe. M. varro aurea mala heſperidum capras ⁊ oues interptat: qđ et Dio. in qnto ait. oues enī greci mela vocant. ea vero a ꝑuigili dracone cuſtodita fingunt: qꝛ vt Pli. ſcribit heſpidū horti cincti fuerūt flexuoſo maris meatu: q̄ viſentibus ꝓcul draconis ꝓberet effigiē. Nec mihi centauri. hercules centauros theſſalie populos q̄ ex pte anteriori viri ex poſteriori equi videbant. a pholo ſuſceptus hoſpitio debellauit. cum enī pholus centaurus vini doliū oli a baccho donatū ea cōditione: vt tunc vinum ꝓferret cum hercules adeſſet: in honorē herculis ipſius relcuiſſet: forte odore illius vetuſtiſſimi vini ꝓpinqui centauri ebrij effecti in edes pholi impetū fecerūt: quo pterrefacto ſolus hercules: nō illis modo reſtitit: verū multos quoqꝫ ipſorum interfecit: vt apte in qnto bibliotheces volumie ſcribit Dio. Nec mi arcadie vaſtator aper. ſyncreſis eſt duarū vocaliū in vnā. mi enī pro mihi poſitū eſt. maximus autē aper arcadiā vaſtans ab hercule viuus ad euryſtheū fuit allatus: quo viſo rex timore perculſus in ereo ſe vaſe ſcribit abſcōdiſſe. Nec ꝓfuit hydre creſcere per dānū. nā reciſo vno capite duo renaſcebant. Quid cū thracis equos diomedes rex thracie qui hoſpites eqs ſuis lacerādos obijciebat. ab hercule et vita et eqs ipſis fuit ſpolia eos vero ad ſe adductos euryſteus iunoni ſacrauit quorū ꝓgenies vſqꝫ ad alexandrū macedonē duraſſe fertur. Thracis. diomedis thracie regis. Moles nemeea. leo nemee ſilue: q̄ cū maximus eſſet ac neqꝫ ferro neqꝫ ere neqꝫ lapide vulnerari poſſet: vt ſcribit Dio. manibus neceſſario erat occidēdus. is in nemea ſilua maxime verſabat iuxta montē quē a caſu tritonē dixerūt: in cuius radicibus erat ſpelūca ad quā bellua diuertebat. hercules igitur cum ad locū acceſſiſſet: refugientem in ſpeluncā inſecutus ferā altero aditus ore obturato manibus leonem cōprehēſū ſuffocauit. detractāqꝫ pellē corpori ſuo munimentū ad futura pericula circūdedit. Eliſa. ſuffocata. Moles nemeea. magnitudinē leonis nemei inuit: cuiꝰ interēpti pelle pro veſte hercules vtebat. nemea aūt ſilua eſt inter argos et cleonas clara: nō ſolum ob leonē ab hercule ſupatū: ſed etiā ob certamē annuum in honorē archemori inſtitutū. His cacus. carmine Uirgiliano notiſſimus eſt ⁊ cacus et eius cedes. Tiberino gurgite. iuxta fluuiū tyberim. Hac celſi ceruice tuli. hercules cū ad atlantē mauritanie regem qui humeris ſuis celum fingitur ſuſtinere perueniſſet ab eo ſuſceptus eſt hoſpitio rogatuſqꝫ vt dum ipſe alterum humerum celo ſubijceret tantiſper ipſe oneri ſuccederet: libenter eſt obſecutus. quod quidem idcirco fictū eſt qꝫ hercules ab atlante mauritanie rege: et hoſpitio ſuſceptus fuit et aſtrologiā doctus Nam atlas cum ſpheram excogitaſſet: celum ſuis humeris geſtare putatus eſt: vt latius ſcribit Diodorus.

Herculis labores.

At valet euryſteus. hic fuit ſtheneli mycenarum regis filius: qui impellente iunone herculem varia pericula adire iubebat. hec autem cum maxima iactantur indignatiõe. ac ſi diceret hercules. ego qui virtute mea vniuerſum terrarum orbem monſtris purgaui: tantis conficior cruciatibus. Euryſteus vero omniũ iniquiſſimus nullaqꝫ virture preditus bene habet. nam vt ſcribit Diodorus. euryſteus habẽs argis regnum: nota herculis fama eum ad perficienda certamina arceſſit. Renuentem iuſſit iupiter euryſteo obtemperare. Is vero delphos adiens conſulto ſuper his apollinis oraculo reſponſum accepit a diis mandatuꝫ eſſe: vt euryſthei iuſſu duodecim certamina perficeret: quibus confectis immortalitate potiretur. Et ſunt. indignationi hoc loco ſeruit illa ꝛ copula. Auctor facti. auctor vulnerum. qui venabulis taurum confixit. Feralia dona. peſtifera. Genibuſqꝫ manus adhibere parantem. hoc eſt ſupplicare parantem. nã genua miſericordie idcirco dicata dicuntur ꝙ ea ſupplicantes tangere conſueuerunt. Tormento fortius. validius ꝙ̃ machina bellica. eſt autem tormẽtum inſtrumentum bellicum a torquendis ſaxis. hoc eſt cum impetu mittendis appellatuꝫ. In euboicas vndas. in mare euboicum. nam ceneum promontorium vbi hercules ſacrificaturus peſte correptus eſt: imminet euboico mari. Induruit. durus eſt factus. nam in ſcopulum fuit conuerſus. Utqꝫ ferunt imbres. vt ſcribit in meteoris ariſtoteles niues ac grandines frigidioribus ventis ex aqua generantur. Concreſcere. ſimul creſcere et in vnum cogi. Spiſſa grandine. in denſam grandinem. Gurgite. mari. per tapinoſim. At tu iouis inclita proles. herculis metamorphoſin in deum exponit poeta. Sagittas iterum viſuras. primum quidem ſagitte herculis troiana regna videre: cum ipſe vna cum telamone et argonautis troiam expugnauit. deinde cum ob helene raptum duce agamenone fuit delata. nam cum oraculum accepiſſent greci ſine ſagittis herculis troiam capi nõ poſſe: miſſus eſt vlyſſes: qui philocteten vna cum ſagittis illis ad exercitum grecorum adduceret. ſed vulnere ſagitte que in pedem cecidit impeditus philoctetes in lemno diu ſtetit. tãdem vero grecis rogantibus ad exercitum illum obſidentem ſagittas herculis apportauit. Ferre. habere. Peante ſatum. philocteten peantis filium. Agger. lignorum ſtrues. ꝙ̃uis agger proprie terre accumulatio dicat. Sũmam cõgeriem ſilue. hoc eſt ſummitatẽ pyre. Nemeeo vellere. pelle nemei leonis. Iamqꝫ valens. vehemens. valida ꝛ magna. Securos artus. membra que ſecura ac ſine vlla erant cura.

Lychas i ſcopulum

Hercules in deum.

Hac celum ceruice tuli. defeſſa iubendo eſt.
Seua iouis cõiunx. ego ſuꝫ indefeſſus agẽdo.
Sed noua peſtis adeſt: cui nec virtute reſiſti:
Nec telis armiſqꝫ poteſt. pulmonibus errat
Ignis edax imis: perqꝫ omnis paſcitur artus.
At valet euryſtheus. et ſunt q̃ credere poſſint
Eſſe deos: dixit: perqꝫ altam ſaucius oethen
Haud aliter graditur: ꝙ̃ ſi venabula taurus
Corpore fixa gerat. factiqꝫ reſurgeret auctor.
Sepe illum gemitus edenteꝫ. ſepe trementẽ.
Sepe retemptantem totas infringere veſtes:
Sternentemqꝫ trabes iraſcentemqꝫ videres:
Montibus aut patrio tẽdenteꝫ brachia celo.
Ecce lychã trepidũ et latitantem rupe cauata
Aſpicit: vtqꝫ dolor rabiem collegerat omnem:
Tu ne lyca dixit feralia dona dediſti:
Tu ne mee necis auctor eris. tremit ille pa-
Pallid⁹ ꝛ timide verba excuſãtia dicit. (uetqꝫ
Dicentẽ genibuſqꝫ manus adhibere parantẽ
Corripit alcides: et terqꝫ quaterqꝫ rotatum
Mittit in euboicas tormento fortius vndas.
Ille per aereas pendens induruit auras.
Utqꝫ ferũt imbres gelidis concreſcere vẽtis:
Inde niues fieri. niuibus quoqꝫ mole rotatis
Aſtringi: ꝛ ſpiſſa glomerari grandine corpus:
Sic illum validis iactum per inane lacertis:
Exangueꝫqꝫ metu: nec quicꝙ̃ humoris habẽtẽ
In rigidos verſum ſilices prior edidit etas.
Nũc quoqꝫ ĩ euboico ſcopulus breuis eminet
Gurgite: et humane ſeruat veſtigia forẽ: (alte
Quem quaſi ſenſurum naute calcare verẽtur.
Appellãtqꝫ lychan. at tu iouis inclita proles
Arboribus ceſis: quas ardua geſſerat oethe
Inqꝫ pyrã ſtructis: arcũ pharetramqꝫ capacẽ
Regnaqꝫ viſuras iterum toiana ſagittas
Ferre iubes peante ſatũ: quo flãma miniſtro
Subdita: dũqꝫ auidis ꝯprẽdit ignibus agger:
Congeriem ſilue nemeeo vellere ſummam

Pro vindice.pro ſalute vindicis ac liberatoris terre totius.Grator.gratulor. Quod memoris populi.hoc eſt grati.ille enim eſt gratus qui beneficiorū eſt memor.Et mea progenies.quod ſubitelligatur. letatur enī iupiť ꝙ dij ſint ſollicitī de herculis filij ſui ſalute.Immanibus actis.maximis ipſius geſtis.Obligor ipſe tñ ego tamē me vobis debere fateor.Materna parte.ex ꝑte corporis quod a matre ſumpſit.Defunctū terra.liberatū a terra.Celeſtibus oris.in celū.nā vt refert Diodo.poſt exuſtū herculis rogū accedente iolao vt oſſa colligeret cum nullum prorſus repertū foret crediderūt herculē ſecundū oraculū in deos tranſlatum: illicꝫ vt heroi ſacra quedam fecerūt.

Sternis:et impoſita claue ceruice recumbis:
Haud alio vultu:ꝗ̄ ſi conuiua iaceres
Inter plena meri redimitus pocula ſertis.
Iamqꝫ valens et in oē latus diffuſa ſonabat:
Securoſqꝫ artus contemptoremqꝫ petebat
Flamma ſuum.timuere dei pro vindice terre.
Quos ita(ſenſit enim)leto ſaturnius ore
Iupiter alloquiť.noſtra ē timor iſte voluptas
O ſuperi:totoqꝫ libens mihi pectore grator:
Qđ memoris populi dicor rectorqꝫ paterqꝫ:
Et mea progenies veſtro quoqꝫ tuta fauore ē.
Nam ꝗ̄qꝫ ipſius datis hoc immanibus actis:
Obligor ipſe tamen.ſed enī ne pectora vano
Fida metu paueant:oetheas ſpernite flāmas.
Omnia qui vicit:vincet quos cernitis ignes.
Nec niſi materna vulcanum parte potentem
Sentiet.eternum eſt a me qđ traxit: et expers
Atqꝫ immune necis:nullaqꝫ domabile flāma.
Idqꝫ ego defunctum terra celeſtibus oris
Accipiam:cunctiſqꝫ meum letabile factum
Diis forte cōfido.ſi quis tamen hercule: ſi q̄s
Forte deo doliturus erit: data premia nollet:
Sed meruiſſe dari ſciet: inuituſqꝫ probabit.
Aſſenſere dei.coniunx quoqꝫ regia viſa eſt
Cetera non duro:duro tamen vltima vultu
Dicta tuliſſe iouis:ſeqꝫ indoluiſſe notatam.
Interea quodcunqꝫ fuit populabile flamme
Mulciber abſtulerat.nec cognoſcēda remāſit
Herculis effigies:nec quicꝗ̄ ab imagiē ductū
Matris habet:tantūqꝫ iouis veſtigia ſeruat.
Utqꝫ nouus ſerpēs poſita cum pelle ſenecta
Luxuriare ſolet: ſquammaqꝫ nitere recenti:
Sic vbi mortales tirynthius exuit artus
Parte ſui meliore viget:maiorqꝫ videri
Cepit.et auguſta fieri grauitate verendus.
Quē pater omnipotēs iter caua nubila raptū
Quadriiugo curru radiantibus intulit aſtris:
Sēſit atlas pōdus.neqꝫ adhuc ſthenelei⁹ iras

athenienſes autē grecorū ꝑmi herculē vt deum ſacrificijs coluerunt:ſueqꝫ pietatis erga illū prebentes reliquis exemplū vniuerſam primū greciā:deinde ceteras gentes ad eius cultum conuertere. Letabile.letum gratum ac iucundum. Si quis tamē hercule ſi quis.iunonē taxat iupiter que ſemper herculē odio fuerat ꝓſecuta. Sed meruiſſe dari ſciet. hoc eſt intelliget meruiſſe herculē vt ipſi premia darentur celeſtia atqꝫ in numerum deorū reciperetur. Populabile.corruptibile. Mulciber.vulcanus.ignis. Iouis veſtigia. ſimilitudinem iouis.nam vt iupiter deus eſt effect⁹ hercules. Parte ſui meliore.animi immortalitate. Auguſta grauitate.ſacra ac diuina.nā auguſtum dicitur augurio conſecratū. Quadriiugo curru. triumphali.innuit enī herculem cum maxima gloria triumphantū more in celū fuiſſe ſublatum. Senſit atlas pōdus.herculis in celum recepti.eſt autē emphaſis qua īnuitur herculis magnitudo. Sthenelei⁹ euriſthe⁹.ſthenelei filius.ad id vero alludit poeta quod in quinto ſcribit Diodorus. Cum enim euriſtheus cognouiſſet hyllum herculis filium: ac quoſdā e fratribus viros euaſiſſe veritus ne ſi omnes ad eā ꝑuenissent etatē: mycenarū imperio ſe priuarent:ceyci trachine regi ad quem poſt patris mortē confugerant: bellū indixit:niſi herculis et lycimni filios et iolaum:ac omnes arcades qui cū hercule militaſſēt expellerē.ipſi vero euriſthei virib⁹ īpares ſpōte trachinā relinquētes ab athenienſib⁹ adiuti ducibus iolao theſeo hylloqꝫ ꝯſtitutis euryſtei exercitū ꝓfligarūt ipſeqꝫ euryſte⁹ curru fugiēs ab hyllo fuit interfect⁹. In plenā odio ꝑſeq̄batť hyllū et reliq̄s herculis filios.hec aūt a poeta referūť:vt facili⁹ ꝯnectat cū ſuꝑiorib⁹ galanthidis miniſtre alcmene mutationē ī muſtellā.nā alcmena cū parere nō poſſet:lucinam deā que parientibus preeſſe dicitur inuocauit. ac ea quidem venit iunonis iuſſu partum impeditura. Cum igitur in vetule figuram cōuerſa ante ianuam alcmene ita ſederet:vt manuū

digitis cancellatim iunctis genua teneret:forte galantis miniſtra ſuſpicata eam illo geſtu domine quo minus pareret eſſe impedimēto: falſo ei nunciauit alcmenā partu ſolutā.quod cum dea accepiſſet ſurrexit ſtatimqꝫ alcmena herculē peperit.ceterū dea indignata ſe a galanthide illuſam:qꝫprimuʒ illam in muſtellā ea cōditione conuertit vt pareret ore:quo fuerat emētita. Atrox.crudelis.qui nil meritos herculis filios perſequebatur. Argolis alcmene.argolica que poſt morē herculis thebas ꝑfecta illicqꝫ mortua diuinos meruit honores. Queſtus aniles.querimonias vetule cōuenientes. Teſtatos labores.celebrata atqꝫ confeſſa certamina. Hyllus.herculis ex deianira fuit filius. Matura.partui propinqua. **Galantis i muſtellā** Corripiantqꝫ moras. abbreuient atqꝫ auferant. Ilithyiaʒ. ilithyia dea eſt q̄ parietibus preeſſe dicit̃ quā noſtri lucinam appellant: q̄ in lucem naſcentes producat. Quā mihi difficilē.aduerſā Iunonis gratia. potētia iunonis que tantū gratia apud ilithyiam valuit:vt que mihi adeſſe debebat obfuerit. Iouem nāqꝫ appropinquante partus tp̄e dijs preſentibus dixiſſe ferunt pueruʒ qui ea die naſceret̃ ſe regem eſſe facturum.quibus verbis commota iuno lucinam filiam iuſſit comprimere alcmene partum.ac euryſtheū ante tempus in lucem educere Iupiter vero licet cōſilio fruſtratus: quod predixerat tamē ratum:et herculis famam claram eſſe volens dixiſſe iunoni fertur:ſe quidem permittere euryſtheuʒ vt predixerat regem eſſe:herculēqꝫ ei ſubijci velle.duodecimqꝫ certamina ab illo perfici que euryſtheus mandaſſet: quibus cōſummatis fieret immortalis. Feri. duri ac laborum patientis. Et decimū ſignū. hoc eſt cuʒ iam decimus ageretur mēſis.duodecim enim ſunt zodiaci ſigna quibus duodecim mēſes diſtiguūtur. **Ilithyia i vetulam.** Siderei. ſole katexochin. Grauitas. pondus.Tendebat.diſtendebat.Horror.tremor. Nexos partus.impeditos qui ſolui non poterant. Sed precorrupta.ante a iunone corrupta.Meuʒ caput.meam vitam. Iunoni inique.inimice. Dextroqꝫ eſt poplite leuum preſſa genu.ſynecdoche poetica. tali autē geſtu impediri partus etiā Plinius in naturali hiſtoria ſcribit.his quidē verbis. Aſſidere grauidis vel cum remedium alicui adhibeatur digitis pectinatim inter ſeſe āplexis veneficiū eſt idqꝫ compertum tradunt alcmena herculem pariente peius ſi circa vnū amboue genua. Itē poplites alternis genibus imponi. ideoqꝫ hec in ꝯſilijs ducum poteſtatumue fieri vetuere maiores velut omnem actum impedientia.

Soluerat euryſtheus:odiūqꝫ in ꝓle paternū
Exercebat atrox.at longis anxia curis
Argolis alcmene queſtus vbi ponat aniles.
Cui referat nati teſtatos orbe labores:
Cuiue ſuos caſus:iolen habet.herculis illam
Imperio thalamoqꝫ animoqꝫ receperat hyllꝰ
Impleratqꝫ vterum generoſo ſemine: cum ſic
Incipit alcmene.faueant tibi numina ſaltem:
Corripiātqꝫ mores tūc: cum matura vocabis
Prepoſitam timidis parientibus ilithyian:
Quam mihi difficilem iunonis gratia fecit:
Nanqꝫ labor feri cum iam natalis adeſſet
Herculis:et decimū premeret ſidere ſignum:
Tēdebat grauitas vterū mihi:quodqꝫ ferebā
Tantum erat:vt poſſes auctoreʒ dicere tanti
Ponderis eſſe iouē.nec iam tolerare labores
Ulteriꝰ poterā.quin nūc quoqꝫ frigidus artus
Dū loquor:horror hʒ:pſqꝫ ē meminiſſe doloris
Septē ego per noctes totidē cruciata diebus
Feſſa malis:tēdenſqꝫ ad celū brachia:magno
Lucinam ad nexos partus clamore vocabā.
Illa quidem venit. ſed precorrupta meumqꝫ
Que donare caput iunoni vellet inique.
Utqꝫ meos audit gemitus:ſubſedit in illa
Ante fores ara:dextroqꝫ eſt poplite leuum
Preſſa genu:digitiſqʒ inter ſe pectine iunctis
Suſtinuit partus:tacita quoqʒ carmina voce
Dixit:⁊ inceptos tenuerunt carmina partus.
Nitor:et ingrato facio conuicia demens
Uana ioui:cupioqʒ mori:moturaqʒ duros
Uerba q̄ror ſilices.matres cadmeides adſūt.
Uotaqʒ ſuſcipiunt:exhortanturqʒ dolentem.
Una miniſtrarum media de plebe galanthis
Flaua comas aderat·faciendis ſtrenua iuſſis.

vetuere vero etiā ſacris votiſue ſimili modo intereſſe. Pectine.pectinatim ac cancellatim iunctis digitis. Suſtinuit.remorata eſt.retardauit.Tenuerūt.retinuerūt. Carmia.incātationes. Nitor.enitor:vt pariā: ꝓpe ſūt niti parięes dicūtur.Uana cōuicia.nihil profutura.Uerba q̄ror.figurate dictū eſt.verbis ei queri ꝯq̄ri qꝫ ē in vſu. Cadmeides.thebane. Diuā.ilithyiā. Gratare.gratulare. Leuata eſt.ſoluta eſt ꝑtu et liberata.

Potiturqꝫ puerpera voto. adepta ē id qḋ cupiebat. peperit nāqꝫ vt optabat. puerpera aūt dicit que nuper peperit. Pauefacta. ſtupefacta. Diua potens vteri. periphraſis eſt ilithyie. Vinclis remiſſis. digitis qui pectinatim iuncti mihi vt vincula erant impedimento reſolutis. Arcuit. vetuit e terra ſurgere galantida: cum vellet. Strenuitas. agilitas. Vt et ante. quemadmodum etiam ante cū puella eſſet. Frequentat. celebrat. nam muſtelle fere in domibus verſantur. Admonitu. recordatione. Quam ſic nurus. Jole hylli herculis filij vxor. Rapta. erepta. ablata. Facies. figura. Quid. dices facie ſue ſubaudiatur. Mira fata. miranda infortunia. Quāqꝫ lachrymeqꝫ. cum hec narraret Jole more mulierum lachrymas emittebat. eleganter autem poeta ſeruat decorum mulieris īfortunio ſororis magno dolore affecte. Me pater ex alia genuit. hac parentheſi exponit Jole: cur dryope vnica matri filia fuerit. Notiſſima forma oechalidum dryope. euryti filia que pulchritudine apollinem in ſuos amplexus pellexit cum ex andremone viro filiam iam peperiſſet: ad lacum quendā vt coronas nymphis dicaret peruenit: vbi cum ex loto arbore florētes ramos: quos puero daret decerpiſſet: ecce guttas ſanguinis ex arbore ſtillātes aſpexit: quare territa cum refugere vellet in arborem ſenſit ſe transfigurari. Oechalidum. oechalie virginum. eſt autem patronymica forma pro patria vſus poeta. Dei tenentis delon. periphraſis eſt apollinis: q̇ et delphos et delon in poteſtate ſua habet. Summum. ſumminitatem marginis. Myrteta. myrtus eſt arbor veneri dicata. vnde myrtetū locus mirtis conſitus dicitur. Huc. pro illuc. aduerbiū enim preſentis loci pro aduerbio abſentis eſt poſitum. Tyrios. purpureos. Jn ſpem baccharum. nam bacce ex floribus naſcuntur. ſunt autem bacce arborum fructus minutiores: qui ſparſim oriuntur vt lauri oliue. a quorū ſimilitudine vniones quoqꝫ bacce dicuntur. vnde baccatū dicimus baccis et margaritis ornatum. Virgi. colloqꝫ monile baccatū. Aquatica lotos. iuxta aquas naſcēs. fuit autem lotos nympha: quam cum īſequeretur priapus: vt eā compzimeret miſeratione deorum in arborem ſui nominis conuerſa eſt: que vt ſcribit herodotus: baccas fert dactilis ſuauiores: ex quibus viuunt: vinumqꝫ etiam conficiunt populi libie: qui inde lothophagi vocantur.

Dryope i arborem.

Lotos in arborem.

Officiis dilecta ſuis. ea ſenſit iniqua
Neſcio quid iunone geri: dumqꝫ exit et intrat
Sepe fores: diuam reſidentem vidit in ara.
Brachiaqꝫ in genibus digitis cōnixa tenentē.
Et quecunqꝫ es ait: domine gratare. leuata eſt
Argolis alcmene: potiturqꝫ puerpera voto.
Exiliit: iunctaſqꝫ manus pauefacta remiſit
Diua potēs vteri. vinclis leuior ipſa remiſſis.
Numine decepto riſiſſe galanthida fama eſt.
Ridentem prenſamqꝫ ipſis dea ſeua capillis.
Traxit: et e terra corpus releuare volentem
Arcuit: inqꝫ pedes mutauit brachia primos.
Strenuitas antiqua manet. nec terga colorē
Amiſere ſuum. forma eſt diuerſa priori.
Que quia mendaci parientem iuuerat ore:
Ore parit: noſtraſqꝫ domos vt et añ frequētat.
Dixit: et admonitu veteris commota miniſtre
Jngemuit: quā ſic nurus eſt affata loquentē.
Te tamen o genitrix aliena a ſanguine veſtro
Rapta mouet facies. quid: ſi tibi mira ſororis
Fata mee referam: q̄qꝫ lachrymeqꝫ dolorqꝫ
Jmpediūt: ꝓhibentqꝫ loqui. fuit vnica matri.
(Me pater ex alia genuit) notiſſima forma
Oechalidum dryope: quā virginitate carentē.
Vimqꝫ dei paſſam delphos delonqꝫ tenentis
Excipit andremon: et habetur coniuge felix.
Eſt lacus accliuis deuexo margine formam
Littoris efficiēs. ſummūqꝫ myrteta coronāt.
Venerat huc dryope fatorum neſcia: quoqꝫ
Jndiguere magis: nymphis latura coronas.
Jnqꝫ ſinu puerum: qui nondū īpleuerat annū:
Dulce ferebat onꝰ: tepidiqꝫ ope lactis alebat.
Haud procul a ſtagno tyrios imitata colores
Jn ſpem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpſerat hic dryope: quos oblectamina nato
Porrigeret flores: et idem factura videbar.
(Nanqꝫ aderam) vidi guttas e flore cruentas
Decidere: et tremulo ramos horrore moueri.

Tardi agreſtes. ſeri vt q̄ id ante amiſſam ſororē nō admonuerunt. aliās tardi tardo ingenio preditι dicunt. Nunc deniqꝫ. nunc tandem poſt factam ſororis iacturā. Obſcena priapi. inguina priapi. priapus aũt bacchi et veneris filius fuit: qui ob eximiā fecunditatez hortorū deus fuit exiſtimatus. frequēter aũt pro pudēdis virorū ponitur priapus. nam vt in quinto ſcribit diodorus cum priſci inguina virorum occultius nominare vellent: priapum dicebant. Jret. ire vellet. neqꝫ enim ire poterat. Oratis. placatis nymhpis. Pugnat. nititur conatur. Niſi ſumma. niſi partes ſuperiores. pedes enim iam in radices fuerant conuerſi. Lentus cortex. flexibilis. Addiderat nomē. parentheſis eſt. indiderat aũt rectius legeretur. hoc eſt impoſuerat. nam indi nomina proprie dicũtur. Rigeſcere. rigida ac dura fieri. Ducentem. trahentem. ſugētem vbera. Lacteus humor. periphraſis lactis. Fati. mortis. hec aũt lachrymans iole cōmemorabat. Morabar retinebam. Genitorqꝫ. eurytus. Tepido ligno. adhuc tepido: vt ī quod paulo ante dryope fuerat transmutata. Affuſiqꝫ. proſtrati. Sue arboris. in quaz et filia et vxor ſua fuerat conuerſa. Cara ſoror. apoſtrophe qua iole ſignificat ſe caſu ſororis vehementer dolere. Jrrorant. roris modo ſtillãt in folia. Dū licet. donec poteſt. Queſtus. querelas Hoc nefas. hoc ſupplicium. pro eo q̄d ſequitur id quod antecedit poſitum ē nefas nãqꝫ et ſcelus precedit: ſequitur ſupplicium. Sine crimine. ſine culpa. Jnnocue. innocentes. Demite. eripite detrahite. Hoc in ſtipite. in hoc trunco. Et frutices omnes. arbuſculas omnes. eſt enim frutex medius inter arbores et herbas. nã neqꝫ ad arboris magnitudinez ꝑuenit: neqꝫ per hyemem vt herba areſcit. Dearū. nympharum Jncumbere. inclinare. Mollis liber. cortex. vñ et libri ſunt dicti. q̄ in libris hoc eſt arboruz corticibus antiqui ſcribebant. Sine munere veſtro. officio nam morientum oculi a proximis cōſanguineis claudebantur.

Scilicet vt referũt tardi nũc deniqꝫ agreſtes:
Lotos in hãc nymphe fugiēs obſcena priapi
Contulerat verſos ſeruato nomine vultus.
Neſcierat ſoror hoc: que cum perterrita retro
Jret: et oratis vellet diſcedere nymphis:
Heſerunt radice pedes. conuellere pugnat.
Nec quicqꝫ niſi ſũma mouet. ſuccreſcit ab imo
Totaqꝫ paulatim lētus premit iguina cortex.
Ut vidit: conata manu laniare capillos:
Frōde manū ipleuit. frōdes caput oē tegebãt
At puer amphiſus (nãqꝫ hoc auus eurytus illi
Addiderat nomen) materna rigeſcere ſenſit
Ubera. nec ſequitur ducentē lacteus humor.
Spectatrix aderam fati crudelis: opemqꝫ
Nō peterã tibi ferre ſoror: quãtũqꝫ valebam
Creſcentē trũcũ: ramoſqꝫ amplexa morabar.
Et fateor volui ſub eodem cortice condi.
Ecce vir ãdremō genitorqꝫ miſerrim⁹ adſũt:
Et querũt dryopen: dryopen querētibus illis
Oſtendi loton. tepido dant oſcula ligno.
Affuſiqꝫ ſue radicibus arboris herent.
Nil niſi iam faciē: qđ nō foret arbor: habebat
Cara ſoror. lachryme miſero de corpe factis
Jrrorant folus: et dum licet: oraqꝫ preſtant
Uocis iter: tales effundit in aera queſtus.
Si qua fides miſeris: hoc me per numīa iuro
Non meruiſſe nefas. patior ſine crimine penã.
Uiximus innocue. ſi mentior: arida perdam:
Quas habeo frondes: et ceſa ſecuribus vrar.
Hunc tamen infantē maternis demite ramis:
Et date nutrici: noſtraqꝫ ſub arbore ſepe
Lac facitote bibat: noſtraqꝫ ſub arbore ludat:
Cumqꝫ loqui poterit: matrez facitote ſalutet.
Et triſtis dicat. latet hoc in ſtipite mater.
Stagna tñ timeat. nec carpat ab arbore floreſ
Et frutices omnes corpus putet eſſe dearum.
Care vale coniunx: ⁊ tu germana paterqꝫ:
Qui ſi qua eſt pietas: ab acute vulnere falcis:
A pecoris morſu frondes defendite noſtras.
Et quoniam mihi fas ad vos incũbere nō eſt:
Erigite huc artus: et ad oſcula noſtra venite
Dum tangi poſſum: paruumqꝫ attollite natũ.
Plura loqui nequeo. nã iam ꝑ cãdida mollis

Simul eſſe. mmulier ſubaudiat. nā arbor eſſe non deſierat. Eurytidos. ioles euryti filie. Nā limīe cōſtitit al to. Iolaus: vt ſcribit Solinus: iphicli herculis fratris fuit filius: q̄ cū ad decrepitam perueniſſet etatē hercu lis precibus ab hebe iuuenili etati fuit reſtitutus. Dubia lanugine. q̄ vix videbat ob tenuitatē. Eſt eī lanugo barba q̄ pma ab adoleſcentib⁹ emitti cōſueuit. Iunonia hebe. iunonis filia q̄ herculi in celū trāſlato nupſit. nā ferunt iouem iunoni pſuaſiſſe: vt herculem ſe fingeret genuiſſe: matriſq̄ erga eū deinceps beniuolentiaȝ oſtenderet. Cū igit iuno lectū aſcendiſſet: ſumptū iuxta corpus herculē p veſtes inferius in terrā demiſit ve rum partū imitata: ſicut etiā nūc in fi liorum adoptione obſeruant barbari. Iunonis igit opera poſt hunc partum hebe herculi nupſit. Viri. mariti hercu lis. nā hercules in numerū deorū rela tus: vel iunone cōſentiente heben du xit vxorem. Talia bona. vt queq̄ iuue nili etati reſtituat. Themis. dea eſt iu ſticie themis & diuinandi & religionis: q̄ nihil ſceleris impunitū eē permittit. Nam iaȝ diſcordia thebe bella mouēt Amphiaraus oiclei fili⁹ vates clariſſi mus cū ſe a bello thebano non reuer ſurū preuidiſſet: a polynice nullis pre cibus adduci poterat: vt illi intereſſet: quare polynices aureū illud monile a venere hermione dono datum: eripyle amphiarai vxori: quo belli ſocietatē vi ro perſuaderet largitus eſt. Cū vero eo tempore amphiaraus adraſtuſq̄ de re gno diſſentirent: ad eripyles amphia rai vxoris adraſtiq̄ ſororis iuditiū oīm diſſentionuȝ detulerunt. Illa vero pro amphiarao quidē ſententiā tulit: ſed vt belli thebis īferēdi ſoci⁹ adiutorq̄ eſſȝ. Ceterū āphiara⁹ exiſtimās ſe ab vxore proditū alcmeōi filio mādauit: vt poſt ſuum obitū eripylen necaret. Cum ve ro amphiaraus: quo die primū thebas peruenit: vna cū curru & equis terre hi atu fuiſſet abſorpt⁹: almeon patris mā dati memor matrē interfecit: quo q̄dē facinore in inſaniā verſus ac furijs agitatus ad phegeū alpheſibee prēz cupiēs purgari ꝯfugit. Alpheſibee vero cū monile maternū dono dediſſet eā vxoreȝ duxit. ad acheloū deide pfectus eius filiā callirhoen ada mauit: a qua cū monile illud efflagitaret: ad alpheſibeam redijt ipſum monile repetiturus. Ceterū a theme no & axione alpheſibee fratrib⁹ fuit īterfectus: q̄s poſtea alpheſibea ipſa: vt maritum vlciſceret interemit: id q̄d aperte ſcribit Propertius: cū inq̄t. Alpheſibea ſuos vlta eſt p cōiuge fratres. Sanguīs & cari vincula ru pit amor. Callirhoe aūt alcmeonis vxor iouez rogauit: vt filios adhuc ipuberes iuuenes efficeret: q̄ de prē vltione ſuſcipe poſſent: q̄d cū iupiter cōceſſiſſet: repēte e pueris viri effecti fuerūt. Diſcordia bella. epithetō belli eſt pprīū. bellū aūt thebanū ab eteocle et polynice fratrib⁹ ſuſceptū: vel carmīe Papinij notiſſimū eſt Nā vt ſcribit Diod. Eteocles ac polynices oedipi filij: cū ad virilē pueniſſent etatē: cognouiſſentq̄ laiū pa rē iocaſte mr̄is maritū ab oedipo filio ab apollinis oraculū reuertentē interfectū: ac iocaſtā mr̄eȝ ab oedipo filio vxorē ductā: ſeq̄ ex tā funeſtis ortos nuptijs: vt eius eſſent filij: cui⁹ frēs q̄ȝ merito vocarent: oedipum quidē ipm domo egredi pter dedecus nō pmiſerūt. regnū vero inter ſe eo federe diuiſerūt: vt alternis an nis imparent. Primuſq̄ iperij annus eteocli natu maiori cederet. Ceterū exacto anno cū regnuȝ repoſcēti fratri nō traderet: polynices ad adraſtū regē cōfugit: cui⁹ filiā noīe argiā cū vxorē accepiſſet: tādē a ſocero: vn diq̄ cōtractis auxilijs īſtruct⁹ ad oppugnādas thebas cū ſex alijs ducib⁹ Adraſto: tydeo: amphiarao: capa neo: hippomedōte: & pthenopeo pfect⁹ eſt. Capaneuſq̄ niſi ab ioue vinci. Capane⁹ vn⁹ fuit ex ſeptē ducib⁹ q̄ thebas obſederūt: q̄ cū deorꝫ ꝯtēptor eēt: ſcaliſq̄ thebas oppugnare pmus oīm cepiſſet: tāta mole lapidū a thebanis obrut⁹ eſt: vt ſcri. Vegeti⁹: vt fulmib⁹ a ioue fingat extinct⁹. Fiētq̄ pares ī vulnere frēs. Eteo cles & polynices oedipi filij: pter q̄s illud bellū thebanū fuerat ſuſceptū: mutuis vulnerib⁹ ꝯciderūt. Sub ducta tellure. ſubtracta terra. nā hiatu terre abſorpt⁹ eſt āphiaraus. Vltus erit. vlciſcet. naȝ āphiaraus ſe ab

Colla liber ſerpit: ſūmoq̄ cacumine condor.
Ex oculis remouete manus. ſine munere vr̄o
Contegit inductus morientia lumina cortex.
Deſierat ſimul ore loqui. ſimul eſſe: diuq̄
Corpore mutato rami caluere recentes.
Dūq̄ refert iole factum mirabile: dumq̄
Eurytidos lachrymas admoto pollice ſiccat
Alcmene: flet et ipſa tamen: compeſcuit oēm
Res noua triſticiam. nam limine conſtitit alto
Pene puer: dubiaq̄ tegens lanugine malas
Ora reformatus primos iolaus in annos.
Hoc illi dederat iunonia muneris hebe
Victa viri precibus: que cū iurare pararet:
Bona tributurā poſt hunc ſe talia nulli:
Non eſt paſſa themis. nā iam diſcordia thebe
Bella mouēt dixit: capane⁹q̄ niſi ab ioue vici
Haud poterit: fientq̄ pares ī vulnere fratres.
Subductaq̄ ſuos manes tellure videbit
Viuus adhuc vates: vultuſq̄ parēte parentez
Natus erit facto pius et ſceleratus eodem:
Attonituſq̄ malis exul mentiſq̄ domuſq̄

Iolaus ſe nex in iu uenem

Callirhoes pueri in iuuenes

Vultib⁹ eumenidū matriſqꝫ agitabit vmbris:
Donec eum coniunx fatale popoſcerit aurū:
Cognatūqꝫ latus phegeius hauſerit enſis.
Tū demū magno petet hoc acheloia ſupplex
Ab ioue callirhoe: natis infantibus annos
Addat: ne ve necem ſinat eſſe vltoris inultam
Iupiter his motus priuigne dona nuruſqꝫ
Precipiet. facietqꝫ viros impubibus annis.
Hec vbi faticano venturi preſcia dixit
Ore themis: vano ſuperi ſermone fremebant.
Et cur non aliis eadem dare dona liceret:
Murmur erat. queritur veteres pallātias ānos
Cōiugis eſſe ſui. queritur caneſcere mitem
Iaſiona ceres. repetitum mulciber euum
Poſcit erichthonio. venerē quoqꝫ cura futuri
Tangit: ⁊ anchiſe renouare paciſcitur annos.
Cui ſtudeat deus omis habet: creſcitqꝫ fauore
Turbida ſeditio: donec ſua iupiter ora
Soluit: ⁊ o noſtri ſi qua eſt reuerentia dixit:
Quo ruitis: tm̄ ne aliquis ſibi poſſe videtur:
Fata quoqꝫ vt ſuperet: fatis iolaus in annos
Quos egit: rediit. fatis iuueneſcere debent
Callithoe geniti: non ambitione nec armis.
Vos etiam quoqꝫ hoc animo meliore feratis:
Me quoqꝫ fata regunt: que ſi mutare valerē:
Nec noſtrū ſeri curuarent eacon anni:
Perpetuūqꝫ eui florē rhadamāthus haberet
Cū minoe meo: qui propter amara ſenecte
Pōdera deſpicit: nec quo pri⁹ ordine regnat.
Dicta iouis mouere deos: nec ſuſtinet vllus:
Cū videat feſſos rhadamāthon et eacon ānis
Et minoa: queri: qui dum fuit integer eui
Terruerat magnas ipſo quoqꝫ noīe gētes.

vxore ꝓditū cognoſcēs alcmeoni filio mādauit: vt poſt obitū ſuū eripylē ꝑimeret: qđ q̄dē cū executus eſſet facti cōſcientia ī inſaniā cōuerſus eſt. Natus. fili⁹ amphiarai alcmeon q̄ patrē vlciſcēdo pius. occidendo vero matrē ipius fuiſſe iudicatur. Exul mentis. demens atqꝫ furioſus. Domuſqꝫ. nā domo fugiēs in acarnaniā ꝑuenit: vt parricidium expiaret. Donec eū cōiunx. callirhoe acheloi filia. Fatale aurū. monile ꝑnicioſum: qđ q̄ habebat infortunijs vexabatur. id aūt alcmeō ablatū mr̄i iam alpheſibee tradiderat. Phegeius enſis. phegei filiorū: a quib⁹ alcmeon fuit interēptus. Hauſerit. aꝑuerit. vulnerauerit. Tū demū. tandē poſt īterfectū maritū. Acheloia ſupplex. callirhoe acheloi filia alcmeonis vxor. Vltoris alchmeonis: q̄ p̄rēm fuerat vltus. Dona ꝑuigne nuruſqꝫ. hebes q̄ et ꝑuigna et nurus ioui erat. nā iunonis filia fuit ſine patre et herculis iouis filij vxor. Precipiet. ante capiet. Impubib⁹ annis. puerilibus. Hec vbi faticano. byblidos in fontē ſui nois metamorphoſin deſcriptur⁹ poeta: nōnulla ꝑmittit: quib⁹ eā cōmodius cum ſuꝑiore cōnectat. Faticano. fata canenti. Eadē dona. vt iuuenes fierent. Pallantias. aurora pallātis gigantis filia. Sui cōiugis. Tithoni q̄ ſenio tandē in cicadam fuit cōuerſus. Iaſona flaua ceres. Sic q̄dem fere hactenus corrupte lectū eſt q̄ perq̄ mirandū eſt cū iaſona ⁊ quadriſyllabū ſit ⁊ p̄mā corripiat ſyllabā qđ ſane aut īperiti quidā aīaduertētes Aeſona putarūt eſſe legendū: quo quidē modo nulla vīe rōni carmīs affertur: ſed cū nemo priſcoꝝ ſcribat aeſonem a cerere fuiſſe amatū: cenſuerim iaſiona q̄ accuſatiu⁹ in quiqꝫ ſyllabes excurrit ita eſſe legendū: vt illud epitheton flaua penitus eradatur. Huic autē lectioni nō vetuſtiſſima ſolū exēplaria: ſed hyſtorie q̄ʒ aſtipulantur. Tradūt enī iaſiuʒ: q̄ ⁊ iaſiō dr̄. iouis ex electra filiū adeo a cerere fuiſſe amatū: vt in ei⁹ grām ad nuptias hermiones ipſius iaſij ſororis maximā frumenti ac panis copiā attulerit: ac ex eo plutū pepererit: q̄ cultum vite inſtituere: pecuniaſqꝫ coaceruare: ac in vſus cuſtodire oīm ꝑmus docuit cū antea ꝑua cōgregande ſeruandeqꝫ pecunie fuiſſet cura. heci. vi. bibliothece libro: ne quis me finxiſſe putet: a Dio. ſcribuntur. Poſcit erichthonio. erichthoni⁹: vt diximus: ex vulcani ſemīe in terraʒ a pallade īpm ſpernente pedib⁹ deiecto nat⁹ eſt. Et anchiſe annos. anchiſen a venere amatuʒ eneāqꝫ ex ea ſuſceptū carmīe Virgi. noti⁹ eſt q̄ʒ vt hoc loco ſit exponendū. Cui ſtudeat. faueat. Quo ruitis. qđ ſine vlla rōne affectatis. oīa aūt fatis gubernari iupiter cōcludit. Vos etiā. ordo eſt. fata regunt etiā vos ⁊ me quoqꝫ vt hoc aīo meliore feratis. Nec noſtrū curuarent eacon. hoc eſt incuruū ſenectute redderent. Tres aūt filios ſuos iuſticia inſignes: eacon: rhadamanthū: et minoē dijs cōmemorat iupiter: q̄ omnes iam conſenuerant: neqꝫ per fata iuueneſcere poterant. Nec ſuſtinet vllus queri. nec vllus audet conqueri. Terruerat magnas gentes. nam minois imperium late patebat. Tunc erat inualidus. cum ea iupiter dixit. Deionideqꝫ

Deos fati obnoxios eſſe

iuuēte robore miletū. Miletus ſolis fuit filius: ac paſiphaes minois vxoris frater: q̄ cū minoē iam ſenio cōfectū regno priuare pararet. a ioue deterritus in aſiā ſponte aufugit: vbi et vrbē cōdidit quā de noīe ſuo miletū appellauit. ⁊ cyanen nymphā meandri fluuij filiā cōpreſſit: ex qua caunū ⁊ byblida liberos ſuſcepit. ſed byblis cū adoleuiſſet ita fratris amore ardere cepit: vt epiſtola ꝗꝫ eū in amplexus ſuos pellicere auſa ſit. Ceterū caunus nefandā ſororis libidinē deteſtatus ex patria aufugit. Byblis vero eū inſecuta: cū iam et cariā ⁊ lyciam ⁊ lelegas pagraſſet: labore ac lachrymis confecta: nympharū miſeratione: in fontē ſui noīs fuit cōmutata.

Tunc erat inualidus: deionideꝫ iuuente
Robore miletum phebocꝫ parente ſuperbum
Pertimuit: credenſcꝫ ſuis inſurgere regnis:
Haud tn̄ eſt patriis arcere penatibus auſus.
Sponte fugis milete tua: celericꝫ carina
Egeas metiris aquas: et in aſide terra
Menia conſtituis poſitoris habentia nomen.
Hic tibi: dū ſequitur patrie curuamina ripe:
Filia meandri totiens redeuntis eodem
Cognita cyanee preſtanti corpore nympha
Byblida cū cauno prolem eſt enixa gemellā.
Byblis in exēplo eſt: vt ament cōceſſa puelle.
Byblis apollinei correpta cupidine fratris:
Non ſoror vt fratrez: nec qua debebat amauit.
Illa quidē primo nullos intelligit ignes.
Nec peccare putat: ꝙ ſepius oſcula iungat.
Quod ſua fraterno circundet brachia collo.
Mendacicꝫ diu pietatis fallitur vmbra.
Paulatim declinat amor. viſuraꝫ fratrem
Culta venit: nimiūcꝫ cupit formoſa videri.
Et ſi qua eſt illic formoſior: inuidet illi.
Sed nondū manifeſta ſibi eſt: nullūcꝫ ſub illo
Igne facit votū. veruntamen extuat intus.
Iam dn̄m appellat. iam noīa ſanguinis odit.
Byblida iam mauult: ꝙ ſe vocet ille ſororem.
Spes tn̄ obſcenas animo demittere non eſt
Auſa ſuo vigilans. placida reſoluta quiete
Sepe videt qd̄ amat: viſa eſt quocꝫ iūgere frī
Corpus: ⁊ erubuit: quāuis ſopita iacebat.
Somnus abit. ſilet illa diu: repetitcꝫ quietis
Ipſa ſue ſpeciem: dubiacꝫ ita mēte profatur.
Me miſerā: tacite q̄d vult ſibi noctis imago:
Quā nolim rata ſit. cur hec ego ſomnia vidi:
Ille quidez eſt oculis ꝗuis formoſus iniquis:
Et placet: et poſſim: ſi non ſit frater: amare
Et me dignus erat. verum nocet eſſe ſororez.
Dūmodo tale nihil vigilans cōmittere tēptē:
Sepe licet ſimili redeat ſub imagine ſomn⁹.

Deionidē. deionei filiū: vt vulgus putabat: nā apollinis fuiſſe filium poeta teſtatur. Arcere patrijs penatibus. ex creta ac iperio ſuo expellere. Egeas metirī aq̄s. egeū mare tranſis. In aſide terra. in aſia terra. patronymicū ei pro poſſeſſiuo poſitū eſt. Menia cōſtituis. Qui. quidē ſenſit miletū vrbem a mileto ſolis filio et cōditā ⁊ appellatā. Stra. aūt ex Ephori ſnīa ſcri. duas eſſe miletos: veterē ⁊ nouā: ac veterē quidē a cretenſib⁹ Sarpedone duce edificatā: miletūcꝫ cognomīataꝫ: a mileto: q̄ eſt in creta: cuꝫ prius leleges cū locū tenerent. nouam vero poſtea a neleo conditā fuiſſe iuxta mare: quattuorcꝫ eā portus habere. Filia meandri. meāder fluui⁹ eſt phrygie adeo flexuoſus: vt in ſeipſum redire videatur. Cognita cyanee. due nymphe h̄ noīe a poetis donant̄. altera ſicula proſerpine ſocia. altera meādri filia. Eſt enixa. peperit. Byblida cū cauno. Byblis ēt byble a quibuſdam vocat̄. Vn̄ byblus phenicie vrbs oīm antiq̄ſſima que a ſaturno edificata phibet̄. Apollinei fratris. formoſi atcꝫ apollini ſil̄is: ſiue ab apolline originē ducentis. Nec qua debebat. quatenus. Mendaci vmbra. fallaci ſpecie. Paulatim declinat amor. īclinat in nefandā libidinē. Sed nondū eſt manifeſta ſibi. Nondū inq̄t ſe amore captā eſſe ītelligit. Iam dn̄m appellat. vt ei amice vocant̄ dn̄e. ſic amatores dn̄i appellant̄. Iam noia ſanguinis odit. fratrem ⁊ ſororē. Demittere. immittere. cōcipere. Spes obſcenas. coeūdi cū fratre. Placida reſoluta q̄ete. dormiens. placida ei quies ſōnus eſt. Viſa eſt ꝗꝫ iūgere fratri corpus. hoc eſt byblis dormiens ſibi eſt viſa coire cū fratre: id qd̄ amantib⁹ fere vſu venire ſolet. Silet illa diu. ſtupebat ei noua illa voluptate quā ſenſerat. Repetit. i mētem reuocat. Speciē ſue q̄tis. imaginem ſui ſomni. Me miſerā. eleganter virginis amore capte cogitatiōes: variosꝫ affectus effingit poeta. Tacite noctis. in qua oīa tacent aīalia. Quāuis iniquis. quantū vis inimicis: magna eſt aūt pulchritudo: que ab īimicis quocꝫ approbetur.

Miletus mileti conditor

Byblis in fontem

Imitata. ſimulata. imaginata. Proh venus. hac exclamatione byblis ſe maximā in illo inſomnio ſenſiſſe voluptatem aperte oſtendit. Tenera. delicata. Ut. q̄ꝫ. Preceps. breuis a velociter fugiens. Mutato noīe. ſororis ſubaudiatur. Hei mihi. cruciatꝰ byblis: ꝙ caunus ſibi tantum frater non etiam maritus ſit futurus. Mea viſa. mea īſomnia. Dij melius. habent faciūtqꝫ q̄ꝫ homines: qui ſorores proprias vxores ducunt. Sic ſaturnus opim. Opis filia fuit celi: que ſaturno fratri nupta multos filios procreauit. Iunctā ſibi ſanguine. cōſanguineā et ſororem. Oceanus tethyn. tethys celi ꝛ veſte filia oceano fratri nupſit: eiqꝫ maximam nympharū multitudinez peperit. Sunt ſuperis ſua iura. alia inquit iura dij. alia hoīes habent. Ad celeſtia. ad celeſtiuz exemplū. Ritus humanos. hoīm mores. Diuerſaqꝫ federa. ad exemplū diuerſorum federum et legum. alia nāqꝫ ſunt federa hoīm. alia deorum. Vetitꝰ ardor. prohibitus ac nefandus amor. Arbitriū. voluntatem. preſentiam. At non eolide. macareus eoli filius cū canace ſorore concubuit: ex eaqꝫ filiū ſuſcepit: qui cū a nutrice domo efferretur ſeipſum vagitu prodidit. Quare indignatus eolus gladium filie miſit quo pro meritis vteretꝰ. macareus vero aufugit. Ad eleuādum aūt ſcelus byblis plurali numero vtitur: cum macareus ſolus ex eolidis cū ſorore coiuerit. Vñ ſed hos noui. anaſtrophe eſt. ſed enim coniunctio primū in oratione locuz obtinet. ſeipſam autem reꝑhendit byblis ꝙ nefandi amoris exempla ſibi venerint in mentez. Obſcene flāme. turpes amores. Qua fas eſt. quatenus lꝫ atqꝫ honeſtum eſt. Indulgere. obſequi. Ergo ego. affectum oſtendit hoc loco ergo. Non reiectura. nō repulſura. diſtrahitur autem byblis in varias cogitationes. Hinc ab amore: illic a pudore. Coget amor. potero. ſi coniunctio ſubaudienda eſt. Si coget amor. ſic Iuuenalis. Greculus eſuriens in celum iuſſeris ibit. Viderit. caunus viderit q̄d ſit acturus. ceterū nos ei noſtros amores aperiamus. Hei mihi quo labor. ſic et amore et pudore vexatur byblis: vt q̄d agat eligere neſciat. Ignem. ardorē. furorem. Meditata. excogitata. Dextra tenet ferrum: ſtilum ferreum: quo ī tabulis etiam num ſcribitꝰ. geſtū aūt ſcri

Teſtis abeſt ſōno. nec abeſt imitata voluptas.
Proh venꝰ ꝛ tenera volucer cū matre cupido
Gaudia quanta tuli: q̄ꝫ me manifeſta libido
Contigit: vt iacui totis reſoluta medullis:
Ut meminiſſe iuuat: q̄ꝫuis breuis illa voluptas
Moxqꝫ fuit preceps: et ceptis inuida noſtris.
O ego ſi liceat mutato nomine iungi:
Quā bene caune tuo poterā nurus eſſe parenti:
Q̄ bene caune meo poteras gener eſſe parenti:
Omnia dii facerent: eſſent communia nobis
Preter auos. tu me vellem generoſior eſſes.
Neſcio quā facies igitur pulcherrime matrē:
Hei mihi: q̄ male ſum: quos tu ſortita parentes.
Nil niſi frater eris. q̄d obeſt: id habebimꝰ vnū.
Quid mihi ſignificāt ergo mea viſa: q̄d autez
Sōnia pōdus habēt: an habēt ꝛ ſōnia pōdus:
Dii melius. dii nempe ſuas habuere ſorores.
Sic ſaturnus opim iūctā ſibi ſanguine duxit.
Oceanus tethyn. iunonem rector olympi.
Sunt ſuperis ſua iura. quid ad celeſtia ritus
Exigere humanos diuerſaqꝫ federa tempto:
Aut noſtro vetitus de corde fugabitur ardor:
Aut hoc ſi nequeo: peream precor ipſa: toroqꝫ
Mortua cōponar: poſiteqꝫ det oſcula frater.
Et tñ arbitrium querit res iſta duorum.
Finge placere mihi. ſcelus eſſe videbitur illi.
At non eolide thalamos timuere ſororuz.
Unde ſed hos noui: cur hec exempla paraui:
Quo feror: obſcene ꝓcul hic diſcedite flāme.
Nec niſi qua fas eſt: germane frater ametur.
Si tamen ipſe mei captus prior eſſet amore:
Forſitan illius poſſem indulgere furori.
Ergo ego q̄ fueram non reiectura petentem:
Ipſa petam: poteris ne loq̄: poteris ne fateri:
Coget amor. potero. vel ſi pudor ora tenebit:
Littera celatos archana fatebitur ignes.
Hoc placet. hec dubiā vicit ſententia mentez.
In latus erigitur: cubitoqꝫ innixa ſiniſtro
Viderit. inſanos inquit fateamur amores.
Hei mihi quo labor. quē mēs mea ꝯcipit ignē.
Et meditata manu cōponit verba trementi.
Dextra tenet ferrum. vacuā tenet altera cerā.
Incipit: ꝛ dubitat. ſcribit: dānatqꝫ tabellas.

Et notat: ⁊ delet. mutat: culpatqꝫ probatqꝫ.
Inqꝫ vicem ſumptas ponit: poſitaſqꝫ reſumit.
Quid velit ignorat. quicquid factura videtur:
Diſplicet. in vultu eſt audacia mixta pudori.
Scripta ſoror fuerat. viſum eſt delere ſororē.
Verbaqꝫ correptis incidere talia ceris.
Quā niſi tu dederis non eſt habitura ſalutem:
Hanc tibi mittit amās. pudet ha pudet edere
Et ſi q̄d cupiā: q̄ris: ſine noīe vellē: (nomen
Poſſet agi mea cā meo. nec cognita byblis
Ante forem: q̄ꝫ ſpes votorū certa fuiſſet.
Eſſe quidē leſi poterat tibi pectoris index:
Et color et macies et vultus et humida ſepe
Lumina: nec cauſa ſuſpiria mota patenti.
Et crebri amplexus: et que ſi forte notaſti:
Oſcula ſentiri non eſſe ſororia poſſent.
Ipſa tn̄: q̄ꝫuis animi graue vulnus habebam.
Quāuis intus erat furor igneus: omnia feci.
(Sunt mihi diu teſtes) vt tandem ſanior eſſem.
Pugnauiqꝫ diu violenta cupidinis arma
Effugere infelix: et plus q̄ꝫ ferre puellam
Poſſe putes: ego dura tuli. ſuperata fateri
Cogor: opēqꝫ tuam timidis expoſcere votis.
Tu ſeruare potes. tu perdere ſolus amantem.
Elige vtrū facias. non hoc inimica precatur.
Sed que cum tibi ſit iunctiſſima: iunctior eſſe
Expetit: et vinclo tecum propiore ligari.
Iura ſenes norint: et quid liceatqꝫ nefaſqꝫ
Faſqꝫ ſit inquirant: legūqꝫ examina ſeruent.
Conueniēs venus ē annis temeraria noſtris.
Quid liceat neſcimus adhuc: et cuncta licere
Credimus: ⁊ ſeq̄mur magnorꝝ exēpla deoruz.
Nec nos aut durus pater: aut reuerētia fame:
Aut timor impediet. tantū abſit cauſa timēdi.
Dulcia fraterno ſub nomine furta tegemus.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi.
Et damus amplexus: et iungimꝰ oſcula corā.
Quantū eſt qđ deſit: miſerere fatentis amorē
Et non faſſure: niſi cogeret vltimus ardor.
Ne ve merere meo ſubſcribi cauſa ſepulchro.
Talia nequicq̄ꝫ perarantem plena reliquit
Cera manū: ſumoqꝫ i margine verſus adheſit.
Protinus impreſſa ſignat ſua crimina gēma:

bentis in tabellis exp̄mit. Vacuā cerā in qua nihil erat ſcriptum. Et dubitat. puelle amore exeſtuantis exprimit leuitatē atqꝫ infirmitatē. Sūptas. tabellas. Placuit delere ſororē. nā ſoror nomen eſt ſanguinis eo q̄ fratrez ſue turpitudinis ſe admonere putauit. Incidere. inſcribere. Correptis. celeriter raptis. Quā niſi tu dederis. in hac ſcribēda epiſtola ita perſonā puelle fratrem et amantis et verentis ſuſcipit poeta: vt optime ſeruet decorū. Eſt aūt adeo facilis: vt et a virgine ſcripta eſſe: ⁊ nulla expoſitiōe indigere videatur. Amās puella amore capta. Et ſi quid cupiā queris. vellem inquit poſſe petere ſine noīe meo id qđ opto: ſi forte querꝭ q̄d cupiam. Votorū. cupiditatis. Leſi pectoris. animi amore capti. Et color. pallidus. Et vultus. meſtus. Sororia. ſorori cōuenientia. hoc ei ſororiū ſignificat nec vnq̄ꝫ ſubſtantiuū inuenit̃ ſororius pro ſororis marito: vt vulgus imperitoruz putat. Ipſa tn̄ q̄ꝫuis. ſe inuitam quidē. ſed coactā amori ſuccubuiſſe ait Pugnaui effugere. vt effugerē in ſoluta dicimus orōne. Violenta arma. vim afferentia. cū quadam excuſatione aūt violenta dicuntur: quibus viri q̄z ac dij ipſi nedū puella ſuccūberet. Dura. patiens dolorum. Timidis votis. hypallage eſt. ego nāqꝫ timida intelligitur. Vinclo ꝓpiore. nodo arctiore. ſtrictiore. Iura ſenes norint. ab etate ſuadet fratri byblis: vt nihil de legibus curet. Legū examina. equalitatem leguz ac ſeueritatē. Venus temeraria. incōſiderata. Nec nos aut durus pater. a commoditate argumentat̃ byblis. Aut reuerentia fame. periphraſis eſt pudoris Dulcia furta. ſuauia ſtupra. iucundos coitus. Secreta. ſecreto. nomen pro aduerbio eſt poſitū. Coram. palaz in oīm cōſpectu: aut coraz patre. coram eni ad certos. palā ad omnes refert̃. Quantū eſt qđ deſit: ac ſi diceret parū admodū deeſt ad explendū amorē noſtrum. naz ex quīqꝫ lineis amoris viſu. alloquio. tactu: oſculo. cōcubitu. ſolus coitus reſtabat. Cauſa. mortis ſubītelligat̃. Perarantē. perſcribentem. Nequicq̄ꝫ. fruſtra. nihil eni ꝓfuerunt preces ille: quin potius obfuerunt. In ſummo margine. in vltima marginis parte. Adheſit affixus fuit ⁊ ſcriptus. Signat. ſigillat.

Byblidos epiſtola

Omine. augurio. Juuenis meãdrius. caunus meãdri nepos. Ab ore. a facie Trepidantis. timentis. Duz licet. dum potes. Tua fata. tua cedes. Noſtrum pudorẽ. h eſt ſi tua cedes nobis dedecori non eſſet. Palles audita bybli repulſa. apoſtrophe eſt poete ad Byblida. Glaciali frigore. timore. Qđ eñi ſequit pro eo qđ precedit frequẽter per metonymiã ponitur et contra. Icto aere. ꝑcuſſo. nã ex percuſſione aeris vox fieri cenſet. Et merito. ſpernor ſubaudiẽdũ ſignificat aũt byblida diu attonitã fratris repulſa tacuiſſe ac tandẽ in querelas penitẽtie plenas erupiſſe. Indiciuz feci. indicaui. Vulneris huius. amoris qui corda hoĩm vulneribus conficere videtur. Properatis tabellis. feſtinanter ſcriptis ac miſſis. Ambiguis dictis. dubijs verbis: q̃ in diuerſas trahi ſentẽtias poſſint. Ne nõ ſequeret. vt ſequeretur. ex duabꝰ enim negationibꝰ conſtituit affirmatio. Parte aliqua veli. metaphora a nauigantibus ſumpta: q̃ anteꝗ̃ pandant vela ſolent notare: quales venti ſint flaturi. Qualis foret aura. qualis foret cauni voluntas. Toto mari. pro toto legendũ eſſe tuto facile ex ſenſu ipſo apparet: quãuis fere i exẽplaribus toto corrupte legat. Non exploratis ventis. nõ intellecta cauni voluntate. Eſt enim metaphora a nauigãtibꝰ ſumpta. In ſcopulos. in maximas anxietates. Nec habent. neſcit eni vox emiſſa reuerti: vt inquit Horati. Cera. tabella cerata. Nonne vel illa dies. Se arguit Byblis: ꝙ caſu tabelle admonita in alium diem nõ diſtulerit litteras cauno mittendas. Et tamen ipſa loqui: hinc quoqꝫ colligit byblis ſe temere ad caunum fratrez litteras dediſſe: ſatiuſqꝫ fuiſſe ſi ipſa coraz ſuos amores confeſſa fuiſſet. Cepere. continere potuerunt. Affuſaqꝫ. profuſa. proiecta ad pedes cauni: id quod fit cuz aliquid ardui volumus impetrare.

Quã tinxit lachrymis. ligue defecerat humor.
Deqꝫ ſuis vnum famulis pudibunda vocauit:
Et paulum blandita: fer has fidiſſime noſtro
Dixit: et adiecit longo poſt tempore fratri.
Cum daret: elapſe manibus cecidere tabelle.
Omine turbata eſt. miſit tamen: apta miniſter
Tempora nactus adit: traditqꝫ latẽtia verba.
Attonitus ſubita iuuenis meandrius ira:
Proiicit acceptas lecta ſibi parte tabellas.
Vixqꝫ manꝰ retinẽs trepidãtis ab ore miniſtri
Dũ licet: o vetite ſcelerate libidinis auctor
Effuge ait: qui ſi noſtrũ tua fata pudorem
Nõ traherẽt tecũ: penas mihi morte dediſſes.
Ille fugit pauidus: domineqꝫ ferocia cauni
Dicta refert. palles audita bybli repulſa.
Et pauet obſeſſum glaciali frigore corpus.
Mens tñ vt rediit. pariter rediere furores.
Linguaqꝫ vix tales icto dedit aere voces.
Et merito. quid enĩ temeraria vulneris huius
Indiciũ feci: quid: que celanda fuerunt:
Tam cito commiſi properatis verba tabellis:
Ante erat ambiguis animi ſentẽtia dictis
Pretẽptanda mihi. ne non ſequerẽtur euntẽ:
Parte aliqua veli qualis foret aura notare
Debueram: tutoqꝫ mari decurrere: que nunc
Non exploratis impleui lintea ventis.
Nunc feror in ſcopulos igit: ſubmerſaqꝫ toto
Obruor oceano. nec habẽt mea vela recurſus.
Quid: ꝙ et omnibus certis ꝓhibebar amori
Indulgere meo tunc cum mihi ferre iubenti
Excidit: et fecit ſpes noſtras cera caducas:
Nõne vel illa dies fuerat vel tota voluptas:
Sed potiꝰ mutãda dies: deus ipſe monebat.
Signaqꝫ certa dabat. ſi non male ſana fuiſſez.
Et tamen ipſa loqui: nec me cõmittere cere
Debueram: preſenſqꝫ meos aperire furores.
Vidiſſet lachrymas. vultus vidiſſet amantis:
Plura loqui poteram: ꝙ̃ que cepere tabelle.
Inuito potui circundare brachia collo.
Et ſi reiicerer: potui moritura videri:
Amplectiqꝫ pedes: affuſaqꝫ poſcere vitam.
Omnia feciſſem: quorum ſi ſingula duram
Flectere non poterant: potuiſſent oĩa mentez.

Forſitan et miſſi ſit quedam culpa miniſtri.
Non adiit apte.nec legit idonea credo
Tempora.nec petiit horāq; animūq; vacantē.
Hec nocuere mihi.neq; eni de tigride natus.
Nec rigidos ſilices ſolidumue ī pectore ferrū
Aut adamanta gerit.nec lac bibit ille leene.
Uincetur.repetendus erit.nec tedia cepti
Ulla mei capiam:dum ſpiritus iſte manebit.
Nam primum:ſi facta mihi reuocare liceret:
Nō cepiſſe fuit.cepta expugnare ſecundū eſt.
Quippe nec ille pōt:vt iā mea vota relinquā:
Non tñ auſorum ſemper memor eſſe meoruz.
Et quia deſierim:leuiter voluiſſe videbor.
Aut etiam temptaſſe illum inſidiiſq; petiſſe.
Uel certe non hoc:qui plurimus vrget et vrit
Pectora noſtra deo:ſed victa libidine credar.
Deniq; iam nequeo nil commiſiſſe nefanduz.
Et ſcripſi:et petii.temerata eſt noſtra volūtas
Ut nihil adiciam:non poſſum innoxia dici.
Qđ ſupeſt:multū eſt in vota.in crimia paruū.
Dixit:et incerte tanta eſt diſcordia mentis:
Cū pigeat temptaſſe:libet temptare:modūq;
Exit:et infelix committit ſepe repelli.
Mox vbi finis abeſt:patriaz fugit ille nefaſq;:
Inq; peregrina ponit noua menia terra.
Tum vero meſtam tota miletida mente
Defeciſſe ferunt.tum vero a pectore veſtem
Diripuit:planxitq; ſuos furibunda lacertos.
Iāq; palam eſt demens:inconceſſamq; fateť
Spez veneris:ſine qua patriā:iuiſoſq; penateſ
Deſerit:ꝛ profugi ſequitur veſtigia fratris.
Utq; tuo mote proles ſemeleia thyrſo
Iſmarie celebrant repetita triennia bacche:
Byblida non aliter latos vlulaſſe per agros
Bubaſides videre nurus:quibus illa relictis
Caras et armiferos lelegas lyciāq; pererrat.
Iā cragon ꝛ lymiren xanthiq; reliq̄rat vndas:
Quodq; chimera iugū mediis in partibꝰ ignē
Pectus et ora lee.caudaz ſerpentis habebat.
Deficiunt ſilue:cum tu laſſata ſequendo
Concidis:et dura poſitis tellure capillis
Bybli iaces:frōdeſq; tuo p̄mis ore caducas.
Sepe illam nymphe teneris lelegeides vlnis

Sit.eſſe poſſit.Non adiit apte.decenter.oportune.Nec legit.elegit. Credo vt puto.Animūq; vacantē.aliis curis vacuū.Si facta mihi reuocare liceret.hoc eſt ſi poſſem efficere:vt facta eſſēt infecta.Cepta expugnare.incepta ꝑficere.Quippe nec ille poteſt.multis rōibus colligit byblis melius eſſe vt in incepto perſiſtat q̄ ab eo deſiſtat. Relinquā.deponā.Leuiter.leui amore īpulſa.Qui plurimꝰ.maximus.grauiſſimꝰ Hoc deo.cupidine.Deniq; iā nequeo.oīno inq̄t iam nefanda cōmiſi.neq; innocens poſſum exiſtimari.Temerata.violata.Ut nihil adiiciam: q̄buis nihil iis q̄ iam cōmiſi adiungam. In vota.ad vota explēda. Incerte mētis.inſtabilis animi.Cōmittit ſepe repelli.committit vt ſepe repellať.Mox vbi finis abeſt.deīde inq̄t cū nullus finis īponeť byblidos flagitio:caunus patriā reliq̄t Inq; peregrina. nā in caria vrbē edificauit:quā de noīe ſuo caunū appellauit et eſtate et autūno peſtiferam. Diſcedit aūt ab hiſtoria poeta: quo magis veriſimilē fabulā reddat. nā cauni conditores a Strabōe ex creta veniſſe ſcribunť.Miletida.byblida mileti filiam Planxit.ꝑcuſſit.Sine qua.qua erepta Profugi.procul fugati. Utq; tuo mote.eo furore byblida agitataz fuiſſe ait poeta:quo bacche dum tertio q̄q; anno orgia celebrant. Proles ſemeleia.apoſtrophe ad bacchū. Mote.concitate. Tuo thyrſo.tuis ſacris ꝑ ſinechdochē eſt nāq; thyrſus haſta pāpinis tecta:q̄ ī ſacris bacchi iactabať.Iſmarie.thracie. Triēnia.trieterica grece dicunť.eo q̄ tertio q̄q; anno celebrarenť.Bubaſides nurus.carie.nā bubaſus vñ bubaſides declinanť:carie regio eſt.Caras.carie populos. Et armiferos lelegas. Leleges ppl'i ſunt carie bellicoſiſſimi. Iā cragon.cragus mōs eſt lycie:q̄ promōtoria octo hře ſcribř ac eiuſdē noīs vrbē.Et lymiren.lymire oppidū eſt lycie iuxta cragon. Xanthiq;. Xanthus ꝛ fluuii lycie ꝛ vrbis maxime nomē eſt. Quoq; chimera iuguz.chimera mons eſt lycie:q̄ vt etna in ſicilia fumū ac flāmarū globos emittit.id qđ poetis cāz p̄buit:vt fingerent chimerā eſſe monſtrū ꝑtem anteriorē leonis habens flāmas euomentē:mediū ac ventrē capre poſteriorē draconis.vnde ꝛ Homerus īquit.pros theloon opiſte drakon.meſſo de chimera.Sane chimera capra interpretatur.

Quid enī dare maius habebant.i.poterāt:ac ſi diceret nihil. Protinus vt ſecto. Quomō in fontē fuerit reſo luta byblis triplici ſilitudine poeta exponit. Picee de cortice.picea arbor eſt ex cuius trūco ſi incidaꝛ:reſina fluit. Ut ve tenax bitumen.bitumen genꝰ eſt picis ex terra naſcens. Spirātis lene.leniter.nomen ꝓ aduerbio. Remolleſcit.iterū mollis ac liqda fit.liqueſcit. Conſtitit.cōgelata fuit. Phebeia byblis.phebi neptis. Fama noui centū.lyctꝰ quidā de phebe thelethuſam duxit vxorē:cui grauide mādauit: vt ſi marē quidē pareret educaret:ſin feminā exponeret.ſollicite igiꝛ ac meſte ꝓpter viri mādata thelethuſe Iſis dea in ſomnis appꝛuit:eāqꝫ hortata eſt:vt quicqd pareret:educare nihil dubitaret.ſe enī auxilio cū opus eſſet:futurā quare thelethuſa cū puellā pepiſſet:marē eſſe mētita eſt marito: q̄ ei nomen aui ipoſuit iphinqꝫ appellauit atqꝫ vt maſculū educauit:ſed cū ad tertiū et decimū etatis anni peruenisset:ei pater iāthen teleſte cuiuſdā vicini filiā deſpōſauit. cū vero dies nuptiarū adeſſet:thelethuſa vna cū iphide templū iſidis adijt illiuſqꝫ iplorato qđ pollicita erat auxilio iphis in marē cōuerſus ianthe quā fruſtra ab ſe amari crediderat:potitus eſt. Creteas vrbes.cretenſes. Uñ miletus byblidos pater coloniā deduxerat i aſiam.eſt aūt creta iſula centū vrbiū fama nobilis a creta nipha Heſperidis filia cognomiata:vt Doſiades ſcripſit:vt anaximander a rege curetū. Hec aeria primū.deinde curetis tū macaros a tēperie celi fuit appellata.hec Pli. Pheſtia tellus. Pheſtus vrbs fuit crete a minoe edificata et a gortynijs deleta. Gnoſſiaco regno.gnoſos vna fuit ex ꝑſtantibꝰ crete vrbibus. Que voueam. optē.cupiam. Ut releuere. vt parias. Oneroſior altera ſors eſt. Femina. nō ſolū enī educare: ſed etiaꝫ dotē parare oportet. Qđ abominor.qđ oīe dij auertant. Uſqꝫ.ſp.cōtinue. In arcto.in anguſto:vt bene ſperet.deos ei nō defuturos. Inachis. Io inachi filia:q̄ in vaccā cōuerſa cū ꝑſtine figure foret reſtituta ab egiptijs ꝓ dea fuit culta iſiſqꝫ appellata.huius aūt ornatū ⁊ comites deſcribit poeta. Lunaria cornua. cū cornibꝰ nāqꝫ pigebaꝛ iſis:vt q̄ eadē cū luna eſſe dicaꝛ.nā primi hoies egypto geniti hunc mūdi ornatū admirantesqꝫ vniuerſoꝝ naturā duos eſſe deos ⁊ quidē eternos ſunt arbitrati ſolem et lunā.⁊ illū quidē oſiridē.hanc vero iſidē appellarūt:vt Dio.ſcri. Luna aūt ꝑmis diebꝰ cū creſcit cornua hr̄e videꝛ. Bos q̄ꝫ ei ab egyptijs ſacrificaꝛ. Et regale decus.diadema. Cū qua latrator anubis.mercuriꝰ ab egiptijs coliꝛ ſub canis figura ſignificātibꝰ eū fuiſſe cuſtodeꝫ oſiridis ⁊ iſidis anubiſqꝫ appellaꝛ. Sctāqꝫ bubaſtis.comes iſidis videꝛ fuiſſe bubaſtis:eadēqꝫ cū diana eſſe ab

Iphis in marem

Tollere conantur.ſepe vt medeatur amori
Precipiunt:ſurdeqꝫ adhibent ſolatia menti.
Muta iacet:virideiqꝫ ſuis tenet vnguibꝰ herbas
Byblis:⁊ humectat lachrymaꝝ gramina riuo.
Naiades his venā que nunqꝫ areſcere poſſet:
Suppoſuiſſe ferūt. qđ ei dare maiꝰ habebāt:
Protinus vt ſecto picee de cortice gutte:
Ut ve tenax grauida manat tellure bitumen:
Utqꝫ ſub aduentū ſpirantis lene fauonii
Sole remolleſcit:que frigore conſtitit vnda:
Sic lachrymis cōſumpta ſuis phebeia byblis
Uertiꝛ in fontē:qui nunc quoqꝫ vallibus illis
Nomē habet domine:nigraqꝫ ſub ilice manat.
Fama noui centū creteas forſitan vrbes
Impleſſet monſtri:ſi non miracula nuper
Iphide mutato crete propiora tuliſſet.
Proxima gnoſſiaco nā quondā pheſtia regno
Progenuit tellus ignotum nomine lyctum
Ingenua de plebe virum.nec cenſus in illo
Nobilitate ſua maior.ſed vita fideſqꝫ
Inculpata fuit:grauide qui coniugis aures
Uocibꝰ his monuit:cū iā ꝓpe partus adeſſet.
Que voueā duo ſunt:minio vt releuere dolore
Utqꝫ marem parias.oneroſior altera ſors eſt:
Et vires fortuna negat.qđ abominor:ergo
Edita forte tuo fuerit ſi femina partu:
Inuitus mando.pietas ignoſce.necetur.
Dixerat et lachrymis vultū lauere profuſis:
Tam qui mādabat:qꝫ cui mādata dabantur.
Sed tamen vſqꝫ ſuum vanis telethuſa maritū
Sollicitat precibꝰ:ne ſpem ſibi ponat i arcto.
Certa ſua eſt lycto ſententia.iāqꝫ ferendo
Uexerat illa grauem maturo pondere ventrē:
Cum medio noctis ſpacio ſub imagine ſomni
Inachis ante torum pompa comitata ſacroꝝ
Aut ſtetit:aut viſa eſt.inerant lunaria fronti
Cornua cū ſpicis nitido flauentibus auro:
Et regale decus:cū qua latrator anubis:

Herodoto phibet. ſed ꝓ ipſa iſide accipi q̊qꝫ ſolet a bubaſto vrbe cognoiata. hoc vero ex iis q̄ in colūna ei⁹ ſacris lr̄is ſcripta fuiſſe tradunt ꝑcipi pōt. ego iſis ſū egypti regina a mercurio erudita. q̄ ego legibus ſtatui nullus ſoluet. ego ſū oſiridis. ego ſū p̄ma frugū inuētrix. ego ſū ori regis mater. ego ſū in aſtro canis fulgēs mihi bubaſta vrbs cōdita ē. gaude gaude egypte me nutriſti. hec Dio. Variiſqꝫ coloribus apis. apis bos varias hñs maculas in egypto colebat in ꝑpetuā memoriā oſiridis frugū frumētiqꝫ reptoris q̄q̄ boues ruffi imolari permitterent ꝙ colore tiphoni q̄ oſiridē necauit ſiles viderent. Quiqꝫ premit vocē. harpocratē ſig̃t qui cū digito ad os appoſito pingebatur. Siſtraqꝫ erāt. tympana. Nunq̄qꝫ ſatis queſitus oſiris. deus ē egyptiorum iſidis maritus: quē ſingulis quibuſqꝫ annis egyptii amiſſū maximo cū merore querūt. et inuētuꝫ maxima cuꝫ leticia proſequūt. vt Diodo. aliiqꝫ auctores ſcribūt. Plenaqꝫ ſomniferis in pompa ſacrorū iſidis geſtabat etiā ſerpēs que dormire videbat. Excuſſā excitatā. Dea ſuꝫ auxiliaris. ad id alludit qđ vt ſcribit Diodo. egyptii aſſerūt iſidem plurimū inuentricē fuiſſe ad morbos medicamentorū et medicine arti admodū contuliſſe: quā immortalitate quoqꝫ potitam gaudere hoim̄ cultu inqꝫ eorū valitudine precipue verſari quinetiā in ſomnis palā eis opitulari quos ſenſuerit dignos. ſigna aūt horū eſſe nō grecas fabellas ſꝫ opera certa totū eni̅ ferme orbem hanc deā colere ꝓpter manifeſtas morborū curatiōes ſiquidē in ſōnis illā non recte valentiqus auxilia prebere: et qui eius monitis obtemperēt preter opinionē curari etiā quorū medici ſalutem deſperarīt Creſſa. cretenſis telethuſa. Seqꝫ ipm̄ pondus in auras expulit. hoc eſt poſt q̄ peperit: ponduſqꝫ vteri in lucem extulit. Fidēqꝫ res habuit. res credita fuit. Qđ cōe foret. puero et puelle. nam iphis tā femina q̄ mas appellari pōt. Indecepta mēdatia. nō ꝑcepta nō cognita nō intellecta. impꝰcepta aūt inde prēſaue rectius forſitā legeret. hoc eſt non deprēſa nō aiaduerſa. Dicteo teleſte. cretēſi. a dicte nāqꝫ monte crete dicte⁹ declinat. Tetigit. ꝯmouit. Rude pectus. rudē aim̄ et amādi impitū. Sꝫ erat fiducia diſpar. nā iphis diffidebat ſe viri officio fungi poſſe. ianthe vero pulchre fidebat ſe munera mulieri optime obiturā. Pacte tede. pactarꝫ nuptiarū. Quēqꝫ virū eſſe. ianthe inq̄t eū putat eſſe virū et marē: quē credit ſuū maritum eſſe futurū. Et auget hoc ipſum flammas. ꝙ virgine amata ſe frui poſſe deſperabat. Ardetqꝫ in virgine virgo. virgo inquit virginis amore inflammatur. hinc vero apte colligitur hoc nomen virgo apud priſcos feminini dumtaxat generis fuiſſe.

Iſidis comites.

Sanctaqꝫ bubaſtis: variiſqꝫ coloribus apis.
Quiqꝫ premit vocem: digitoqꝫ ſilētia ſuadet.
Siſtraqꝫ erant. nunq̄qꝫ ſatis queſitus oſiris.
Plenaqꝫ ſomniferis ſerpēs peregria venenis
Tum velut excuſſā ſomno et manifeſta vidētē
Sic affata dea eſt. pars o telethuſa mearum
Pone graues curas: mandataqꝫ falle mariti.
Nec dubita: cum te partu lucina leuarit:
Tollere quicq̄d erit. dea ſum auxiliaris: opēqꝫ
Exorata fero. nec te coluiſſe quereris
Ingratū numen. monuit: thalamoqꝫ receſſit:
Leta toro ſurgit: duraſqꝫ ad ſidera ſupplex
Creſſa man⁹ tollēs: rata ſint ſua viſa precatur.
Ut dolor increuit: ſeqꝫ ipſum pōdus in auras
Expulit: et nata eſt ignoto femina patri.
Juſſit ali mater puerum mentita: fidemqꝫ
Res habuit. neqꝫ erat facti niſi cōſcia nutrix.
Uota pater ſoluit: nomenqꝫ imponit auitum.
Iphis auus fuerat. gauiſa eſt nomine mater:
Quod cōmune foret: nec quenq̄ꝫ falleret illo:
Impercepta pia mandatia fraude latebant.
Cultus erat pueri. facies quam ſiue puelle
Siue dares puero: fieret formoſus vterqꝫ.
Tertius interea decimo ſucceſſerat annus:
Cum pater iphi tibi flauā deſpondet ianthen:
Inter pheſtiadas que laudatiſſima forme
Dote fuit virgo dicteo nata teleſte.
Par etas. par forma fuit. primaſqꝫ magiſtris
Accepere artes elementa etatis ab iiſdem.
Hinc amor amborū tetigit rude pect⁹: ⁊ equū
Uulnus vtriqꝫ dedit: ſed erat fiducia diſpar.
Coniugiū pacteqꝫ expectant tempora tede:
Queqꝫ virū putat eſſe: ſuū fore credit ianthe.
Iphis amat: quo poſſe frui deſperat: et auget
Hoc ipſum flāmas: ardetqꝫ in virgine virgo.
Uixqꝫ tenet lachrimas. q̄s me manꝫ exit⁹ iq̄t
Cognita quā nulli. quā prodigioſa: nouēqꝫ
Cura tenet veneris: ſi dii mihi parcere vellēt:

Quis me manet exitus. quem inquit exitū meꝰ amor ſortiet. cū ianthe amata frui nō poſſim. Naturale malū. naturalē amorem: vt nō virginis ſed viri amore caperer. Vellē nulla forē. hoc ē vellē nō eſſe. Ne nō ferat. vt ferat. crete vero cū ſit caſus nominandi citra diphthōgū ſcribat. Taurū dilexit filia ſol. paſiphae cuiꝰ fabula ſepiꝰ iā mihi eſt enarrata. Solertia. ingenij perſpicacitas et acumē. Confluat. ꝯueniat. Quid aīm firmas. cur nō. ſeipaz autē alloquit iphis. Excutis. abijcis. repellis. Niſi te quoqꝫ decipis ipſā. nō ſolū alios qui ipaz maſculū eſſe credebāt. Et pete qđ fas eſt. ⁊ appete inqt qđ aſſeq̄ poſſis. Hāc tibi res adimit. neceſſitas ⁊ ſexus qualitas tibi hanc eripit: quā vxorē ducere cupis. Nec tñ eſt potienda tibi. nec tñ illa potes potiri. Nulla eſt. nō eſt. Luxqꝫ iugalis adeſt. nuptiarum dies. Ubi nubimus ambe. Nubere feminarū eſt propriū. Nec mihi cōtinget. quia illa potiri nō potero. Ad hec ſacra nuptiarū. nā i nuptijs ⁊ iuno ꝓnuba. ⁊ hymeneus inuocabant. Preſſit ab his vocē poſt hec inqt ſiluit. Nec lenius. nec minus. Eſtuat. amore ardet. Altera virgo iāthe. q̄ iphin cui fuerat deſpōſata marē eē credebat. Utqꝫ celer venias. apoſtrophe ad hymeneū nuptiarū deum. Dia viſaqꝫ. auguria ⁊ ſomnia. Cauſat excuſat ac cām eſſe ait. Ficti. fingendi Iſi paretonium. oppida egypti vbi potiſſimum colitur iſis: cōmemorat telethuſa. nam paretonium egypti oppidum eſt ⁊ portus ingens. quadraginta fere ſtadiorū: vt ſtrabo ſcribit. Mareoticaqꝫ arua. mareotis lacus eſt egypti iuxta alexādriā qui antea a. apotes nominabat. Pharonqꝫ. pharos inſula ē alexandrie adiacens in qua eſt turris altitudine inſignis quā eodē noīe quo inſula multis tabulatis excelſā et albo lapide mirifice ſtructam ſoſtratus gnidius egypti regum amicus ob nauigātiū ſalutē exedificauit. vt h̄ epigrāma in ea ſcriptū declarat. Soſtratus gnidius dexiphanis filiꝰ dijs ſeruatoribꝰ pro nauigantibus. nam cuz ora importuoſa et humilis eſſet et cautes ⁊ breuia mare haberet. ſignum aliquod neceſſariū fuit altum et clarū quo nauigantes ad portus ingreſſū dirigerent. inde factum eſt vt huiuſmodi ſigna ad portus collocata phari dicātur. In ſeptem cornua. hoſtia. nam nilus ſeptez hoſtijs ingreditur in mare

Perdere debuerant. ſi non et perdere vellent:
Naturale malum ſaltem ⁊ de more dediſſent.
Nec vaccā vacce. nec vrit equas amor equarū.
Urit oues aries. ſequitur ſua femina ceruum.
Sic et aues coeunt: interqꝫ animalia cuncta
Femina femineo correpta cupidine nulla eſt.
Vellem nulla forem. ne nō tamē omnia crete
Monſtra ferat: taurum dilexit filia ſolis.
Femina nempe marem. meus ē furioſior illo:
Si verū profitemur: amor. tamē illa ſecuta eſt
Spem veneris. tñ illa dolis et imagine vacce
Paſſa bouē eſt. et erat qui deciperet adulter.
Huc licet ex toto ſollertia confluat orbe:
Ipſe licet reuolet ceratis dedalus alis:
Quid faciet? num me puerū de virgine doctis
Artibus efficiet? num te mutabit ianthe?
Quin animū firmas: teqꝫ ipſa recolligis iphi
Conſiliiqꝫ inopes et ſtultos excutis ignes?
Quid ſis nata vides: niſi te quoqꝫ decipis ipſā
Et pete quod fas eſt: et ama qđ femina debes
Spes eſt que capiat. ſpes eſt q̄ paſcat amorē.
Hanc tibi res adimit. non te cuſtodia caro
Arcet ab amplexu. nec cauti cura mariti.
Nō patris aſperitas. nec ſe negat ipſa rogāti.
Nec tamen eſt potienda tibi. nec vt oīa fiant:
Eſſe potes felix: vt diiqꝫ hominesqꝫ laborent:
Nunc quoqꝫ votorū ps nulla eſt vna meorum.
Diiqꝫ mihi faciles quicquid valuere dederūt.
Qđqꝫ ego vult genitor: ſocer ⁊ vult ipſe futurꝰ.
At non vult natura potentior omnibus iſtis:
Que mihi ſola nocet. venit ecce optabile tp̄s
Luxqꝫ iugalis adeſt: et iam mea fiet ianthe:
Nec mihi ꝯtiget. mediis ſitiemꝰ i vndis. (tis
Pronuba q̄d iuno? q̄d ad hec hymenee veni-
Sacra? q̄bus q̄ ducat abeſt? vbi nubimꝰ ābe?
Preſſit ab his vocē. nec lenius altera virgo
Eſtuat: vtqꝫ celer venias hymenee precatur.
Qđ petit hec: telethuſa timēs mō tp̄a differt.
Nunc ficto languore morā trahit. omnia ſepe
Viſaqꝫ cauſatur. ſed iam conſumpſerat omnē
Materiā ficti: dilataqꝫ tempora tede
Inſtiterant: vnuſqꝫ dies reſtabat. at illa
Crinalem capiti vittam nateqꝫ ſibiqꝫ

Tuaqꝫ hec inſignia vidi: in ara nāqꝫ iſidis ea omnia ſimulacra erant que ꝑ ſomnum viderat telethuſa. Sonitum comiteſqꝫ faceſqꝫ. ordo eſt. ſonitum ſiſtrorum. ſiſtrum nanqꝫ inſtrumentū eſt: quod ꝯcuſſum ſonitum emittit. vnde et nomen apo tu ſijn hoc eſt a concutiendo accepit. Quod videt hec lucē. qđ hec iuuit. digito aūt puellam oſtēdit. Non ſecura. non ſine cura et ſollicitudine. Fauſto omine. felici augurio. Ad ignes. ad ſacrificia que in nuptijs iunoni hymeneoqꝫ ac veneri celebrabantur.

¶ Raphaelis regij in decimum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.

Detrahit. et paſſis aram complexa capillis:
Iſi paretonium mareoticaqꝫ arua pharonqꝫ
Que colis: et ſeptē digeſtū in cornua nilum:
Fer precor īquit opē: noſtroqꝫ medere timori.
Te dea. te quondam: tuaqꝫ hec inſignia vidi:
Cunctaqꝫ cognoui. ſonitum comiteſqꝫ: faceſqꝫ
Siſtrorū: memoriqꝫ animo tuo iuſſa notaui.
Quod videt hec lucē. ꝙ non ego punior ipſa:
Conſiliū monitumqꝫ tuū eſt. miſerere duarū.
Auxilioqꝫ iuua. lachryme ſunt verba ſecute.
Viſa dea eſt mouiſſe ſuas: et mouerat aras.
Et templi tremuere fores. imitataqꝫ lunam
Cornua fulſerūt: crepuitqꝫ ſonabile ſiſtrum.
Non ſecura quidem: fauſto tamen omine leta
Mater abit tēplo. ſequitur comes iphis euntē:
Quā ſolita eſt maiore gradu. nec cādor in ore
Permanet: et vires augentur: ꝛ acrior ipſe eſt
Vultus. et incōptis breuior menſura capillis:
Pluſqꝫ vigoris adeſt habuit ꝙ̄ femina. nā que
Femīa nuꝑ eras: puer es. date munera tēplis
Nec timida gaudete fide. dāt munera tēplis:
Addūt ꝛ titulū. titulus breue carmē habebat.
Vota puer ſoluit: que femina vouerat iphis.
Poſtera lux radiis totuꝫ patefecerat orbem:
Cum venꝰ et iuno ſociuſqꝫ hymeneꝰ ad ignes
Conueniunt. potiturqꝫ ſua puer iphis ianthe.

¶ P. Ouidii naſo. metamor. liber decimus.

Inde per immēſum croceo velatus amictu
Ethera digreditur: ciconūqꝫ hymeneus ad oras
Tendit: et orphea nequicꝙ̄ voce vocatur.
Affuit ille quidem: ſed nec ſolennia verba:
Nec letos vultus: nec felix attulit omē. (mo
Fax quoqꝫ quā tenuit lachrymoſo ſtridula fu

Inde per immēſum. totum hunc librū vndecimiqꝫ partem orphei geſtis carminibuſqꝫ ita dicauit poeta: vt ab inſtituto non diſcedat. variaſqꝫ transfigurationes exponat. nā orpheus apollinis: vel vt alij ſcribūt oeagri fluuij et calliopes muſe filius: ſcientia ac cātus ſuauitate mortales oēs dr̄ ſuperaſſe. citharāqꝫ ad ſimilitudinē teſtudinis a mercurio cōfectā donoqꝫ apollini dataꝫ a patre accepiſſe: cuius modulatione nō hoīes ſoluꝫ ſed feras ſiluaſqꝫ ac ſaxa mota fuiſſe. is enim: vt ſcribit Diodo. doctrine deditus cū theologie operā īpendiſſet in egyptū tranſijt plurimarūqꝫ ibi rerū ꝑcepta ſcientia grecorū doctiſſimus. tū in deorum cerimonijs. tum in theologia. tum in poematis cātuqꝫ eſt habitus. nauigauit inſuper cum argonautis obqꝫ vxoris amorē ad inferos cum deſcendiſſet a proſerpina ſuauitate cantus allecta impetrauit: vt defunctam vxorem ab inferis excitaret. nam eurydice quam infauſto omnine ſibi copularat: dū per prata ſimul cū alijs nymphis vagaretur a ſerpente percuſſa interijt tātoqꝫ dolore moriens affecit maritum: vt nō ſatis eſſe duxerit lugere: ſed ad inferos quoqꝫ ad eam repetendā deſcēdere nihil dubitarit. eo igitur cuꝫ perueniſſet tm̄ carminis ſuauitate effecit: vt vxorē a plutone ea acciperet ꝯditiōe: ne illā prius ꝙ̄ ad ſuperos reuerſus eſſet reſpiceret: ſed orpheus veritus ne vxor ſequeretur cum iam fere ad ſuperos ꝑueniſſet eā reſpexit: que illico ad inferos retracta orpheū in maximis cruciatibus reliquit. qui cū deſperaret ſe iterum ea potiri poſſe omēs aſpernatus mulieres dicitur. primuſqꝫ apud thraces puerorum amoribus indulſiſſe. id vero egre ferentes thracie mulieres ſacra bacchi celebrantes illū cithara canentem feraſqꝫ mulcentē diſcerpſerūt Orphei nuptie.
cuius caput vna cum cithara in hebrū proiectum: cum leſbum vſqꝫ perueniſſet: idqꝫ ſerpens laniare vellet: in ſaxū ab apolline dicit̄ fuiſſe trāſformatuꝫ.

Ad oras ciconum.cicones populi ſunt thracie iuxta ebrum fluuiũ habitantes. Et orphea voce. adiectiuũ eſt orphea.vnde etiã penultimã producit.ꝙ a grecis per ei ſcribitur. Nequicꝗ̃ fruſtra.neqꝫ enim felices ille nuptie fuerũt.Sed nec ſolẽnia verba:qualia hec eſſent.fauſte feliceſqꝫ he ſint nuptie. Uſqꝫ. ſemper. Rhodopeius vates.orpheus poeta thracius cuius hymni in pleroſqꝫ deorũ etiã num extãt.rhodope aũt mons eſt thracie altiſſimus.Tenaria porta.tenarus lachonie ꝓmontoriũ eſt in quo ſpecus eſſe dicitur per quem ad inferos deſcenditur. Perqꝫ leues populos.corporibus carentes. Perſephonẽ.proſerpinã.Umbrarum dominũ.plutonẽ. O poſiti. hac oratione orpheus perſuadere conatur plutoni atqꝫ proſerpine vt ſibi euridicem vxorez reſtituãt. ac per aliquot adhuc annos viuere apud ſuperos ꝑmittant. Mundi poſiti ſub terra.periphraſis ẽ inferorum. Opaca tartara. obſcura tenebroſa.eſt enim tartarus inferorũ locus profundiſſimus. Meduſei monſtri.cerberi canis inferorum tricipitis: qui vt medea pro capillis ita pro pilis colubros ac ſerpẽtes habet.merito autem ſe excuſat orpheus ne vt hercules credatur ad extrahendum cerberum illuc deſcendiſſe. Auguror.cõiecto et ſignis colligo. auguror autez et auguro in eadem ſignificatione dicimus. Ueteris rapine.nã pluto proſerpine amore captus eam rapuit. Per chaos hoc ingens.per has immenſas tenebras. Retexite.reſoluite. vt ad vitam poſſit redire. Omnia debent vobis.omia inquit ad vos venire neceſſe eſt. Longiſſima regna.vtpote que nunꝗ̃ ſint finẽ habitura. Peregerit. cõpleuerit. Iuris veſtri.ptãtis ⁊ ditiõis veſtre. Pro munere poſcimus vſum.vt eurydice vti fruiqꝫ poſſim. Quod ſi fata negant veniam.ſed ſi inquit fata mihi hoc beneficium pro vxore petitũ negauerint decreui nolle ad ſuperos redire. Ueniam.beneficiũ.interdum venia pro pace ponitur. Uirgilius. cuncti nã lecti nauibus ibant orantes veniam. Ceterum qui peccarunt veniam petere proprie dicunt:cũ vt ſibi parcat orant.aut certe mortẽ loco vxoris ſubibo: vt verbum ſit veniã non appellatio. Talia dicentem.quanta fuerit vis orphei orationis facile hinc colligitur: ꝙ inferos oẽs lachrymas emittere coegit. Neruoſqꝫ.cithare chordas pulſantez. Nec tantalus vndam captauit refugam. tãtalus paphiagonie rex fuit regionis fertilitate ditiſſimus:qui menſa deorũ dignatus iouis arcana prodidit mortalibus. quare ad inferos detruſus et inter aquas ori allabentes ſitit.nec pendentibus pomis famem expellere poteſt.cum enim ea captare vult a vento(vt ſcribit Homerus)diſſipant. Captauit.capere curauit. Stupuitqꝫ ixionis orbis.ixion phlegie vel vt quidam ſcribunt: anthionis et melanthus filius cum iunonem de ſtupro interpellaſſet.ſiue (vt Homerus ait)latonam:ad inferos damnatus rota aſſidue circumagitur. Stupuit.immobilis permanſit vt orphei carmina audiret.

Orpheus ad iferos.

Uſqꝫ fuit:nulloſqꝫ inuenit motibus ignes.
Exitus hoſpitio grauior.nã nupta ꝑ herbas
Dum noua naiadũ turba comitata vagatur:
Occidit in talum ſerpentis dente recepto.
Quã ſatis ad ſup̃as poſtꝗ̃ rhodopeius auras
Defleuit vates: ne non temptaret et vmbras:
Ad ſtyga tenaria eſt auſus deſcendere porta:
Perqꝫ leues pp̃los:ſimlacraqꝫ fũcta ſepulcro
Perſephonen adijt:inamenaqꝫ regna tenẽtẽ
Umbrarũ dominũ:pulſiſqꝫ ad carmina neruis:
Sic ait.o poſiti ſub terra numina mundi:
In quez decidimus ꝗcquid mortale creamur:
Si licet: ⁊ falſi poſitis ambagibus oris
Uera loqui ſinitis:non huc vt opaca viderem
Tartara deſcendi:nec vti villoſa colubris
Terna meduſei vincirem guttura monſtri.
Cauſa vie eſt cõiunx: in quam calcata venenũ
Uipera diffudit:creſcenteſqꝫ abſtulit annos.
Poſſe pati volui:nec me temptaſſe negabo.
Uicit amor. ſup̃a deus hic bene notꝰ in ora ẽ.
An ſit et hic dubito. ſed et hic tñ auguror eſſe.
Famaqꝫ ſi veteris nõ ẽ mẽtita rapine: (moris
Uos quoqꝫ iũxit amor.ꝑ ego hec loca plena ti
Per chaos hoc ingens vaſtiqꝫ ſilentia regni
Eurydices oro properata retexite fata.
Omnia debentur vobis:paulumqꝫ morati
Serius aut citius ſedez properamus ad vnã.
Tendimus huc oẽs.hec ẽ domꝰ vltima: voſqꝫ
Humani generis longiſſima regna tenetis.
Hec quoqꝫ cum iuſtos matura peregit annos:
Iuris erit veſtri.pro munere poſcimus vſum.
Quod ſi fata negant veniã pro cõiuge:certum
Nolle redire mihi.leto gaudete duorum.
Talia dicentem:neruoſqꝫ ad verba mouentez

Exangues flebant anime. nec tantalus vndā
Captauit refugam: ſtupuitqꝫ ixionis orbis
Nec carpſere iecur volucres: vrniſqꝫ vacarūt
Belides: inqꝫ tuo ſediſti ſiſyphe ſaxo.
Tūc primū lachrymis victarū carmīe fama ē
Eumenidū maduiſſe genas. nec regia cōiunx
Suſtinet oranti: nec qui regit ima: negare.
Eurydicenqꝫ vocāt. vmbras erat illa recētes
Inter: et inceſſit paſſu de vulnere tardo.
Hanc ſimul et legē rhodopeiꝰ accipit orpheꝰ:
Ne flectat retro ſua lumina: donec auernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur accliuis per muta ſilentia trames
Arduus. obſcurus. caligine denſus opaca.
Nec procul abfuerant telluris margine ſūme.
Hic ne deficeret metuens auiduſqꝫ videndi
Flexit amans oculos: et ꝓtinus illa relapſa ē:
Brachiaqꝫ intēdēs prēdiqꝫ et prēdere captās
Nil niſi cedentes infelix arripit auras.
Iamqꝫ iterū moriens non eſt de cōiuge quicqꝫ
Queſta ſuo. qͥd eniꝫ niſi ſe quereret amatam:
Supremūqꝫ vale: quod iam vix auribus ille
Acciperet dixit: reuolutaqꝫ rurſus eodē eſt.
Non aliter ſtupuit gemia nece ꝯiugis orpheꝰ:
Q̄ tria qui timidus medio portante catenas
Colla canis vidit: quem nō pauor ante reliqͭt:
Quam natura prior: ſaxo per corpus oborto.
Quiqꝫ in ſe traxit crimen: voluitqꝫ videri
Olenus eſſe nocens. tuqꝫ o confiſa figura
Infelix lethea tua: iunctiſſima quondam
Corpa. nūc lapides quos humida ſuſtiet ide.
Orantē: fruſtraqꝫ iterum tranſire volentem
Portitor arguerat. ſeptem tamen ille diebus
Squalidus in ripa cereris ſine munere ſedit.
Cura dolorqꝫ anī lachrymeqꝫ alimēta fuere.
Eſſe deos herebi crudeles queſtus in altam
Se recipit rhodopē: pulſūqꝫ aq̄lonibꝰ hemū.
Tertius equoreis incluſum piſcibus annum
Finierat titan: omnemqꝫ refugerat orpheus
Femineam venerē: ſeu qꝫ male ceſſerat illi:
Siue fidē dederat. multas tñ ardor habebat
Iungere ſe vati. multe doluere repulſe.
Ille etiā thracum populis fuit auctor amorē

Orbis. rota. Nec carpſere iecur volucres. titij ſubaudiatur. nā titius iouis filius et helare qui terre alūnus dicit. q̄m a matre ſub ſpecu: metu iunonis fuit educatꝰ: cū latonā violare tēptaſſet: in nouē iugera diſtētus iecore ſuo vultures aſſidue paſcere narrat. Vrniſqꝫ vacarūt belides. beli neptes. he ꝯo danai filie fuere q̄nq̄gita q̄ totidez patrueles eoſdēqꝫ maritos egypti filios iuſſu danai patris ſuū q̄qꝫ ꝓter vnā hypmeſtraz que linceo pepercit: ꝑma nocte interemerūt. vnde ad inferos detruſe cribris aquā haurire fingūt. hac aūt fabula lucretius amore captos ſignificari putat: q̄ in re leuiſſima diu laborant. Vacarūt. ceſſarūt ab vrnis geſtandis. Inqꝫ tuo ſediſti ſiſyphe ſaxo. ſiſyphꝰ eoli filius cū iſthmū infeſtaret ad inferos truſus ſaxū in mōtis cacumē voluere cogit q̄d ſemꝑ in vallē deuoluit: quo ambitioſi ſignificant: qui q̄uis ferant repulſā ab ambiendis tñ magiſtratibus nō deſiſtūt. Eumenidū furiarū. Nec regia coniunx. ꝓſerpina Nec qui regit ima. periſphraſis eſt plutonis. Vmbras inter. anaſtrophe eſt. Carpit accliuis. per tramitē arduū orpheus ab inferis ad ſuperos aſcendit Nec ꝓcul. nec longe. Margine. extremitate. Summe telluris. ſuꝑne terre. Hic ne deficeret metuēs. tunc inq̄t timēs orpheus ne eurydice ſe dewereret ad eā oculos conuertit. Quā tria q̄ timidus. quis nā hic fuerit nuſq̄ me legiſſe memini. Quiſq̄s aūt fuit cū cerberū ab hercule ad ſuperos attractū vidiſſet: tanto affectus eſt tremore vt in ſaxū fuerit ꝯuerſus. Medio. collo ſubaudiat. nā e tribus cerberi ceruicibus medis catenis fuerat ligata. Quiqꝫ in ſe traxit crimē. olenꝰ q̄dā letheā duxit vxorē eximia pulchritudine adeo ſuꝑbam vt ſe deabus preferret. ceterū dee irate cū de lethea ſupplicium ſumere vellent: olenus culpā vxoris in ſe tranſferre auſus vna cū illa in lapidē fuit cōuerſus. Humida ide. fontibꝰ abūdās nā ida phrigia multis fōtibus irrigat. In ripa. ſtigi paludis. Cereris ſine munere. ſine vllo cibo. Pulſūqꝫ aquilonibus hemū. mōs eſt thracie hemus boree obnoxius. Annū pi. equo. hoc eſt piſcibus terminatum. nam piſces zodiaci vltimum obtinēt locum annūqꝫ terminā̄t. ſignificet igitur tres annos tranſiuiſſe poſt eurydices mortem quibus orpheus nullā tetigerat mulierē.

Olenꝰ et lethea i lapides.

In teneros transferre ma[illegible]citraqꝫ iuuētam
Etatis breue ver et primos carpere flores.
Collis erat: collemqꝫ ſuper planiſſima campi
Area: quam viridē faciebant graminis herbe.
Umbra loco deerat: qua poſtqꝫ parte reſedit
Diis genitus vates: et fila ſonantia mouit:
Umbra loco venit. non chaonis abfuit arbor.
Nō nemus heliadū. nō frōdibꝰ eſculus altis:
Nec tilie molles: nec fagus: et innuba laurus:
Et coryli fragiles: et fraxinus vtilis haſtis:
Enodiſqꝫ abies: curuataqꝫ glandibus ilex:
Et platanus genialis: acerqꝫ coloribꝰ impar:
Amnicoleqꝫ ſimul ſalices: et aquatica lotos.
Perpetuoqꝫ virens buxus: tenueſqꝫ myrice
Et bicolor myrtus: et baccis cerula ficus.
Vos quoqꝫ flexibiles edere veniſtis: et vna
Pampinee vites: et amicte vitibus vlmi:
Ornīqꝫ et picee: pomoqꝫ onerata rubenti
Arbutus: et lente victoris premia palme:
Et ſuccinta comas hirſutaqꝫ vertice pinus
Grata deum matri: ſi quidem cybelius atys
Exuit hac hominem: truncoqꝫ induruit illo.
Affuit huic turbe metas imitata cupreſſus:
Nunc arbor: puer ante deo dilectus ab illo:
Qui citharā neruis: et nerui temperat arcum.
Nanqꝫ ſacer nymphis carthea tenentibꝰ arua
Ingens ceruus erat: lateqꝫ patentibus altas
Ipſe ſuo capiti prebebat cornibus vmbras.
Cornua fulgebant auro: demiſſaqꝫ in harmos

Auctor transferre. conſtructio eſt greca. transferendi enī latine diceret. Collis erat. locū deſcribit vbi canēs orpheus a bacchis fuit diſcerptus. Diis genitus vates. orpheꝰ apollinis ⁊ calliopes muſe filius. Loco. in locū. Virgi. It clamor celo. Chaonis arbor. quercū dicit. nā quercus arbor eſt glādifera ꝙ in chaonia epyri regione a chaone dicta copioſe ꝓuenit. vñ in ꝑmo georgi. Virgi. Sivestro munere tellus Chaoniā pingui glandē mutauit ariſta. Chaon aūt frater fuiſſe heleni ſcribit: quē cū helenus ipſe per iprudentiā occidiſſet regionē cui iperabat chaoniā ab illius noīe vocauit cū antea moloſſia appellaret. vñ Vir. Morte neoptolemi regnoꝝ reddita ceſſit: Pars heleno: ꝙ chaonios cognoīe cāpos: Chaoniāqꝫ oēꝫ troiano a chaone dixit. Plinius aūt chaoniā a chaonibus pplīs denoīatā eſſe ſcribit. Non nemꝰ heliadum. populi in quas ſorores phaetontis conuerſas fuiſſe in ſecundo volumine poeta narrauit. Heliadum. ſolis filiarum. helios enī ſol dicitur. Eſculus arbor eſt glandifera ioui dicata. Et innuba laurus: virgo. daphne enī quam in laurū conuerſaꝫ legimus nunqꝫ nubere voluit. Enodis abies. ſine nodis. Et platanus genialis. genio ac voluptati dicata. folijs enī eſtate ſolē auertit. hyeme vero admittit. vt Pliniꝰ ſcribit. Acerqꝫ. acer arbor eſt varijs diſtincta coloribus. vnde acerne menſe poſt citreas in precio apud ꝑſcos fuiſſe ſcribunt. Amnicole ſalices. iuxta fluuios naſcētes. ſalix aūt arbor ē notior qꝫ vt hoc loco ſit deſcribenda. Et aqūtica lotos. arbor eſt lotos locis humidis gaudens. vñ et aquatica vocat a poeta. ea fert ſuauiſſimū fructū in africa ꝑſertiꝫ vñ lotophagi pplī fuerūt denoīati. eſt etiā lotos herba quā inter ꝑmas deoꝝ voluptati naſci Homerus ait. Tenueſqꝫ myrice. humiles nō multū creſcētes. vnde ⁊ Virgi. in buc. humiles myricas appellat. Et bicolor myrtus. arbor eſt myrtus veneri dicata. Baccis

Atys ī pinum

immaturas ficos baccas vocat poeta. Pampinee vites. pāpinis ⁊ folijs onerate. Ornīqꝫ et picee. arbores ſunt mōtane ornus et picea. ſane hornus cum

Cypariſſus in cupreſſum

aſpiratiōe huiꝰ āni intelligit. Arbutꝰ arboris eſt ſpecies arbutꝰ haud valde creſcēs. Pomo rubēti. pomis rubicūdis. Et lente palme. flexibiles. Victoris premia. idcirco palme victoris premia dicunt ꝙ victores palma coronant. palme enī nunqꝫ oneri cedūt: vt ꝙ vincūt hoſtibꝰ cedere nō vident. Et ſuccincta comas. ſuccinctas ⁊ altas hñs comas et frondes. nā pinus ſolū in vertice frōdes emittit. Grata deū matri. cybele. Si qdē cybelius atys. atym eximia pulchritudīe puerū deoꝝ mater (vt in faſtis ſcribit poeta) ſibi caſto deuinxit amore. iuſſitqꝫ vt caſtus viueret ſuaqꝫ tēpla tueret. at ille mādatorū imemor cū ſagaritide nympha coiuit. q̄re in furias actus ſe ipſe ꝑmū excaſtrauit. deide cū ſe interficere vellet in pinū arborē fuit ꝯmutatus. Affuit huic turbe. cypariſſus puer fuit formoſiſſimꝰ appollini gratꝰ ꝙ cū ceruū quē in delicijs habebat iprudēs occidiſſet tanto eſt affectꝰ dolore: vt cū mori oīno vellet in arborē cupreſſū ab apolline fuerit ꝯmutatus. Metas imitata. metarū ſilīs ꝙ vt cupreſſi in acutū tēdūt. Ab illo deo. ab apolline. nā apollo cū cithara et arcu pingebat. Carchea arua. ſic qdē ſcribit: ſꝫ carthea cū th aſpirato legēdū vr. nā carthea vna eſt ex q̄ttuor vrbibꝰ cee inſule. in ꝙ natꝰ eſt cypariſſus. ꝑncipale aūt ꝓ deriuatiuo poſitū eſt. Gemmata monilia. torques gēmis ornati. Bacce. margarite vniones. Cee gētis. cea iſula ē egei: vñ ceus deriuat.

Pendebant tereti gemmata monilia collo.
Bulla ſuper frontem paruis argentea loris
Vincta mouebatur: pariliqꝫ etate nitebant
Auribus e geminis circū caua tēpora bacce.
Iſqꝫ metu vacuus: naturaliqꝫ pauore
Depoſito celebrare domos mulcēdaqꝫ colla
Quamlibet ignotis manibus ꝑbere ſolebat.
Sed tamē ante alios cee pulcherrime gentis
Gratus erat cypariſſe tibi. tu pabula ceruum
Ad noua: tu liquidi ducebas fontis adundas.
Tu modo texebas varios per cornua flores.
Nunc eques in tergo reſidēs huc letus ⁊ illuc
Mollia purpureis frenabas ora capiſtris.
Eſtus erat: mediuſqꝫ dies: ſoliſqꝫ vapore
Concaua littorei feruebant brachia cancri.
Feſſus in herboſa poſuit ſua corpora terra
Ceruus: et arborea frigus ducebat ab vmbra.
Hunc puer īprudens iaculo cypariſſus acuto
Fixit: et vt ſeuo morientem vulnere vidit:
Velle mori ſtatuit. que non ſolatia phebus
Dixit: et vt leuiter pro materiaqꝫ doleret
Admonuit. gemit ille tamē: munuſqꝫ ſupremū
Hoc petit a ſuperis: vt tempore lugeat omni.
Iamqꝫ per immenſos egeſto ſanguine fletus:
In viridem verti ceperunt mēbra colorem.
Et modo qui niuea pendebant fronte capilli:
Horrida ceſaries fieri: ſumptoqꝫ rigore
Sidereum gracili ſpectare cacumine celum.
Ingemuit: triſtiſqꝫ deus lugebere nobis:
Lugebiſqꝫ alios: aderiſqꝫ dolentibus inquit.
Tale nemus vates attraxerat: inqꝫ ferarum
Concilio medius turba volucrūqꝫ ſedebat.
Vt ſatis impulſas tēptauit pollice chordas:
Et ſenſit varios: q̄uis diuerſa ſonarent:
Concordare modos: hoc vocē carmīe mouit.
Ab ioue muſa parēs (cedunt iouis oīa regno)
Carmīa noſtra moue. iouis eſt mihi ſepe ptās
Dicta. prius cecini plectro grauiore gigātes:
Sparſaqꝫ phlegreis victricia fulmīa campis.
Nunc opus ē leuiore lira: pueroſqꝫ canamus
Dilectos ſuperis: inconceſſiſqꝫ puellas
Ignibus attonitas meruiſſe libidine penam.
Rex ſuperū phrigii quōdā ganymedis amore

Quamlibet ignotis. quālibet incognitis. Soliſqꝫ vapore. ſignificat ſolem in cancro fuiſſe: quo tempore maximi excitantur eſtus. Frigus ducebat. trahebat. capiebat. Pro materiaqꝫ. ꝓ qualitate rei perdite doleret. Egeſto ſanguine. exhauſto. emiſſo. Sumptoqꝫ rigore. accepta duricie. Sidereum celū ſideribus ornatum. Lugebiſqꝫ alios. hoc ex romana conſuetudine dictū eſt naꝫ vt ſeruius ſcribit. cupreſſi rami ante fores domus in qua eēt cadauer ponebantur: ne quis per imprudentiā ingrediens pollueretur: vnde illam inferis fuiſſe conſecratam dicūt. hoc eſt lachrymis et luctibus: vel ꝙ ceſa nunq̄ꝫ reuireſcit. Dolentibus. morte propinquorum. Impulſae. percuſſas. chorde autem que fides latine dicūtur muſicorum tantummodo ſunt inſtrumētorum. Diuerſa. diuerſe. nomen enim pro aduerbio poſitum eſt. Varios modos. varios ſones: ex quibus conſtat harmonia. Ab ioue muſa parens. calliopen muſam ſibi matrem inuocat orpheus. Cedunt iouis omnia regno. omnia inquit iouis potentie ſubijciuntur. eſt autem parentheſis cauſam cōtinens cur ab ioue ſit inchoandū. Plectro grauiore. ſtilo grauiore. quali bella deſcribi ſolent. eſt autem plectrum inſtrumentum muſicum qui latine pecten appellatur. quo chorde percutiuntur. a po tu plectin. hoc eſt a percutiendo declinatum. Gigantes. gigantomachian. hoc eſt gigantum pugnā. Phlegreis cāpis. vbi fulminibus gigantes fuere cōfecti. phlegrei vero cāpi et in thracia et in cāpania et in theſſalia fuiſſe ſcribūtur. Leuiore. lyra humiliori ſtilo amoribus cōuenienti. Inconceſſis ignibus. nefandis amoribus. ea autem orpheus canit in mulierum odium atqꝫ contemptum. Phrigij ganymedis. troiani. nā ganimedes trois dardanorum regis fuit filius: qui admiranda pulchritudine iouem in ſui amorem pellexit a quo in aquilam mutato raptus ac ſibi mēſe miniſter adhibitus perhibetur. quod quidem idcirco fingitur ꝙ iupiter aut per legionē ganymedem rapuit cuius inſigne erat aquila. aut nauis in qua fuit impoſitꝰ tutelam habuit in aquila figurataꝫ vt lactantius exponit.

Jupiter i aquilam.

Ganymedis rapt⁹.

hyacith⁹ in florem.

Niſi que portat ſua fulmina terre.peri
phraſis eſt aqle.q̄ fulmina ioui ſubmi
niſtrare dicit̄. hoc aūt idcirco fingitur
ꝙ ſola ex auibus aqla fulmine nō tan
gitur. Iliaden.ili nepotē. Inuita iuno
ne.contra voluntatē iunonis que egre
ferebat ganymedē propter pulchritu=
dinē tātopere ab ioue amari. Te quo
qꝫ amyclide.hyacinthus puer fuit for=
moſiſſimus ab apolline amat⁹: a quo
cum forte diſco in aerē iacto ſic percuſ
ſus eſſet vt viuere non poſſet: in floreꝫ
ſui noīs fuit cōuerſus. in quē etiā aiax
cōmutatus dicit̄ fuiſſe. Amyclide.pro
amyclee.patronymicū poſuit pro poſ=
ſeſſiuo.nam amiclae vrbs eſt laconie
hyacithi patria pueri adeo formoſi:vt
apollo illius amore capt⁹ e celo deſcē=
dere in terras ſuſtinuerit q̊ diutius pul
chritudine ipſius frui poſſet. Cū vero
ludere diſco cū illo cepiſſet apollo:di=
ſcuſqꝫ in aerē iactus in pueri caput re=
cidiſſet ipſumqꝫ interfeciſſet in florem
ſui nominis volūtate apollinis fuit cō
mutatus. Meus genitor.apollo.naꝫ
apollinis et calliopes muſe filiū ſe eē
orpheus ipſe teſtatur. In medio orbe
delphi vrbs eſt phocidis apollinis ora
culo clariſſima: que a geographis in
medio terrarum orbe eſſe perhibetur.
Eurotam.fluuius eſt laconie eurotas
Immunitā ſparten.ſine muris. virtu=
te enī non muris lacedemonij vrbē ſu
am tutabant̄. Immemor ipſe ſui. ſue
diuinitatis. Aſſuetudine.cōſuetudine
Iamqꝫ fere medius titā. meridiē fuiſſe
ſignificat. Acte.p̄terite noctis. Utrin
qꝫ et a preterita et a veniēte nocte. La
ti diſci. nā diſcus et latus ē et rotūdus
lapis quem in aerem iacientes ſe exer
cebant. Recidit in ſolidam longo poſt
tempore. emphaſis eſt qua ītelligim⁹
diſcum longe in aerē fuiſſe iactū. cito
nanqꝫ in terram cecidiſſet: niſi in altuꝫ
iactus fuiſſet. Et exhibuit.oſtēdit. Ar
tem.nā ita emittebat̄ vt in gyrū ſe vol
uens caderet in terrā. Tenarides.tena
rius hyacithus lachon. a tenaro laco
nie promontorio. Subiecit.ſurſū iecit
Eqꝫ.tantū. Erat immedicabile vuln⁹
cauſa cur nil artes prodeſſent. Ut ſi
quis violas.q̄ꝫ facile defecerit hyacin=
thus pulchris ſimilitudinibus poeta
oſtendit. Defecta.derelicta. Oebalide
hic quoqꝫ patronimicū pro poſſeſſiuo
poſitum eſt. nā oebalia vrbs eſt lacho
nie ab oebalo conditore appellata.

Arſit:et inuentū eſt aliquid:quod iupiter eſſe:
Quā quod erat mallet.nulla tamen alite verti
Dignatur:niſi que portat ſua fulmina terre.
Nec mora.percuſſo mendacibus aere pennis
Arripit iliaden:qui nūc quoqꝫ pocula miſcet:
Inuitaqꝫ ioui nectar iunone miniſtrat:
Te quoqꝫ amyclide poſuiſſet in ethere pheb⁹:
Triſtia ſi ſpacium ponendi fata dediſſent.
Qua licet eternus tamē es: quotiēſqꝫ repellit
Uer hyemem:piſciqꝫ aries ſuccedit aquoſo:
Tu totiens oreris:viridiqꝫ in ceſpite flores.
Te meus ante omnes genitor dilexit: ⁊ orbe
In medio poſiti caruerunt preſide delphi:
Dum deus eurotan:immunitamqꝫ frequētat
Spartē.nec cithare:nec ſunt ī honore ſagitte:
Immemor ipſe ſui non retia ferre recuſat.
Non tenuiſſe canes.nō per iuga mōtis iniqui
Ire comes:lōgaqꝫ alit aſſuetudine flammas.
Iamqꝫ fere medius titan venientis:⁊ acte
Noctis erat:ſpacioqꝫ pari diſtabat vtrinqꝫ
Corpora veſte leuant: et ſucco pinguis oliue
Splendeſcunt:latiqꝫ ineunt certamina diſci.
Quem prius aerias libratū phebus in auras
Miſit:et oppoſitas diſiecit pondere nubes.
Recidit in ſolidam longo poſt tempore terrā
Pondus: et exhibuit iūctam cū viribus artē.
Protinus imprudens actuſqꝫ cupidine luſus
Tollere tenarides orbem properabat. at illuꝫ
Dura repercuſſo ſubiecit in aere tellus
In vultus iacinthe tuos.expalluit eque
Quā puer:ipſe deus: collapſoſqꝫ excipit art⁹:
Et modo te refouet.mō triſtia vulnera ſiccat.
Nunc aīam admotis fugientē ſuſtinet herbis.
Nil proſunt artes.erat immedicabile vulnus.
Ut ſi quis violas riguoqꝫ papauera in horto:
Liliaqꝫ infrigat fuluis herentia virgis:
Marcida demittāt ſubito caput illa grauatū
Nec ſe ſuſtineant: ſpectentqꝫ cacumine terrā:
Sic vultus moriens iacet:et defect[illegible] vigore
Ipſa ſibi eſt oneri ceruix:humeroqꝫ recūbit.
Laberis oebalide prima fraudate iuuenta:
Phebus ait:videoqꝫ tuū mea crimina vuln⁹.
Tu dolor es facinuſqꝫ meū. mea dextera leto

Quod qm̄ fatali lege tenemur.niſi ſubaudiat. Efficere nō poſſum.imꝑfectus erit hic ſenſus.Dij aūt cū natura ſint īmortales:nulla rōne vitā deponere poſſunt. Scripto.litteris.nā in hyacintho flore.ai.ſyllaba gemitū ſignificans bis inſcripta videt. Tametſi quidā aliter ſentientes putanteſꝗ hya ſyllabas in hyacintho flore eſſe inſcriptas:manifeſte decipiant. Fortiſſimus heros.aiax telamonius:vt in tertiodecimo poeta narrat:in hyacinthū fuit cōuerſus. Folioꝗ legat eodē.nā in hyacinthi folijs:vt dixi:ꝑma ſyllaba huius nomis eas:inſcripta videt. Ethia.ſic quidē fere legit. Sicꝗ legendū eſſe quidā ꝓcipiūt:ſed aperte fallunt: cū hia littere nullū gemitū pre ſe ferāt.ee: vo q̄ vox eſt aperte gemitus ſignificatiua legendū eſſe facile contenderim:ꝗuis oia q̄ quidē mihi videre cōtigit exēplaria refragent. Funeſtaꝗ littera. luctuoſe littere quibꝰ in funeribꝰ vtunt. Ducta eſt.ſcripta eſt.nā littere dū ſcribunt duci ꝓprie dicunt. Hinc aūt aperte ēt colligitur.e e.legendū eſſe. He enī eſt vox:qua etiā num in funeribꝰ ⁊ fletibꝰ vti ſolemus. Hyacinthia.feſta in honorē hyacinthi pueri īſtituta. At ſi forte roges.per cōparationē oſtendit orpheus pueros formoſos et dijs placuiſſe:et maximo ornamēto ſuis fuiſſe ciuitatibus.puellas vero contra ⁊ dijs ꝑ ꝗ diſplicuiſſe et maximo ſuas vrbes dedecore affeciſſe. nam ꝓpetides quedam venerē deaʒ eſſe negare auſe non minore ſunt odio ciuibus ſuis:ꝗ ceraſte quidā:q̄ in ara hoſpites imolabant quos vt venus in iuuencos conuertit: ita ꝓpetidas:⁊ ſua corpora:ꝑmas proſtituere coegit:et in ſaxa commutauit. Fecundā amathunta. Amathus vrbs eſt cypri ere abūdans.vn̄ et cyprus ipa amathuſia olim fuit vocata.eſt etiam vrbs laconie. Annuat.nutu affirmet taʒ illas velle genuiſſe,ꝗ eos ceraſtas: q̄ hoſpites imolādo maximo ſibi dedecori fuerunt. Vn̄ etiam nomen traxere ceraſte.keras. vnde ceraſte declinātur cornu dicitur.nā in fronte duo cornua habebant:vnde et cyprus ipſa ceraſtis a quibuſdā fuit appellata. Iouis hoſpiti zeuios a grecis appellat:ꝙ hoſpitijs preſit.vnde Virg. Jupiter hoſpitibus namꝗ te dare iura loquūtur. Lugubris ſceleris.luctuoſi ſceleris q̄ hoſpites decepti necabātur. Amathuſiaces bidentes. Cyprias oues.nam cyprus vt dixi:amathuſia etiam fuit appellata. Ophiuſia arua.cypria. Alludit aūt poeta ad priſcuʒ illius inſule nomen. Ceraſtis nāꝗ etiam cognominata fuit a genere quodam ſerpentis.vel ꝙ multa cornua h̄ eſt montiū vertices habeat. Ophiuſia vero ſerpētina poſſumus interpretari. Gens impia. Ceraſtarum. Fugeꝗ.exilij.

Inſcribenda tuo ē.ego ſuʒ tibi funeris auctor.
Que mea culpa tamen:niſi ſi luſiſſe vocari
Culpa poteſt:niſi culpa pōt et amaſſe vocari:
Atꝗ vtinam pro te vitam tecūꝗ liceret
Reddere:quod qm̄ fatali lege tenemur:
Semper eris mecū:memoriꝗ herebis in ore.
Te lyra pulſa manu.te carmia nr̄a ſonabunt:
Floſꝗ nouꝰ ſcripto gemitus imitabere nr̄os.
Tempus et illud erit:quo ſe fortiſſimꝰ heros
Addat in hunc florem:folioꝗ legatur eodem.
Talia dum vero memorantur apollinis ore:
Ecce cruor qui fuſus humi ſignauerat herbas
Deſinit eſſe cruor:tyrioꝗ nitentior oſtro
Flos oritur:formāꝗ capit quam lilia ſi non
Purpureus color his.argenteus eſſet in illis.
Nō ſatis hoc phebo ē(is enī fuit auctor hono/
Ipſe ſuos gemitus foliis īſcribit.et e e ris)
Flos habet īſcriptū:funeſtaꝗ littera ducta ē.
Nec genuiſſe pudet ſpartē hyacithō honorꝗ
Durat in hoc eui:celebrandaꝗ more priorum
Annua prelata redeunt hyacinthia pompa.
At ſi forte roges fecundā amathūta metallis
An genuiſſe velit propetidas:annuat eque
Atꝗ illos:gemino quōdam quibꝰ aſpa cornu
Frons erat:vnde etiā nomen traxere ceraſte.
Ante fores horum ſtabat iouis hoſpitis ara
Lugubris ſceleris:quā ſi quis ſanguine tinctā
Aduena vidiſſet:mactatos crederet illic
Lactentes vitulos amathuſiacaſꝗ bidentes.
Hoſpes erat ceſus.ſacris offenſa nefandis
Ipſa ſuas vrbes ophiuſiaꝗ arua parabat
Deſere alma venꝰ.ſʒ q̄d loca grata:q̄d vrbes
Peccauere mee:qd̄ dixi crimen in illis:
Exilio penam potius gens impia pendat
Vel nece:vel ſi q̄d mediū eſt mortiſꝗ fugeꝗ.
Idꝗ quid eſſe poteſt:niſi verſe pena figure:
Dū dubitat:quo mutet eos:ad cornua vultuʒ
Flexit:et admonita eſt hec illis poſſe reliqui:

Hyacinthia

Propetides i ſaxa.

Ceraſte in tauros

Toruos. truces. terribiles aſpectu. Sunt tñ obſcene. quãuis inqt ceraſtas in iuuẽcos cõuerterit venus: propetides tñ auſe ſunt eam negare deã eſſe. Obſcene. turpes. Uulgaſſe. ꝓſtituiſſe. Ceſſit. receſſit. Pro quo. ꝓpter quã rem. Numinis ira. veneris indignatiõe. Sanguiſqꝫ iduruit oris. ita durus eſt factus vt nihil erubeſcerent. Paruo diſcrimine. qua differentia. Lapidee nãqꝫ ſtatue videbanᷓ propetidibus ſimiles. Uerſe. fuerant ſubaudiaᷓ. Quas quia pygmalion euũ. Pygmalion quidã flagitijs propetidũ offenſus vitã celibẽ exigere decreuit. ſed ex ebore virginis ſimulacrũ adeo fabre effinxit. vt perinde atqꝫ ſi viua eſſet: illius amore caperetur Quare venerẽ orauit: vt ſibi talem cõcederet vxorem. Uenus autem pluſqꝫ petebaᷓ: effecit. Nam ſtatue illi: quã in lecto pygmalion collocauerat: aĩam inſpirauit: nubileqꝫ etatem donauit. ex ĩſperato igiᷓ pygmalion voti cõpos factus ex ea paphũ ſuſtulit: a quo et ĩſula et vrbs paphos fuit appellata Sine cõiuge celebs. alterum ex altero pendet. ꝗ enĩ vxore caret celebs viuit ⁊ ꝗ celibem ducit vitã: vxorem non hꝫ celebs autẽ dr̃ quaſi celeſtem vitã agens. Thalami cõſorte. vxore. Qua femina naſci nulla poteſt. Pulcherrimã fuiſſe illam ſtatuã intelligimus vt ꝗ ne a natura quidem poſſet ſuperari. Et ſi non obſtet reuerẽtia. Acute elegãterqꝫ hoc dictũ eſt. nã virgines bene educate pre pudore in virorũ conſpectu vix audent ſe mouere. Ea igiᷓ ſtatua non ꝙ eburnea eſſet: ſed pudore quõdã virginibꝰ inſito ĩmobilis videbaᷓ. Ars adeo latet: vt viua videreᷓ: non ex ebore cõfecta. Arte ſua miraᷓ. ſtatuã ſubaudiamꝰ. Simulati corporis. in ſil'itudinẽ virginis effecti. Nec adhuc ebur eẽ fateᷓ. Quis tãgat ſtatuã eburneãqꝫ eẽ ſentiat: ſibi tñ eburneã eſſe perſuadere non põt adeo viua videbaᷓ. Inſidere. iherere. infigi ac ſubſidere ſicvt mẽbra digitis cederãt. Et metuit ꝓſſos veniat ne liuor ĩ artꝰ. Et timet inqt ne mẽbra manu preſſa liuorẽ et nigra ꝗdã ſigna cõcipiãt. Liuor aũt eſt illud ſignũ ſubnigrũ qd̓ in corpore ꝑcuſſo videri ſolet cui qñ inuidorũ color ſil'is eſt. liuor ꝓ inuidia ſepenũero poniᷓ. Heliadũ lachrymas. ſuccina: ꝗ e populis ĩ quas ſorores phaethõtis ꝯuerſas fuiſſe narrauit poeta defluere dñr. Bacce. vniones. Concha ſidonide. purpura tyria. Tota cypro. ꝑ totã cyprũ. veneri nãqꝫ dicata eſt cyprus ĩſula cilicie ſyrieqꝫ obiecta: quondã nouẽ regnorũ ſedes: varijs quidẽ noĩbꝰ appellata. nã ⁊ atamãtida et ceraſtin: et aſpeliã ⁊ amathuſã ⁊ macarã ⁊ crypton et coliniã Pliniꝰ ſcribit fuiſſe appellatã. Cyprus aũt dicta ẽ a cypro cinyre filia: vl' a cypero flore. vel vt Aſtynomꝰ ſcri. q2 priꝰ cryptos appellata fuit eo ꝙ ſepenũero a mari fuit occultata: deinde r. littera abiecta cypros vocata. Blandis cornibus. non infeſtis: ſed mitibus. cornua autem victimarum inaurari ſolebant.

Eburnea ſtatua ĩ virginem

Grãdiaqꝫ ĩ toruos trãſformat mẽbra iuuẽcos.
Sunt tñ obſcene venerem propetides auſe
Eſſe negare deam: pro qua ſua numinis ira
Corpora cum forma prime vulgaſſe feruntur.
Utqꝫ pudor ceſſit: ſanguiſqꝫ induruit oris:
In rigidum paruo ſilicem diſcrimine verſe.
Quas quia pygmalion euũ ꝑ crimina agẽtes
Uiderat: offenſus vitiis: que plurima menti
Feminee natura dedit: ſine coniuge celebs
Uiuebat: thalamiqꝫ diu conſorte carebat.
Interea niueum mira feliciter arte
Sculpſit ebur: formãqꝫ dedit: qua femia naſci
Nulla poteſt: operiſqꝫ ſui concepit amorem.
Uirginis eſt vere facies: quam viuere credas:
Et ſi non obſtet reuerentia: velle moueri.
Ars adeo latet. arte ſua miratur: ⁊ haurit
Pectore pygmaliõ ſimulati corporis ignes.
Sepe manus operi tẽptantes admouet: an ſit
Corpꝰ. an illud ebur. nec adhuc ebur eẽ fateᷓ.
Oſcula dat: reddiqꝫ putat: loquiturqꝫ tenetqꝫ.
Et credit tactis digitos inſidere membris.
Et metuit: preſſos veniat ne liuor in artus.
Et mõ blãditias adhibet. modo grata puelliſ
Munera fert illi conchas: tereteſqꝫ lapillos:
Et paruas volucres: et flores mille colorum
Lilia: perpictaſqꝫ pilas: et ab arbore lapſas
Heliadũ lachrymas: ornat quoqꝫ veſtibꝰ artꝰ
Dat digitis gẽmas. dat longo monilia collo.
Aure leues bacce. redimicula pectore pẽdẽt.
Cũcta decent. nec nuda minus formoſa videᷓ.
Collocat hanc ſtratis concha ſidonide tictis.
Appellatqꝫ tori ſociam: acclinataqꝫ colla
Mollibus in plumis tanqꝫ ſenſura reponit.
Feſta dies veneris tota celeberrima cypro
Uenerat: et blandis indute cornibus aurum
Conciderant icte niuea ceruice iuuence:

Thuraqꝫ fumabāt: cū munere funct⁹ ad aras
Conſtitit: ⁊ timide. ſi dii dare cuncta poteſtis:
Sit coniunx opto: non auſus: eburnea virgo:
Dicere pygmalion: ſimilis mea dixit eburne.
Senſit vt ipſa ſuis aderat venus aurea feſtis:
Uota quid illa velint: ⁊ amici numinis omen
Flāma ter accenſa eſt: apicēqꝫ per aera duxit.
Ut rediit: ſimulacra ſue petit ille puelle:
Incūbenſqꝫ toro dedit oſcula. viſa tepere eſt.
Admouet hos iterū: manib⁹ quoqꝫ pectora tē-
Tēptatū molleſcit ebur: poſitoqꝫ rigore (ptat
Subſedit digitis: ceditqꝫ: vt hymetia ſole
Cera remolleſcit: tractataqꝫ pollice multas
Flectitur in facies: ipſoqꝫ fit vtilis vſu.
Dū ſtupet: et dubie gaudet: falliqꝫ veretur:
Rurſ⁹ amās: rurſuſqꝫ manu ſua vota retractat
Corpus er[a]t. ſaliunt temptate pollice vene.
Tum vero paphius pleniſſima cōcipit heros
Uerba: quib⁹ veneri grates ag[i]t: oraqꝫ tandē
Ore ſuo non falſa premit. dat[a] oſcula virgo
Senſit: ⁊ erubuit: timidūqꝫ ad lumina lumen
Attollens pariter cum celo vidit amantem.
Cōiugio qꝺ fecit adeſt dea: iāqꝫ coactis
Cornibus in plenum nouies lunaribus orbē
Illa paphū genuit: de quo tenet inſula nomē.
Editus et ille eſt: qui ſi ſine ꝓle fuiſſet:
Inter felices cinyras potuiſſet haberi.
Dira canā. ꝓcul hinc nate. ꝓcul eſte parētes.
Aut mea ſi veſtras mulcebunt carmia mētes:
Deſit ni hac mihi ꝑte fides. nec credite factū.
Uel ſi credetis: facti quoqꝫ credite penam.
Si tū admiſſum ſinit hoc natura videri:
Gentibus iſmariis et noſtro gratulor orbi.
Gratulor huic terre: qꝺ abeſt regionibus illis:
Que tantū genuere nefas. ſit diues amomo
Cinnamaqꝫ coſtūqꝫ ſuam ſudataqꝫ ligno
Thura ferat: floreſqꝫ alios pachaica tellus:
Dū ferat ⁊ myrryā. tanti noua non fuit arbor.
Ipſe negat nocuiſſe tibi ſua tela cupido
Myrrha: faceſqꝫ ſuas a crimine vindicat iſto.
Stipite te ſtygio tumidiſqꝫ afflauit echidnis
E tribus vna ſoror. ſcelus eſt odiſſe parentē.
Hic amor eſt odio maius ſcelus. vndiqꝫ lecti

Munere. ſacrificio. Ad aras. apud altaria. Uenus aurea. pulchra. Et amici numinis omen Flāma ter accēſa eſt. ordo eſt. ⁊ flāma ter accēſa eſt omen amici ⁊ ꝓpicij numinis. Apicem. ſcintillam. Subſedit. cedit. Ut hymetia cera. hymetus attice mōs eſt optimi mellis fertiliſſimus. Corpus erat. ꝓprie dixit. naꝫ corpus viuū ꝓprie vocat. caro autē mortua: vt ꝗ a cadendo ſit dicta. Saliunt. mouent. Paphius heros. cyprius pygmalion. Uerba pleniſſima. copioſiſſima. ornatiſſima. Ora nō falſa. veram faciem. De ꝗ tenet inſula nomen. nā cyprus dicta eſt etiā paphos a papho pygmalionis filio. Editus ⁊ ille eſt. Cyniras pygmalionis fili⁹ myrrham genuit: ꝗ nefando patris amore capta: nutricis opa cū eo inſcio concubuit: adonēqꝫ cōcepit: qꝺ cū reſciuiſſet pater: ſtricto enſe filiā ꝑſequi cepit. illa vero fugiens in arabiaꝫ vſqꝫ peruenit: vbi longo errore feſſa deorū miſeratione in arborem ſui noīs fuit mutata. Inter felices. nā cypriorū rex fuit in ꝑmis potens. Aut mea ſi veſtras. aut inꝗt ſi mea carmia vos delectabūt: nolite credere ea fuiſſe facta: ꝗ hoc loco ſcribent de myrrha cinyre filia. Si tū admiſſuꝫ. bene dubitat poeta an tantuꝫ ſceleris fuerit cōmiſſum. nā contra naturā eſſe videt: vt liberi parentes flagitioſe: ac vſqꝫ ad coitū amēt. Gentib⁹ iſmarijs. Papho
tracijs. Nro orbi. thracie. nā Orpheus thrax fuit. Abeſt. remota ē. Sit diues amomo. Amomū herba eſt ſuauiſſimi odoris non in arabia mō: ſed in pōto ar- Myrrha i
meniaqꝫ naſcens: vt Pli. ſcribit. Cin- arborem
nama. cinnamū herba eſt medica. qua arabia felix maxime cōmendatur. Coſtūqꝫ ſuam. coſtus frutex eſt grati odoris in arabia naſcens. Sudata thura. per ſudorem quodammodo emiſſa. Thurifera autem regio eſt ſabea. Pāchaica tellus. panchea regio apud ſabeos: in qua thurifere arbores naſcuntur. Unde Uirgili. Totaqꝫ thuriferis panchaia pinguis ariſtis. Tanti noua non fuit arbor: vt pater cum filia coire debuerit. Uindicat. liberat. E tribus vna ſoror. vna ex tribus furijs Tiſiphone alectoue aut megera. Undiqꝫ lecti proceres. electi principes.

Ad thalami certamen. ad nuptias tu=
as certatim petendas aduenit. Dū nō
ſit ex omnibus vnus. hoc eſt vno patre
excepto quē vis ex omnibus elige. Si
tñ hoc ſcelus eſt. myrrha amore victa
dubitat an ſit nephas cum patre coire.
Init pecudes. cū pecudibus coit. nam
inire cū accuſatiuo iunctū aīal ſignifi=
cāte coire ſignificat. Felices q̇bus iſta
licent. Ex nimio ardore iſta ꝓuenit ex=
clamatio: que myrrha et brutorum vi=
tam cōmendat et ciuilem deteſtatur vt
difficilem et duram. Inuida iura. q̄ hu
mano generi iuidere videntur: ne his q̄
a natura permittuntur: frui poſſit. Ne=
gant. prohibent. Gentes tñ eſſe ferun=
tur. Hi ſunt troglodyte varieqꝫ ethio=
pum nationes: qui ⁊ vxores habent cō
munes et brutorū more viuunt. Spes
interdicte. legibus ꝓhibite. Remittit.
permittit. Cinyre cōcūbere poſſem. cū
cynira. greca enim loquendi eſt figura
Nunc quia iam meus eſt. pater. Non
eſt meus. non poteſt eſſe meus maritꝰ
Eſt mihi proximitas. conſanguinitas
ipſa mihi obeſt. Malus ardor. turpis
amor. Amantem. me ſubaudiamus.
Si nil conceditur vltra. coitum innuit.
hoc eſt ſi mihi cū eo concūbere non li=
cet: que eſt vltima amoris linea. Ultra
autem. ſeipſam increpat Myrrha: ꝙ
coire cū patre affectet: quo quidē mo=
do et iura conſanguinitatis et nomina
confunderentur. nam filia id qđ eſt ne
fandiſſimum: et matris pellex eſſet et
adultera patris. eſſet preterea filiorum
et ſoror et mater: qđ penitus cōſangui
nitatis nomina confundit. Sacro an=
gue. execrandis anguibus et viperis.
Crinitas ſorores. eumenidas furias.
Se autem ipſam myrrha reprehendit
ꝙuis ab alio īcrepari videatur. Uelle
puta. te ſubintelligamus. non patrem:
vt quidam. Res ipſa. rei turpitudo.
Memor moris. iuris et honeſti. Simi
lis furor eſſet in illo. vt quid iura velint
obliuiſceretur. Nominibus dictis. expo=
ſitis procorum nominibus.

Te cupiunt proceres: totoqꝫ oriente iuuentus
Ad thalami certamen adeſt. ex omnibus vnū
Elige myrrha virū: dū nō ſit ex omnibus vnꝰ.
Illa quidem ſentit: fedoqꝫ repugnat amori.
Et ſecū. quo mente feror: quid molior īquit:
Dii precor et pietas ſacrataqꝫ iura parentum
Hoc prohibete nefas: ſcelerique reſiſtite noſtro:
Si tñ hoc ſcelus eſt. ſed enim damnare negat
Hanc venerem pietas: coeūtqꝫ animalia nullo
Cetera delicto. nec habetur turpe iuuence
Ferre patrem tergo. fit equo ſua filia cōiunx.
Quaſqꝫ creauit: init pecudes caper: ipſaqꝫ cuiꝰ
Semine concepta eſt: ex illo concipit ales.
Felices quibus iſta licent. humana malignas
Cura dedit leges: ⁊ quod natura remittit:
Inuida iura negant. gentes tñ eſſe feruntur:
In quibus ⁊ nato genitrix: et nata parenti
Iungitur: ⁊ pietas geminato creſcit amore.
Me miſeram: ꝙ non naſci mihi contigit illic:
Fortunaqꝫ loci ledor. q̇d in iſta reuoluor:
Spes interdicte diſcedite. dignus amari
Ille: ſed vt pater eſt. ergo ſi filia magni
Nō eſſem cinyre: cinyre concūbere poſſem:
Nunc q̄ iam meus eſt: non eſt meꝰ. ipſaqꝫ dāno
Eſt mihi proximitas. aliena potentior eſſem.
Ire libet ꝓcul hinc: patrieqꝫ relinquere fines:
Dū ſcelus effugiā. retinet malꝰ ardor amātē:
Ut preſens ſpectem cinyrā: tangāqꝫ loquarqꝫ:
Oſculaqꝫ admoueā: ſi nil conceditur vltra.
Ultra aūt ſperare aliquid potes impia virgo:
Et quod confundas et iura et nomina ſentis:
Tu ne eris et matris pellex: et adultera p̄ris:
Tu ne ſoror nati: genitrixqꝫ vocabere fratris:
Nec metues ſacro crinitas angue ſorores:
Quas facibus ſeuis oculos atqꝫ ora petentes
Noxia corda vident: at tu dū corpore non es
Paſſa nefas: animo ne concipe: ne ve potētis
Concubitu vetito nature pollue fedus.
Uelle puta. res ipſa vetat. pius ille: memorqꝫ
Moris. et o vellem ſimilis furor eſſet in illo.
Dixerat. at cinyras quē copia digna procorū
Quid faciat dubitare facit: ſcitatur ab ipſa
Nominibus dictis: cuius velit eſſe mariti.

Illa ſilet primo:patriſqꝫ in vultibus herens
Eſtuat:et tepido ſuffundit lumina rore.
Virginei cinyras hec credens eſſe timoris:
Flere vetat:ſiccatqꝫ genas:atqꝫ oſcula iungit.
Myrrha datis nimiū gaudet:cōſultaqꝫ qualē
Optet habere virū:ſimilem tibi dixit.at ille
Non intellectam vocem collaudat:et eſto
Tam pia ſemper ait.pietatis nomine dicto:
Demiſit vultus ſceleris ſibi conſcia virgo.
Noctis erat mediū:curaſqꝫ ⁊ corpora ſomnus
Sol vetat.at virgo cinyreia peruigil igne
Carpitur indomito:furioſaqꝫ vota retractat.
Et modo deſperat.mō vult tēptare:pudetqꝫ.
Et cupit:⁊ quid agat non inuenit.vtqꝫ ſecuri
Saucia trabs igēs:vbi plaga nouiſſima reſtat
Quo cadat in dubio eſt:omniqꝫ a parte timet̃:
Sic animus vario labefactus vulnere nutat
Huc leuis atqꝫ illuc:momētaqꝫ ſumit vtroqꝫ.
Nec modus ⁊ reqēs:niſi mors reperit̃ amoris
Mors placet.erigit̃:laqueoqꝫ īnectere fauces
Deſtinat.et zona ſummo de poſte reuincta
Care vale cinyra.cauſamqꝫ intellige mortis:
Dixit:et aptabat pallenti vincula collo
Murmura verborum fidas nutricis ad aures
Perueniſſe ferunt limen ſeruantis alumne.
Surgit anus:reſeratqꝫ fores:mortiſqꝫ parate
Inſtrumenta videns ſpatio conclamat eodē.
Seqꝫ ferit:ſcinditqꝫ ſinus:ereptaqꝫ collo
Vincula dilaniat.tum demiqꝫ flere vacauit.
Tū dare ꝯplexus:laqueiqꝫ requirere cauſam.
Muta ſilet virgo:terrāqꝫ immota tuetur.
Et deprenſa dolet tarde conamina mortis.
Inſtat anus canoſqꝫ ſuos et inania nudans
Vbera:per cunas alimētaqꝫ prima precatur:
Vt ſibi cōmittat.quicquid dolet: illa rogantē
Auerſata gemit.certa eſt exquirere nutrix.
Nec ſolam ſpondere fidem. dic inquit:opēqꝫ
Me ſine ferre tibi.nō eſt mea pigra ſenectus.
Seu furor eſt:habeo qd̄ carmīe ſanet ⁊ herbis.
Siue aliquis nocuit.magico luſtrabere ritu.
Ira deum ſiue eſt:ſacris placabimus iram.
Quid rear vlterius: certe fortuna domuſqꝫ
Soſpes ab icurſu ē.viuūt genitrixqꝫ paterqꝫ.

Tepido rore.tepidis lachrymis. Hec credens.ſigna ſubaudiamꝰ. Datis.oſculis.Cōſulta.interrogata.Non itellectaꝫ vocē.Figurā qua myrrha ſe patris amore captam inuerat patri reſpōdens ſe illi maritū ſimilē habere velle. Demiſit vultus.demiſit oculos in terrā Carpit̃.cruciat̃.Igne indomito.amore quē domare ac vincere non poterat. Furioſa vota retractat.furioſam cupiditatem cū patre coeūdi reſumit ⁊ animo reuoluit.Eleganter aūt vt oīa poeta exprimit puelle amore ardentis cogitationes atqꝫ affectus. Saucia.ꝑcuſſa ſecuribus.Trabs igens.maxima arbor.Hac aūt ſimilitudine oſtēdit poeta quāta in ambiguitate foret animus myrrhe.Vbi plaga nouiſſima.qñ vltimus ictus reſtat. Quo cadat.in quam partē cadat:anteriorē an poſteriorem: dextrā an ſiniſtrā.Vario vulnere.vario affectu. Vtroqꝫ.in vtrāqꝫ ꝑtem. Nec modus.finis ac terminus.Deſtinat.deliberat.Zona.cingulo.De ſummo poſte.de ſummitate hoſtij.Reuincta:religata. Care vale cinyra:amatorie myrrha cinyram noīe ꝓprio appellat. Patris enī nomen odio habebat:vt qd̄ ſibi eſſe īpedimento putabat: ne optato cōcubitu potiret̃. Pallēti collo.hypallage eſt.ipſa enī myrrha palleſcens intelligit̃. Seruantis.cuſtodientis.Reſerat.aperit. Sciditqꝫ ſinus.veſtiū ſubaudiatur.id aūt ī magnis dolorībꝰ fieri cōſueuit. Tū deniqꝫ flere vacauit.hoc eſt poſteaqꝫ vincula dilaniauit:tum tādem flēdi tempus habuit nutrix.Muta ſilet virgo.tanqꝫ muta.Tuet̃.aſpicit id qd̄ indignantes dolenteſqꝫ facere ſolent.Et deprenſa dolet tarde conamina mortis:hoc eſt myrrha dolet conatus mortis a nutrice deprehēſos fuiſſe et intellectos. Proprie autem minus honeſta deprehendi dicuntur. Vt ſibi cōmittat.vt ſibi reuelet.Auerſata.aſpernata cum quadam vultus auerſione. Nec ſolam ſpondere fidem. nec ſolam fidem ꝓmittere:ſed etiam opem ⁊ auxilium.Me ſine.me permitte.Seu furor eſt.inſanus amor.Siue aliquis nocuit.carminibus et incantationibus. Luſtrabere.purgaberis.

Propoſitiqꝫ tenax.in ꝓpoſito perſeuerans anus. Ut ipſi.ſibi in ſoluta diceretur oratione. Furibunda.furẽti ſimilis.virginis aũt amantis decorũ pulchre ſeruat poeta. Solent enĩ quo vehementius qđ appetunt virgines amore capte:eo magis diſſimulare. Inſtanti.nutrici ſubaudiat. Et indiciũ laquei.hoc ẽ minatur ſe idicaturam patri:ꝙ ſe ſuſpendere voluerit myrrha. Et officiũ ſpondet.auxiliũ promittit. Obortis.ſubito natiſ Et o dixit felicem coniuge matrem. Figurata orõne vtitur myrrha:quo honeſtius amorem ſuũ in patrem nutrici confiteatur. Eſt aũt emphaſis:cũ ex aliquo dicto latens aliquid eruitur:vt apud Virgili. Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam Degere more fere. Qꝫqꝫ enim vt ſcribit Quintilia.de matrimonio queritur Dido:tñ huc erupit eius affectus vt ſine thalamis vitam hoĩm non putet:ſed ferarum. Hac vero figura ea ſignificare ſolemus:que ſi aperte dicerentur minꝰ decerent:turpiaqꝫ viderentur. Hactenus.locuta eſt ſubintelligatur. Et gemuit. gemitum et ſuſpirium emiſit. Senſit enim.hoc eſt cognouit nefandum myrrhe amorem. Eſt aũt parentheſis cauſam ſignificans. Stetit hirta.erecta eſt. Addidit.dixit. Excuteret.expelleret.ex animo eijceret. Diros amores.tetros ac turpes. Scit ſe nõ falſa moneri.hoc eſt cognoſcit ea q̄ a nutrice dicuntur eſſe vera. Potiere tuo. hic eſt diſtinguendum.nam nutrix non eſt auſa dicere parente impedita pudore. Numine.iureiurando. Feſta pie cereris.theſmophoria a grecis ſacra cereris appellantur:que quidẽ tanta caſtitate per decem dies:vt ſcribit Diodorus:celebrabantur:quantã inuenti frumenti donum poſtulabat. Sacra autẽ cereris cum proſerpine ſacrificijs confudiſſe videtur poeta.cereri nãqꝫ ſacrificabant priſci:decẽqꝫ dies feſtos agebant:cum ſemen in terram iactabatur: quibus quidem diebus conuicijs inuicem vti conſueuere.vti dee dolor ex filie raptu conceptus riſu ac verborum ſcurrilitate mitigaretur. Proſerpine vero meſſis tempore ſacra faciebant:quo quidem tempore coronas ſpiceas ex frugũ ꝓmitijs dee dicabãt. Velate corpora.velata corpora habentes et tecta Niuea veſte.candida quali in ſacris cereris vtebantur matrone ad ſignificandam animi puritatez. In vetitis.inter vetita ac legibus prohibita. Male ſedula.ad malum ſtrenua.

Myrrha patre audito ſuſpiria duxit ab imo
Pectore.nec nutrix etiam nunc concipit vllũ
Mente nefas:aliquẽqꝫ tñ preſentit amorem.
Propoſitiqꝫ tenax:quodcũqꝫ eſt orat:vt ipſi
Indicet:et gremio lachrymantem tollit anili.
Atqꝫ ita cõplectens infirmis mẽbra lacertis:
Senſimꝰ inq̃t amas:⁊ ĩ hoc mea(pone timorẽ)
Sedulitas erit apta tibi.nec ſentiet vnqꝫ
Hoc pater.exilut gremio furibũda toroqꝫ
Ore premens deſcede ꝓcor:miſeroqꝫ pudori
Parce ait:inſtanti deſcede:aut deſine dixit.
Querere q̃d doleã.ſcelus ẽ:q̃d ſcire laboras.
Horret anus:tremulaſqꝫ manꝰ ãniſqꝫ metuqꝫ
Tendit:⁊ añ pedes ſupplex ꝓcumbit alumne:
Et modo blanditur.modo ſi non conſcia fiat:
Terret:et indiciũ laquei cepteqꝫ minatur
Mortis:⁊ officium commiſſo ſpondet amori.
Extulit illa caput:lachrymiſqꝫ ĩpleuit obortiſ
Pectora nutricis:conataqꝫ ſepe fateri:
Sepe tenet vocem:pudibũdaqꝫ veſtibus ora
Texit.et o dixit felicem coniuge matrem.
Hactenus:⁊ gemuit:gelidos nutricis ĩ artus
Oſſaqꝫ(ſenſit enĩ)penetrat:tremor albaqꝫ toto
Vertice canicies rigidis ſtetit hirta capillis.
Multaqꝫ vt excuteret diros ſi poſſet amores:
Addidit.at virgo ſit ſe non falſa moneri.
Certa mori tamen eſt: ſi non potiatur amore.
Viue ait hec.potiere tuo:non auſa parente
Dicere conticuit:promiſſaqꝫ numine firmat.
Feſta pie cereris celebrabant annua matres:
Illa quibus niuea velate corpora veſte
Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.
Perqꝫ nouẽ noctes venerem tactuſqꝫ viriles
In vetitis numerant.turba cinyreis in illa
Regis adeſt cõiunx arcanaqꝫ ſacra freq̃ẽtat.
Ergo legitima vacuus dũ coniuge lectus:
Nacta grauẽ vino cinyrã male ſedula nutrix
Nomine mentito veros exponit amores:

Et faciem laudat: queſitis virginis annis:
Par ait ē mirrhe: quā poſtq̄ adducere iuſſa ē:
Utqꝫ domū redijt: gaude mea dixit alumna:
Uicimus. infelix non toto pectore ſenſit
Leticiam virgo. preſagaqꝫ pectora merent:
Sed tñ ⁊ gaudet. tanta eſt diſcordia mentis.
Tempus erat quo cuncta ſilent: iterꝗ triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone bootes.
Ad facinus venit illa ſuum. fugit aurea celo
Luna. tegunt nigre latitantia ſidera nubes.
Nox caret igne ſuo. primus tegis icare vultꝰ:
Erigoneꝗ pio ſacrata parentis amore.
Ter pedis offenſi ſigno ē reuocata. ter omen
Funereus bubo letali carmine fecit.
It tñ: ⁊ tenebre minuūt noxꝗ atra pudorem.
Nutriciſꝗ manū leua tenet. altera motu
Cecū iter explorat. thalami iā limina tangit.
Iāꝗ fores aperit. iam ducitur intus. at illi
Poplite ſucciduo genua intremuere: fugitꝗ
Et color et ſanguis: animuſꝗ reliquit eūtem.
Quoꝗ ſuo ꝓpior ſceleri ē: magis horret: ⁊ au
Penitet: ⁊ vellet nō cognita poſſe reuerti. (ſi
Contantem longeua manu deducit: et alto
Admotam lecto cum traderet: accipe dixit:
Iſta tua eſt cinyra: deuotaꝗ pectora iunxit.
Accipit obſceno genitor ſua viſcera lecto
Uirgineoſꝗ metus leuat: hortaturꝗ timentē.
Forſitan etatis quoꝗ nomine filia dixit.
Dixit et illa pater: ſceleri ne nomina deſint.
Plena patris thalamis excedit: et impia diro
Semina fert vtero: conceptaꝗ crimina portat.
Poſtera nox facinꝰ geminat: nec finis in illa ē.
Cū tandē cinyras auidus cognoſcere amantē
Poſt tot concubitus: illato lumine vidit
Et ſcelus et natam: verbiſꝗ dolore retētis
Pendenti nitidum vagina deripit enſem.
Myrrha fugit: tenebriſꝗ ⁊ cece mūere noctis
Intercepta neci eſt: latoſꝗ vagata per agros
Palmiferos arabas pancheaꝗ rura reliquit.
Perꝗ nouem errauit redeuntis cornua lune:
Cum tandem terra requieuit feſſa ſabea.
Uixꝗ vtere portabat onus. tum neſcia voti
Atꝗ inter mortiſꝗ metus et tedia vite

Queſitis annis. a Cinyra. Par ait eſt myrrhe. equalis ⁊ tot annos: quot myrrha eſt nata. Uicimus. optinuimus id qđ tantopere optas. Preſaga pectora malorū ſubaudiatur. Tāta eſt diſcordia mentis. vt ſimul et gauderet ⁊ mereret myrrha. Eſt autem acclamatio in myrrhe leuitatem. Tempus erat intempeſtam noctē deſcribit ac mediā que ꝙ cuncta ſileant: conticiniū vocat. Inter triones. ſtelle ſunt ad polum arcticum triones qui a numero ſeptētriones vocantur. Bootes. ſidus eſt qui et arctophilax appellatur. Aurea luna. pulchra et nitida. Sidera latitantia. ne tñ ſcelus aſpicerent. Igne ſuo. ꝓprijs ſiderum luminibus. Primus tegis icare vultus. ne tantum ſcelus aſpiceres. Icari aūt erigoneſꝗ filie hiſtoria fuit nobis expoſita. nā erigone in Icarum patrē adeo pia fuit: vt cū euz a ruſticis interemptum comperiſſet mori omnino decreuerit: ſed miſeratione deorū ambo inter ſidera fuere collocati. Ter pedis offenſi. ter eni cum ad cubiculū patris duceretur pedes offendit: id qđ eam a tāto ſcelere reuocare videbatur. Funereus bubo. funeſtus. eſt aūt auis peſſimi ominis. Cecum iter. obſcurū. Morem aūt exprimit in tenebris ambulantium. Iam ducitur intus. aduerbium loci pro aduerbio ad locū eſt poſitum. Intro enim duci quis dicitur. Poplite ſucciduo. qui cadenti ſimilis erat. Eleganter aūt exprimit geſtū timide virginis aliquid ſceleris aggreſſure. Magis horret. validius timet. Lōgeua. nutrix vetula. Deuota pectora. deteſtata. execrata. Sua viſcera. ſuā filiam quā ex ſuis viſceribus genuerat. Etatis noīe. ratione etatis. nam cinyras ſenex erat. Ne nomina. pia et omni veneratione digna ſubaudiatur. Plena patris. ſemine ſubaudiatur. hoc eſt grauida ex patre facta. Auidus cognoſcere. cupidus cognoſcendi. Deripit. extrahit. Intercepta. erepta. Palmiferos arabas. apud quos multe palme naſcuntur. Panchea rura. arabica. eſt eni panchaia regio arabie felicis. Per nouē cornua. per nouem menſes. Terra ſabea. ſabei populi ſunt arabie felicis: apud quos thus myrrhaꝗ abūde naſcuntur. Neſcia voti. quid cuperet ignara.

Eſt tales complexa preces. apprehen-
dit tales preces. Patetis cōfeſſis. hoc
eſt ſi exauditis confitentes ſua crimia.
Ambobus regnis. et viuorum et mor-
tuorum. Mutate mihi. transformate.
Optat enī vt in aliam transmuteꝛ̄ figu
ram ſic vt neqꝫ viuat neqꝫ moriaꝛ̄. Ul-
tima vota. vltime preces. Suos deos.
propitios. Porrigitur. ꝑtenditur. pro
longaꝛ̄. Firmamina. firmamenta atqꝫ
fundamenta. Oſſaqꝫ robur agunt. hoc
eſt oſſa lignū efficiunꝛ̄: in lignūqꝫ craſ-
ſius cōuertūtur. In paruos digiti. eūt
ſubaudiatur. eſt eī protozeugma. Du-
ratur cortice pellis. hoc eſt pellis in du
rum corticem cōmutatur. Grauem vte
rum. grauidum. nondum enī pepere-
rat. Obruerat. texerat. operuerat. Non
tulit illa moram. hoc eſt non potuit ex
pectare: vt cortex collum caputqꝫ ope
riret: ſed creſcēti cortici caput ſummit-
tens occurrit faciēqꝫ occultauit. Cum
corpore. cum carne. Uenienti ligno. ſuc
creſcēti. Subſedit. ſummiſit ſe. Flet tm̄
hoc ad naturā arboris myrrhe referꝛ̄.
ſponte nāqꝫ ſudat: vt ſcribit Pli. etiaꝫ
anteq̄ꝫ incidaꝛ̄. gutte aūt ille que ex ar
bore cadunt: ſtacte vocanꝛ̄: que ī omni
myrrhe genere obtinent principatum.
multa vero ſunt myrrhe genera: de q̇-
bus copioſe Pli. ſcribit. Eſt honor et
lachrymis. precium. At male cōceptꝰ.
Adonis ex inceſto patris ac filie coitu
natus in tantā creuit pulchritudinem:
vt eius amore venus capereꝛ̄: q̊ cum vt
diutius eſſe poſſet: vna cū illo venatio
nibus indulgebat: precipueqꝫ fugaciū
aīaliū. Feras aūt natura armatas vita
bat: adoniqꝫ vt ſibi ab illis caueret ad-
monebat. Ille vͦo glorie ſuauitate mo
tus aprū excipere auſus ab eo fuit in-
teremptus. qđ cū venus reſciuiſſet: in
purpureū florem illum cōmutauit. At
male. ſcelerate. Exereret. egereret. Tē
dit. extendit ac diſtantiam reddit. Hu
met. madeſcit. Uerba puerpera. hoc ē
puerperio ꝑfutura. Arbor agit rimas
ſcindiꝛ̄ atqꝫ aperiꝛ̄. Onus viuū. puerū
viuū. Lachrymis parentis. periphra-
ſis eſt myrrhe q̄ ab arbore ſtillat: gut-
tatiqꝫ cadit: vt lachrymare videaꝛ̄. Li-
uor q̊z. inuidia. eximia aūt maxime eſt
facies: q̄ ab inuidis q̊z laudaꝛ̄. Amorū.
cupidinū qui nudi cū pharetris pingū
tur. Matris ignes. amores. furoreſqꝫ
Myrrhe matris: Nāqꝫ pharetratus.
cupido pharetra ornatus.

Eſt tales cōplexa preces. ſi qua patetis
Numina confeſſis: merui: nec triſte recuſo
Supplicium. ſed ne violem viuoſqꝫ ſuperſtes:
Mortuaqꝫ extinctos: ambobꝰ pellite regnis.
Mutateqꝫ mihi vitamqꝫ necemqꝫ negate.
Numen confeſſis aliquod patet. vltima certe
Uota ſuos habuere deos. nam crura loquētis
Terra ſuperuenit: ruptoſqꝫ obliqua ꝑ vngues
Porrigitur radix longi firmamina trunci:
Oſſaqꝫ robur agūt: mediaqꝫ manēte medulla
Sāguis it ī ſuccos. ī magnos brachia ramos.
In paruos digiti. duratur cortice pellis.
Iāqꝫ grauē creſcens vterū precinxerat arbor.
Pectoraqꝫ obruerat: collūqꝫ operire parabat
Non [illegible]it illa moram: venientiqꝫ obuia ligno
Subſedit. merſitqꝫ ſuos in cortice vultus.
Que q̄q̄ꝫ amiſit veteres cum corpore ſenſus:
Flet tm̄: et tepide manant ex arbore gutte.
Eſt honor et lachrymis: ſtillataqꝫ cortice mir (rha
Nomen herile tenet: nulloqꝫ tacebiꝛ̄ euo.
At male cōceptus ſub robore creuerat īfans:
Querebatqꝫ viam: qua ſe genitrice relicta
Exereret. media ḡuidus tumet arbore vēter.
Tēdit onus matrē. neqꝫ habēt ſua verba dolo (res.
Nec lucina pōt parientis voce vocari.
Nitenti tm̄ eſt ſimilis: curuataqꝫ crebros
Dat gemitꝰ arbor: lacrymiſqꝫ cadētibꝰ humet
Conſtitit ad ramos mitis lucina dolentes:
Admouitqꝫ manus: et verba puerpera dixit.
Arbor agit rimas: et ſciſſo cortice viuum
Reddit onꝰ. vagitqꝫ puer: quē mollibꝰ herbis
Naiades impoſitū lachrimis vnxere parētis.
Laudaret faciem liuor quoqꝫ. qualia nāqꝫ
Corpora nudorum tabula pinguntur amor:
Talis erat: ſed ne faciat diſcrimina cultus:
Aut huic adde leues: aut illis deme pharetraſ
Labitur occulte: fallitqꝫ volatilis etas:
Et nihil eſt annis velocius. ille ſorore
Natus auoqꝫ ſuo: qui cōditus arbore nuper:
Nuper erat genitus: mō formoſiſſimus īfans.
Iaꝫ iuuenis. iam vir. iaꝫ ſe formoſior ipſo eſt.
Iam placet et veneri: matriſqꝫ vlciſciꝛ̄ ignes.
Nāqꝫ pharetratus dū dat puer oſcula matri:

Inſcius. inultus. Extanti arũdine. extra pendenti ſagitta. Diſtrinxit. raſit. vulnerauit. Altius ſpecie. altius ꝙ videbatur. Cythereia littora. cythera inſula eſt cuz oppido antea porphyruſa appellata a pulchritudine marmorum que ibi effodiebant (vt ſcribit Ariſtoteles) vna ex cycladibus veneri dicata: ꝙ in mari nata ad eam primum concha perueniſſe fertur. dicta ſunt aũt cythera. a cythero phenicis filio. Paphon. cyprũ. ſed cypri quoqꝫ eſt vrbs paphos veneris templo nobilis. Piſcoſamqꝫ gnidon. gnidos vrbs eſt dorica vbi veneris. et tẽplũ et ſimulachrũ viſebatur a praxitele ſculptũ tanta arte vt quidã illius amore captus ſuſtinuerit intra ſacellũ per noctem ĩcludi ac dee ſimulachrum ita amplecti: vt ſpermate quoqꝫ inquinaret. Grauidamqꝫ amathunta. amathus vrbs fuit cypri eriſo dinis abundans: propter quod poeta illam metallis grauidam vocat. Celo prefertur adonis. lepida emphaſis ex qua colligitur ꝙ formoſus fuerit adonis. Succincta veſtem. ſuccinctam et ſubtractam vſqꝫ ad genua veſtem habens. Aut pronos lepores. in caput inclinatos. crura nanqꝫ anteriora habẽt breuiora. Fugacibus aduerſus fugaces feras. Parce eſſe. noli eſſe. Nec q̄ venerem mouere. hoc eſt. etas. forma pulchritudo. quibus ego mota ſum nihil feras mouent. Animos ferarum. iram et rabiem ferarum. Fulmen habent. ſic enim omnia proterũt apri dẽtibus: vt fulmen illis ineſſe videatur. Opportuna. commoda. Et ip̄m adonin. illum enim ſedere coegit. Poſita ceruice. repoſito capite. Recliuis. reclinata. Interſerit. interponit. Forſitan audieras. atalanta ſchenei regis filia cum oraculum de marito conſuluiſſet reſponſum accepit ipſi non opus eſſe marito. Cum verorꝫ perniciſſima ⁊ formoſiſſima eſſet. a multis vxor petebatur. ipſa vero ne eos prorſus aſpernari videretur: edixit ſe nulli alij nupturam quem a quo curſu foret ſuperata. ꝙ ſi quẽ ipſa ſuperaret illum iri interfectũ. Cum autem iam multos peremiſſet: hippomenes macarei filius ac neptuni nepos virginis amore captus in certamen cũ ea deſcendit ac veneris ope quam inuocauerat puellam ſuperauit ſed cum voti compos veneri nihil gratiarum egiſſet hippomenes dea irata ſic illum in libidinem cõcitauit vt in ſacello matri deum dicato cum atalanta concumbere coactus ſit. quo flagitio mater deum indignata et hippomenẽ in leonem et atalantam in leenam cõuertit atqꝫ currui ſuo ſubiecit. Aliquã quandam in ſoluta diceremus oratione. Non fabula rumor ille fuit. ille rumor non fuit falſus.

Inſcius extanti diſtrinxit arundine pectus.
Leſa manu natum dea repulit. altius actum
Uulnus erat ſpecie: primoqꝫ fefellerat ipſam.
Capta viri forma non iam cythereia curat
Littora. nõ alto repetit paphõ equore cinctã.
Piſcoſamqꝫ gnidõ grauidãqꝫ amathunta me
Abſtinet et celo. celo prefert adonis. (tallis
Hũc tenet. huic comes ẽ aſſuetaqꝫ ſp̄ in vmbra
Indulgere ſibi: formamqꝫ augere colendo.
Per iuga: per ſiluas: dumos et ſaxa vagatur
Uſqꝫ genu veſtem ritu ſuccincta diane.
Hortaturqꝫ canes: tuteqꝫ animalia prede:
Aut ꝓnos lepores: aut celſuz ĩ cornua ceruũ:
Aut agitat damas. at fortibus abſtinet apris.
Raptoreſqꝫ lupos: armatoſqꝫ vnguibus vrſos
Uitat: et armenti ſaturatos cede leones.
Te quoqꝫ vt hos timeas ſi q̄d ꝓdeſſe monẽdo
Poſſet: adoni monet. fortiſqꝫ fugacibus eſto
Inquit. in audaces nõ eſt audacia tuta.
Parce meo iuuenis temerarius eſſe periclo:
Ne ve feras: quib⁹ arma dedit natura: laceſſe.
Stet tibi ne magno tua gloria. nõ mouet etas
Nec facies: nec que venerem mouere leones:
Setigeroſqꝫ ſues: oculoſqꝫ animoſqꝫ feraruz.
Fulmen habẽt acres in aduncis dẽtibus apri.
Impetus eſt fuluis: et vaſta leonibus ira.
Inuiſumqꝫ mihi genus eſt. que cauſa roganti
Dicam ait: et veteris monſtrũ mirabile culpe.
Sed labor inſolitus iam me laſſauit: ⁊ ecce
Opportuna ſua blanditur populus vmbra:
Datqꝫ torũ ceſpes. libet hac requieſcere tecũ.
Et requieuit humo: preſſitqꝫ ⁊ gramẽ et ip̄m.
Inqꝫ ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis
Sic ait: ac mediis interſerit oſcula verbis:
Forſitan audieras aliquam certamie curſus
Ueloces ſuperaſſe viros. non fabula rumor
Ille fuit. ſuperabat enim. nec dicere poſſis
Laude pedũ forme ne bono preſtantior eſſet.

Scitanti deus huic de coniuge. coniuge dixit
Nil opus eſt atalanta tibi. fuge cōiugis vſum.
Nec tamen effugies: teqꝫ ipſa viua carebis.
Territa ſorte dei per opacas innuba ſiluas
Viuit: et inſtantē turbam violenta procorum
Conditione fugat. nec ſum potienda: niſi inq̄t
Victa prius curſu. pedibus contendite mecū.
Premia veloci coniunx thalamiqꝫ dabuntur.
Mors preciuꝫ tardis. ea lex certaminis eſto.
Illa quidē inmitis. ſed tanta potentia forme.
Venit ad hanc legē temeraria turba procorū.
Sederat hippomenes curſus ſpectator iniqui:
Et petitur cuiqꝫ per tanta pericula coniunx:
Dixerat: ac nimios iuuenū dānarat amores.
Ut faciem et poſito corpus velamine vidit:
Quale meum vel quale tuum: ſi femina fias:
Obſtupuit: tollenſqꝫ manus ignoſcite dixit:
Quos modo culpaui: nōdū mihi premia nota
Que peteretis erant. laudando concipit ignē.
Et ne quis iuuenum currat velocius optat:
Inuidiamqꝫ timet. ſed cur certaminis huius
Intemptata mihi fortuna relinquitur inquit:
Audentes deus ipſe iuuat. dum talia ſecum
Exigit hippomenes: paſſu volat alite virgo.
Que q̄q̄ ſcythica non ſegnius ire ſagitta
Aonio viſa eſt iuueni: tamen ille decoris
Mirator magis eſt: ⁊ curſus facit ipſe decorē:
Aura refert ablata citis talaria plantis.
Tergaqꝫ iactantur crines per eburnea: queqꝫ
Poplitibus ſuberant picto genualia limbo:
Inqꝫ puellari corpus candore ruborem
Traxerat: haud aliter: q̄ cum ſuper atria velū
Candida purpureū ſimilē dat: ⁊ īficit vmbrā.
Dū notat hec hoſpes: decurſa nouiſſima meta (eſt:
Et tegitur feſta victrix atalanta corona.
Dant gemitū victi: pendūtqꝫ ex federe penas.
Non tamen euentu iuuenum deterritus horū
Conſtitit in medio: vultuqꝫ in virgine fixo:
Quid facileꝫ titulū ſuperādo queris inertes:
Mecum confer ait. ſeu me fortuna potentem
Fecerit: a tanto non indignabere vinci.
Namqꝫ mihi genitor macareus. acheſtius illi.
Eſt neptun⁹ auus. ꝓnepos ego regis aquarū.

Atalanta in leenam Hippomenes in leonem.

Scitanti. roganti vt ſciret. Deus. apollo. Sorte. oraculo. reſponſo. Teqꝫ ipſa viua carebis. hoc ē tua forma adhuc viua priuaberis. nam in leenā fuit trāſfigurata. Innuba. inupta. virgo. Procorum. iuuenū ipſam vxorē petentiuꝫ Conditione fugat. durā illis proponēdo conditionē a petendis ſuis nuptijs deterret. Potienda. habenda. Pedibus cōtēdite mecū. curſu mecū certate. Illa quidē imitis. crudelis. Sed tanta potentia forme. acclamatio qua procorum temeritas excuſatur. Et petitur cuiqꝫ. affectui et indignationi ſeruit illa particula et. indignaꝛ enim hippomenes ꝙ quiſqꝫ ſe tāto periculo exponat gratia illius habende vxoris. Poſito velamine. depoſita veſte. Culpaui. accuſaui. damnaui. Cōcipit ignē in amorem incidit. Et ne quis iuuenū amore nāqꝫ atalante captus hippomenes timebat ne quis ante ſe victor euaderet. Inuidiamqꝫ timet. ne inuidia ſibi ſit impedimento quominus atalanta potiatur: hippomenes metuit. Paſſu alite. veloci curſu. Exigit. cogitat. Scythica ſagitta. velociſſima. ſcythe nanqꝫ plurimum ſagittando valent. Aonio iuueni. hippomeni beotio. Decoris. pulchritudinis. Refert. retrofert exponit autē poeta quomodo curſus ipſe atalante pulchritudinem augeret Talaria. alata erant calciamenta. Genualia. genuum tegmina et ornamenta. Haud aliter. non aliter inquit candidū atalante corpus ruborem contraxerat: q̄ cum velum purpureum in dealbatis atrijs extentū ſolet vmbra rubicunda parietes inficere. Dat. tribuit parieti. Inficit. efficit et immittit. Hoſpes. hippomenes. Decurſa nouiſſima meta eſt. ad vltimā metam decurſum eſt. eſt autē participiū contra grāmatices rationē formatū decurſa. Pēduntqꝫ. perſoluunt dant. Ex federe. ex lege. Facilem titulum. gloriam facile partam. Mecum confer. mecū te cōpone. Potentem. voti cōpotem. A tāto. a tam generoſo. Namqꝫ mihi genitor. maiores ſuos recēſet hippomenes vt ſua generoſitate atalante animum ad ſe amandū pelliciat. a neptuno nāqꝫ originem duxit.

Nec virtus citra genus eſt.ſeu vincar habebis
Hippomene victo magnū et memorabile no (men.
Talia dicentem molli ſcheneia vultu
Aſpicit:et dubitat ſuperari an vincere malit.
Atq; ita.quis deꝰ hūc formoſis dixit iniquus
Perdere vult:careq; iubet diſcrimine vite
Coniugiū petere hoc:non ſum me iudice tāti.
Nec forma tāgor. poteram tn̄ hac quoq; tāgi.
Sz ꝙ adhuc puer ē:nō me mouet ipſe:ſz etas.
Quid:ꝙ ineſt virtus et mens interrita leti:
Quid:ꝙ ab equorea numerat̄ origine q̄rtus:
Quid:ꝙ amat:tantiq; putat cōnubia noſtra:
Ut pereat:ſi me ſors illi dura negarit:
Dū lz hoſpes abi:thalamoſq; relinq̄ cruētos.
Coniugiuz crudele meū eſt.tibi nubere nulla
Nollet:et optari potes a ſapiente puella.
Cur tn̄ ē mihi cura cui tot iam ante pemptis:
Viderit.interea quoniam tot cede procorum
Admonitus non eſt:agiturq; in tedia vite.
Occidet hic igitur:voluit q2 viuere mecum:
Indignāq; necem precium patietur amoris:
Non erit inuidie victoria noſtra ferenda.
Sed nō culpa mea eſt: vtinaz deſiſtere velles.
At quoniam es demēs:vtinam velocior eſſes.
Ah q̄; virgineus puerili vultus in ore eſt.
Ah miſer hippomene.nollez tibi viſa fuiſſem.
Viuere dignus eras.ꝙ ſi felicior eſſem:
Nec mihi coniugiū fata importuna negarent:
Unus eras cum quo ſociare cubilia vellem.
Dixerat vtq; rudis primoq; cupidine tacta
Quod facit ignorās amat:et nō ſentit amorē.
Iā ſolitos poſcunt curſus populuſq; paterq;:
Cum me ſollicita proles neptunia voce
Inuocat hippomenes.cythereia ꝯp̄cor auſis
Adſit ait noſtris:ꝛ quos dedit adiuuet ignes.
Detulit aura preces ad me nō inuida blādas:
Motaq; ſū:fateor.nec opis mora lōga dabat̄:
Eſt ager:indigene damaſcenum nomīe dicūt:
Telluris cyprie pars optima: quā mihi priſci
Sacrauere ſenes: templiſq; accedere dotem
Hanc iuſſere meis.medio nitet arbor in aruo.
Fulua comā. fuluo ramis crepitātibus auro.

Nec virtus citra genus eſt. hoc ē a virtute maiorum nō degenero. Seu vincar. dilemato colligit hippomenes atalantā ſecū certare debere. Scheneia atalāta ſchenei regis filia. Molli vultu. miti ac manſueto. Quis deus formoſis iniquus. hoc eſt. quis deus pulchris et formoſis inimicus hūc perdere cupit. iubetq; per care vite periculū meas querere nuptias: Diſcrimine. periculo. Non ſum me iudice tanti. vt tā formoſus iuuenis debeat perire. Nec forma tāgor. nec pulchritudine moueor: ſed ꝙ puer adhuc eſt. ſubaudiatur tangor. Et mēs interrita leti. que nullo mortis timore terretur. Ab equorea origine. a neptuno equoris deo. Dum licet hoſpes abi. dū potes recede o peregrine. eſt aūt apoſtrophe ad hippomenen: quem et ſi amice admonere videtur atalanta: ne ſecum currendo certet: ſecum tamen ipſa hec loquitur. Tibi nubere nulla nollet. hoc ē omnis virgo tibi nubere cupiet. Viderit. hippomenes ſubaudiatur. hec enī ſecum cogitās loquit̄ atalāta hippomenis pulchritudine tacta. Agit̄q; in tedia vite. q2 illū viuere tedet. Occidet hic igitur nunc atalanta colligit hippomenen indignum eſſe q̄ pereat. Non erit īuidie hoc eſt īuidia victoriā noſtrā ꝑferre nō poterit. Ah q̄; virgineus. virgini cōueniens. miſeret̄ aūt hippomenis atalāta et etate et pulchritudīe illius mota. Fata īportunia. difficilia q̄ exorari nō pn̄t. Cuz quo ſociare cubilia vellē. cui nubere vellē. illi nāq; ſociare cubilia dicunt̄ q̄ vna dormiunt. Rudis. imꝑita amoris. Primo cupidine. amore. Tacta ꝑcuſſa. Proles neptūia hippomenes neptuni ꝓnepos. Quos dedit. q̄s michi iiecit. Ignes. amores. Aura nō inuida. vētus benignꝰ ꝛ hippomeni fauēs Nec opis mora lōga dabat̄. nec longa auxilij mora mihi ꝯcedebat̄ cū ip̄m illico oporteret inire curſū. Eſt ager. topographia hoc ē loci deſcriptio. deſcribit enim agrum nomine damaſcenuz vnde venus tria aurea poma que hippomeni tradidit ſe ſumpſiſſe ait. Indigene. inde geniti homines. Damaſcenum nomine dicunt: quem ſubaudiamus: vt intelligamus quē proprio nomine damaſcenū vocant. nam eſt etiā ager damaſcenus: a damaſco vrbe ſyrie declinatus. Accedere. adiungi. Iuſſere. voluere. decreuere. Nitet. ſplendet. Fulua comam. fuluas et aureas frondes habens. aurea nanq; mala ferebat.

Ager damaſcenꝰ.

Hinc.illinc.ex agro damaſceno. De=
cerpta.accepta. proprie autē decerpi ⁊
poma et frondes et roſe dicunt. Quis
vſus.que vtilitas. Dederant.fecerant
Carcere.abuſiue ꝑ carceribus. carcer
nanqꝫ eſt locus vbi ſeruātur rei a coer
cendo dictus. carceres aūt ſunt funes
illi qui pretenduntur equis curſuris vt
vna omnes emittātur. Pronus vter
qꝫ emicat. Exilit.habitum autē expri=
mit poeta velociter currentiū. Libat.
leuiter tāgit. Poſſe putes illos. hiper
bole poetica qua ſūma hippomenis
atalanteqꝫ velocitas declarat. ſic Vir.
de camilla. Illa vel itacte ſegetis per
ſumma volaret Gramina.nec teneras
curſu leſiſſet ariſtas. Vel mare per me
dium fluctu ſuſpenſa tumenti. Ferret
iter celeres nec tingeret equore plātas
Stantes ariſtas.erectas.ariſte autem
ab arendo ſunt dicte. ꝙ prime in ſpica
areſcant. Incumbere tempus.incum=
bendi.eſt enim greca figura. Macare
ius heros. hippomenes macarei fili⁹.
O quotiēs.hinc quoqꝫ colligit venus
atalantam hippomenis amore fuiſſe
captam. Aridus anhelitus. ſiccus ac
difficilis:id quod ſignificat hippome=
nen laſſū fuiſſe. Metaqꝫ erat lōge. ad
quā currētes peruenire debebant. Fe
tibus arboreis.periphraſis ē pomorū.
Aurūqꝫ.aureū pomum. Plauſu. eo
rum qui hippomeni fauebāt. Ceſſata
tempora:quibus ipſa a curſu inſtituto
ceſſauerat.eſt autem participium con
tra grammatices rationem audacter a
poeta declinatū. Corrigit.reſarcit.re=
parat. Curſu. velocitate curſus. Re=
morata.retēta.tardata. Ades. auxilio
ſis. Dea muneris auctor. ven⁹ que mi
chi hoc dediſti munus. Iecit. iuuenili
ter.fortiter vt iuuenē decebat:per qꝺ
innuit eum longe pomum ieciſſe. Im
pediiqꝫ.curſum ſubaudiamus. Duxit
ſua premia victor.hippomenes inquit
victor duxit atalantā vxorem. Cui thu
ris honorem ferret.cui ſacrificaret thu
re. Immemor.ingratus. Contēptuqꝫ
dolens. me eſſe contemptam egre fe=
rens. Spernenda.cōtemnēda. In am
bos. contra ambos hippomenen ⁊ a=
talantā. Clarus echion.vnus fuit ex
cadmi ſociis echion. Concita cōmota
ſtimulata. A numine noſtro.a noſtra
potentia. Receſſus. locus ſucceſſui
aptus.

Hinc tria forte mea veniens decerpta ferebā
Aurea poma manu: nulliqꝫ videnda niſi ipſi.
Hippomenen adii.docuiqꝫ quis vſus in illis.
Signa tube dederant:cū carcere ꝓnus vterqꝫ
Emicat:et ſummam celeripede libat harenā:
Poſſe putes illos ſicco freta radere paſſu:
Et ſegetis canē ſtantes percurrere ariſtas.
Adiiciunt animos iuueni clamorqꝫ fauorqꝫ
Verbaqꝫ dicentum.nunc nūc incumbere tp̄s.
Hippomene propera.nūc viribus vtere totis.
Pelle morā.vinces. dubiū macareius heros
Gaudeat an virgo magis his ſcheneia dictis.
O quotiens cū iam poſſet trāſire: morata eſt.
Spectatoſqꝫ diu vultus inuita reliquit.
Aridus a laſſo veniebat anhelitus ore:
Metaqꝫ erat lōge:tum deniqꝫ de tribus vnū
Fetibus arboreis proles neptunia miſit.
Obſtupuit virgo:nitidiqꝫ cupidine pomi
Declinat curſus:aurumqꝫ volubile tollit.
Preterit hippomenes.reſonāt ſpectacula plau
Illa morā celeri ceſſataqꝫ tempora curſu (ſu.
Corrigit: atqꝫ iterū iuuenē poſt terga reliqt.
Et rurſus pomi iactu remorata ſecundi
Conſequit:tranſitqꝫ virū.pars vltima curſus
Reſtabat.nūc inqt ades dea muneris auctor:
Inqꝫ latus campi:quo tardius illa rediret
Iecit ab obliquo nitidum iuueniliter aurum.
An peteret virgo viſa eſt dubitare:coegi
Tollere et adieci ſublato pondera malo.
Impediiqꝫ oneris pariter grauitate moraqꝫ.
Neve meus ſermo curſu ſit tardior ipſo:
Preterita eſt virgo. duxit ſua premia victor.
Digna ne cui grates agerē: cui thuris honorē
Ferret adoni fui: nec grates immemor egit
Nec mihi thura dedit. ſubitam ꝯuertor in irā.
Contēptuqꝫ dolens:ne ſim ſpernēda futuris:
Exemplo caueo:meqꝫ ipſā exhortor in ābos.
Templa deū matri:que quōdā clarus echion
Fecerat ex voto:nemoroſis abdita ſiluis
Tranſibant:et iter longum requieſcere ſuaſit.
Illic concubitus intempeſtiua cupido
Occupat hippomenē: ⁊ a numīe ꝯcita noſtro.
Luminis exigui fuerat ꝓpe templa receſſus

Spelunce ſimilis natiuo pumice tectus.
Relligione ſacer priſca: quo multa ſacerdos
Lignea contulerat veterum ſimulacra deorũ.
Hunc init: et vetito temerat ſacraria probro.
Sacra retorſerunt oculos: turritaqꝫ mater
An ſtigia ſontes dubitauit mergeret vnda.
Pena leuis viſa eſt. ergo modo leuia fulue
Colla iube velant. digiti curuantur in vngues.
Ex humeris armi fiunt. in pectora totum
Pondus abit. ſũme cauda verruntur harene.
Iram vult⁹ habet. ꝑverbis murmura reddũt.
Pro thalamis celebrant ſiluas. aliiſqꝫ timẽdi
Dente premũt domito cybeleia frena leones.
Hos tu care mihi cũqꝫ his gen⁹ omne ferarũ:
Quod nõ terga fuge: ſed pugne pectora ꝑbet:
Effuge: ne virtus tua ſit dãnoſa duobus.
Illa quidẽ monuit: iunctiſqꝫ per aera cygnis
Carpit iter. ſed ſtat monitis contraria virtus.
Forte ſuem latebris veſtigia certa ſecuti
Exciuere canes: ſiluiſqꝫ exire parentem
Fixerat obliquo iuuenis cinyreius ictu.
Protinus excuſſit pando venabula roſtro
Sanguine tincta ſuo: trepidũqꝫ et tuta petẽtẽ
Trux aper inſequit: totoſqꝫ ſub inguine dẽtes
Abdidit: et fulua moꝛibundũ ſtrauit harena.
Vecta leui curru medias cytherea per auras
Cypron oloꝛinis nondum peruenerat alis.
Agnouit longe gemitum moꝛientis: et albas
Flexit aues illuc. vtqꝫ ethere vidit ab alto
Exanimem inqꝫ ſuo iactantẽ ſanguine coꝛp⁹:
Deſiluit: pariterqꝫ ſinum pariterqꝫ capillos
Rupit: ⁊ indignis percuſſit pectoꝛa palmis.
Queſtaqꝫ cũ fatis: et non tamen omnia veſtri
Iuris erũt: dixit. luctus monumẽta manebũt
Semper adoni mei. repetitaqꝫ moꝛtis imago
Annua plangoꝛis peraget ſimulamina noſtri.
At cruoꝛ in floꝛẽ mutabitur. an tibi quondam
Femineos artus in olentes vertere mentas
Perſephone licuit: nobis cinyreius heros
Inuidie mutatus erit: ſic fata cruoꝛem
Nectare odoꝛato ſparſit: qui tactus ab illo
Intumuit: ſic vt fuluo perlucida celo
Surgere bulla ſolet. nec plena longioꝛ hoꝛa

Natiuo. naturali. Hũc init. ingreditur intrat. Temerat. violat. Probꝛo. ſcelere flagitio. Sacra. ſimulacra deoꝝ. Retoꝛſerũt oculos. auerterunt oculos ne tñ ſcelus viderẽt. Turrita mater. turribus oꝛnata. nã cybele eadẽ cũ tellure putat̃ eẽ. Sõtes. nocẽtes. hippomenẽ atqꝫ atalantã. Mergeret ſtygia vnda hoc ẽ ad inferos demitteret. Modo leuia. pauloãte mollia ac ſine vllis pilis In pectoꝛa totũ põdus abit. leones enĩ pect⁹ reliquo coꝛpe craſſius hñt. Verrunt̃. trahunt̃. Irã vult⁹ habet. facies leonũ pre ſe fert iram. trucẽ nanqꝫ hñt aſpectũ. Cybeleia frena. nã matris deũ currũ a leonibus trahi fingunt poete. Quod nõ terga fuge. qđ nõ fugit. Sꝫ pugne pectora ꝑbet. ſed repugnat ac reſiſtit. Dãnoſa duobus. et mihi et tibi Iunctis cygnis. curr⁹ nãqꝫ veneris ab oloꝛib⁹ trahi fingit̃. Sed ſtat monitis ꝯtraria virtus. ſꝫ foꝛtitudo inqt adonidis veneris admonitionibus eſt aduerſa. Suẽ. aprũ. Exciuere. excitarũt. Iuuenis cynireius. adonis cynire fili⁹. Pãdo roſtro. recuruo. Et tuta petẽtẽ. loca ſubintelligam⁹. Trux aper. terribilis. Abdidit. abſcõdidit. Moꝛibũdũ. moriẽtẽ. Rupit. dilaniauit. lacerauit. Et indignis percuſſit. indigne. nomẽ nãqꝫ ꝓ aduerbio poſitũ eſt. Et nõ tñ. oꝛdo eſt. et tñ oĩa nõ erũt veſtri iuris: illa aũt et copula affectui ſeruit. Luct⁹ monumenta. ſigna. memoꝛia. eſt aũt apoſtrophe ad adonim. Annua ſimulamĩa. ſimulachꝛa. nã ſingulis q̇buſqꝫ annis ſacra in adonis honoꝛẽ celebꝛabant̃: in q̄bus adonis plangebat̃: ac luct⁹ veneris referebat̃. An tibi q̄ndã. mynthe nympha fuit quã plutonis pellicẽ fabule tradũt extitiſſe. eã cũ ꝓſerpĩa dolo circũueniſſet: in hoꝛtenſẽ mẽtã fuiſſe trãſfiguratã: quã pleriqꝫ hedyoſmõ vocãt eſt ⁊ mõs ꝓpe pylũ cognoĩe mynthes iuxta quẽ plutonis quoqꝫ ẽ tẽplũ. Nobis erit inuidie. in nos ĩuidiã ꝯcitabit. Perlucida bulla. tranſlucida: q̄ ex aq̄ naſci ſolet ſtatĩqꝫ euaneſcere. bulla aũt ſpiritu ex aqua excitat̃ rotunda figura que q̄m cito diſſoluit̃ veriſſimũ illud ſumptũ eſt ꝓuerbiũ. quo humane vite breuitas fragilitaſqꝫ deſignat̃. hõ bulla. inde fit bullare qđ eſt bullas facere vnde Pli. bullantẽ vrinã vocat bullas emittentẽ. bulla etiã eſt oꝛnamentũ pectoꝛis ingenuoꝛum quidem aureum. libertinoꝝ vero ſcoꝛteũ: vt copioſe Macrobius ſcribit. Plena hoꝛa. perfecta.

Mynthe in herbã.

Concoloꝛ.eiuſdem cum ſanguine coloris.eſt enim purpureus. In anemonen aūt adonin fuiſſe cōuerſum innuere videtur:cuius flos.vt inquit Plinius:nunq̄ꝫ ſe aperit niſi vento ſpirante.vnde et nomen accepit. Punica.que et mala granata dicuntur. Qui preſtant omnia venti.ſecundum phiſicam ratione hoc dictuz eſt.nam venti rerum omnium generationis cauſa eſſe perhibentur.

Facta moꝛa ē cū flos de ſanguīe cōcoloꝛ oꝛt⁹:
Qualem que lento celant ſub coꝛtice granum
Punica ferre ſolent.bꝛeuis eſt tñ vſus in illo.
Nanqꝫ male herentē ⁊ nimia leuitate caducū
Excutiunt iidem:qui pꝛeſtant omnia venti.

## P. Ouidii Naſonis metamoꝛphoſeos liber vndecimus.

Carmine dum tali ſiluas
animoſqꝫ ferarum
Threicius vates:et ſaxa
ſequentia ducit:
Ecce nurus ciconum te
cte lymphata ferinis
Pectoꝛa velleribus tu
muli de vertice cernunt
Oꝛphea percuſſis ſociantem carmina neruis.
E quibus vna leues iactato crine per auras
En ait.en hic eſt noſtri contemptoꝛ. et haſtam
Vatis apollinei vocalia miſit in oꝛa.
Que foliis pꝛeſuta notam ſine vulnere fecit.
Alterius telum lapis eſt:qui miſſus in ipſo
Aere concentu victus vociſqꝫ lyreqꝫ eſt.
Ac veluti ſupplex pꝛo tam furialibus auſis
Ante pedes iacuit. ſed eniz temeraria creſcūt
Bella:moduſqꝫ abiit:īſanaqꝫ regnat erynnis
Cunctaqꝫ tela foꝛent cantu mollita.ſed ingēs
Clamoꝛ:et inflato berecynthia tibia coꝛnu:

Raphaelis Regij in vndecimum metamoꝛphoſeos Ouidij libꝛum enarrationes.

Carmine dum tali. Oꝛpheus thracias mulieres aſpernatus(vt diximus)in ſe earum odium contraxit.quare cū bacchi ſacra celebrarēt:iſpm in ferarū cetu canentē aſpexerūt:ac īpetu facto dilacerarūt.caputqꝫ ac liram in hebꝛū fluuiuz coniecerunt que ad inſulam leſbon vſqꝫ delata cū eſſent:ſerpens oꝛphei caput dilaniaturus ab apolline in ſaxum fuit conuerſus.pꝛimum itaqꝫ oꝛphei cedem poeta deſcribit. deinde ſerpentis in ſaxum tranſmutationem. Threicius vates. oꝛpheus thracius. Ducit.delectat.ducere nanqꝫ interū ſignificat delectare: vt Nonius ſcribit. Cicero de finibus bonoꝛū ⁊ maloꝛum. Fabellarumqꝫ auditione ducuntur. Animoſqꝫ ferarum ſenſus.neqꝫ enim fere animos habere dicuntur:niſi poeta ad veritatem potius alludat:vt intelligamus feroꝛū hominuz animos ab oꝛpheo fuiſſe excultos:id quod Oꝛatius aperte his verſibus ſcribit. Silueſtres homines ſacer interpꝛeſqꝫ deoꝛum: Cēdibus et victu fedo deterruit Oꝛphe⁹. Dict⁹ ab hoc lenire tigres rapidoſqꝫ leones. Ecce nurus ciconum. repentinus baccharum impetus illa particula ecce ſignificatur.cicones autē populi ſunt thracie ad hebꝛum habitātes. Tumuli de vertice.de montis ſummitate. Lymphata pectoꝛa.furentia. Ferinis velleribus. ferarum pellibus.En ait en hic eſt.conduplicatio indignationi conueniens. tametſi hoc aduerbium en fere indignationi ſeruiat. Apollinei vatis oꝛphei apollinis filij. Vocalia oꝛa. optimam vocem emittentia. Preſuta. pꝛefixa tecta.nam haſte baccharū que thyrſi dicuntur pampinis hederaqꝫ coperiebantur. Notam.ſignum. Ac veluti ſupplex. tanq̄ꝫ veniam petiturus. Ante pedes.oꝛphei. Concentu. harmonia.eſt autem pulchꝛa poete phantaſia qua ſignificatur quātavis ſit muſici cantus. Bella.baccharum furoꝛes bella vocat poeta. Inſana erinnys. ab effectu ꝙ furia homines inſanos furioſoſqꝫ reddit. Mollita.mitigata.ſic vt oꝛpheo nunq̄ꝫ nocere potuiſſent. Berecynthia tibia.qua in ſacris cybeles pꝛimum vſi fuere.berecynthus autem phrigie mons eſt et ciuitas matri deum dicata.

Oꝛphei cedes.

Tympanaqꝫ et plauſus:et baccheiylulatus
Obſtrepuere ſono cithare.tum deniqꝫ ſaxa
Non exauditi rubuerunt ſanguine vatis.
Ac primū attonitas etiā nunc voce canentis
Innumeras volucres angueſqꝫ agmēqꝫ ferarꝫ
Menades orphei titulum rapuere theatri.
Inde cruentatis vertuntur in orphea dextris:
Et coeunt vt aues ſi quando luce vagantem
Noctis auem cernūt.ſtructoqꝫ vtrinqꝫ theatro
Vt matutiua ceruus periturus harena
Preda canū eſt:vatēqꝫ petūt:ꝛ fronde virētes
Coniiciūt thyrſos non hec in munera factos.
He glebas.ille direptos arbore ramos.
Pars torquent ſilices. neu deſint tela furori:
Forte boues preſſo ſubigebant vomere terrā:
Nec procul hinc multo fructū ſudore parātes
Dura lacertoſi fodiebant arua coloni:
Agmine quiviſo fugiunt:operiſqꝫ relinquūt
Arma ſui. vacuoſqꝫ iacent diſperſa per agros
Sarculaqꝫ et raſtri graueſqꝫ longiqꝫ ligones:
Que poſtqꝫ rapuere fere:cornuqꝫ minaces
Diuulſere boues:ad vatis fata recurrunt:
Tendentēqꝫ manus:atqꝫ illo tempore primū
Irrita dicentem:nec quicqꝫ voce mouentem
Sacrilege perimūt:pqꝫ os(proh iupiter)illud
Auditum ſaxis:intellectumqꝫ ferarum
Senſibus in ventos anima exhalata receſſit.
Te meſte volucres orpheu. te turba ferarum.
Te rigidi ſilices.tua carmina ſepe ſecute
Fleuerūt ſilue.poſitis te frondibus arbos
Tōſa comas luxit.lachrimis quoqꝫ flumia di
Increuiſſe ſuis: obſcuraqꝫ carbaſa pullo (cūt
Naiades ꝛ dryades:paſſoſqꝫ habuere capilloſ
Mēbra iacēt diuerſa locis.caput hebre lirāqꝫ
Excipis: et mirum medio dum labitur amne:
Flebile neſcio q̄d queritur lira. flebile lingua
Murmurat exanimis.reſpondēt flebile ripe.
Iamqꝫ mare īuecte flumē populare relīquūt.
Et methymnee potiuntur littore leſbi.
Hic ferus expoſito peregrinis āguis harenis
Obſtitit:et ſparſos ſtillanti rore capillos
Lābit:et hymniferos inhiat diuellere vultus.
Tandē phebus adeſt:morſuſqꝫ inferre parātē

Oſtrepuere ſono cithare.contra cythare ſonum ſtrepuerunt. Attonitas.ſtupefactas ſuauitate cātus orphei. Menades.bacche apo tu meneſte. hoc eſt a furendo dicte. Titulū.gloriam. Orphei theatri.ſpectaculi ab orpheo congregati. eſt autem adiectiuum orphei alij triumphi legūt: intelligūtqꝫ agmē illud ferarum a bacchis raptum in titulum et gloriam triumphi de orpheo acti. Et coeunt. congregantur cōueniunt. Noctis auem.noctuaꝫ. Structo vtrinqꝫ theatro. ſpectaculo. eſt autem amphiteatri periphraſis. Matutina harena.hoc ē matutino tempore in harena.quod eniꝫ eſt temporis attribuit loco.vna autem omnes bacchas in orpheum impetum feciſſe his ſimilitudinibus oſtendit poeta. Petunt.aggrediuntur inuadunt. Hec in munera.ad hos vſus. Torquēt.iaciunt. Subigebant.arabāt. Lacertoſi.magna et valida brachia habentes. Fructum.frumentū. Agmine.baccharū furentium Arma.inſtrumenta. Diuulſere. dilacerauere. Fere.crudeles. Ad vatis fata ad orphei mortem. Irrita.vana verba que bacchas nichil commouebant.
Proh iupiter.exclamatio poete doloris ac commiſeratiōis plena. Exhalata.emiſſa in ventos. eorū ſequitur opinionem qui animam ventum eſſe putant. Te meſte.apoſtrophe ad orpheum querimonie ac cōmiſerationis plena. Obſcura carbaſa . pullas ac nigras veſtes. Flumen populare. fluuium patrium. hebrus enim tracie fluuius eſt. Methymnee leſbi.methymna vrbs eſt leſbi optimo vino inſignis dicta a methymne macaris filia ac lepydni vxore.vnde methymneus deriuatur.leſbos autem inſula eſt clariſſima.quā nunc mytilenen a nomine vrbis vocant. Ferus anguis.crudelis q̄ illius vatis caput violare ſuſtineret cuius cantu ſerpentes q̄qꝫ ſepiꝰ delectati eēnt. Inhiat diuellere.appetit ore apto dilacerare. Hymniferos vultus. q̄ hymnos in deorū fere ſingulos compoſuerant.

Umbra ſubit terras. vmbra orphei inferos petit. eorũ autem opinionẽ ſecutus videt poeta: qui hominẽ ex tribus cõſtare aiunt: corpore. anima. et vmbra: quorũ corpus terre: anima celo. vmbra inferis redditur. Hic illic. apud inferos. Spatiant. deambulant. Non impune tamen. thracie mulieres que orphei cedi interfuerunt: omnes a baccho cedem orphei egre ferente in varias arbores fuere conuerſe. Uate ſuorũ ſacrorum. nã orpheus i bacchũ pulcherrimos ſcripſerat hymnos. alludere aũt ad id poeta videt qđ ſcribit Diodo. cerimonias a Dionyſo repertas cũ ad orgia quedam orpheus addidiſſet: Orpheia a poſteris fuiſſe appellata

Anguis i ſaxum.

Matres edonidas. mulieres thracias edones nãꝙ populi ſũt thracie. Plãgitur. ꝑcutitur a ſeipſa. Ac trepidans quanto nanꝙ magis trepidant tanto magis vinculo aſtringuntur aues. Externata. conſternata. ꝑterrefacta. Lenta. flexibilis. Coercet. ꝯtinet. Exultantem. exultare volentẽ. Dumꝙ vbi ſunt digiti. ordo eſt dum petit et querit vbi ſunt digiti. Succedere. ſuccreſcere. Merẽti dextra. hypallage eſt ipſa nãꝙ merens intelligit. Et nõ fallare putando. non deciplare ſi putes. re enĩ vera rami erant. Nec ſatis hoc baccho ẽ midas rex phrigie cuz ſilenũ a ruſticis captũ ſibiꝙ traditũ baccho reddidiſſet. iuſſus eſt a deo vt quicqđ vellet peteret. ille petijt vt qcquid corpore ſuo tangeret aurũ fieret. id illi cõceſſit bacchus q̃uis inutile ipſi futurũ videbat cũ vero panis quoꝙ ac vinũ in aurũ verterent fameꝙ perire cepiſſet: tãdẽ cognouit ſtolidus ſe damnoſa petijſſe bacchũ itaꝙ rogauit vt et peccato veniã daret et munus datum irritum faceret. bacchus autẽ illi mãdauit: vt ad fontẽ pactoli pergeret ſeꝙ totuz in eo lauaret. quod cũ feciſſet vis illa auruz efficiendi quicqđ tangeret in fluuium tranſiuit. vnde etiã harenas aureas efficere memoratur.

Thracie mulieres i arbores.

Ipſos agros. thracie. Cumꝙ choro meliore. q̃ fuerant thracie ille mulieres que orpheum trucidarũt. Sui tymoli. a ſe amati. eſt enĩ tymolus q̃ et timulus dicit: mõs lydie optimi vini fertilis: vt in ſuperioribus quoꝙ diximus. neꝙ eſt ſpondaicꝰ verſus cũ timolus etiã triſillabũ ſit nomẽ non ſolum biſillabũ.

Pactolꝰ.

Pactolonꝙ. pactolus fluuius ẽ lydie aureis harenis notiſſimus. Caris arenis. ꝑcioſis. Frequentant. celebrant. Titubantẽ. vacillantẽ. Uinctum. ligatũ. Ad regẽ midã midas gordie bubulci filiꝰ phrigie rex fuit ditiſſimus: eoꝙ fictus eſt omnia quecunꝙ tangeret in aurũ tranſmutare. de quo herodotus in primo multa ſcribit. Orgia. bacchi ſacrificia. Cum cecropio eumolpo. eumolpus vates fuit athenienſis bacchi ſacerdos. Genialiter. voluptuoſe ac lete.

Arcet: et in lapidẽ rictus ſerpentis apertos
Congelat: ⁊ patulos vt erant indurat hiatus.
Umbra ſubit terras: et que loca viderat ante
Cuncta recognoſcit: querẽſꝙ per arua pioꝝ
Inuenit eurydicen: cupidiſꝙ amplectit vlnis
Hic mõ coniunctis ſpatiãtur paſſibus ambo.
Nunc precedentẽ ſequitur. nũc ꝑuius anteit:
Euridicenꝙ ſuã iam tuto reſpicit orpheus.
Non impune tamẽ ſcelus hoc ſinit eſſe lyeus:
Amiſſoꝙ dolens ſacrorum vate ſuorum
Protinus in ſiluis matres edonidas omnes:
Que videre nefas: torta radice ligauit.
Quippe pedũ digitos inquãtũ ẽ queꝙ ſecuta
Traxit. et in ſolidaz detruſit acumine terram.
Utꝙ ſuũ laq̃s: quos callidus abdidit auceps
Crus vbi commiſit volucris: ſenſitꝙ teneri:
Plangitur: ac trepidãs aſtringit vincula motu:
Sic quecunꝙ ſolo defixa coheſerat harum
Externata fugam fruſtra temptabat. at illam
Lenta tenet radix: exultantemqz coercet.
Dũqz vbi ſũt digiti. dũ pes. dũ petit ⁊ vngues
Aſpicit in teretes lignum ſuccedere ſuras.
Et conata femur merenti plangere dextra:
Robora percuſſit. pectus quoqz robora fiunt:
Robora ſũt humeri. lõgos quoqz brachia ve=
Eſſe putes ramos: et non fallare putando. (ra
Nec ſatis hoc baccho eſt: ipſos quoqz deſerit
Cũqz choro meliore ſui vineta tymoli. (agros
Pactolonqz petit. quãuis non aureus illo
Tempore: nec caris erat inuidioſus harenis
Hũc aſſueta cohors ſatyri baccheꝙ freq̃ntãt.
At ſilenus abeſt. titubantẽ anniſꝙ meroꝙ
Ruricole cepere phryges: vinctumꝙ coronis
Ad regez duxere midã: cui thratius orpheus
Orgia tradiderat cum cecropio eumolpo:
Qui ſimul agnouit ſociũ comitemꝙ ſacroꝝ:
Hoſpitis aduentu feſtum genialiter egit
Per bis quinꝙ dies: ⁊ iunctas ordine noctes

Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen
Lucifer vndecimus: lydos cũ letus in agros
Rex venit: et iuueni ſilenum reddit alumno.
Huic deus optanti gratũ: ſed inutile fecit
Muneris arbitrium gaudens altore recepto.
Jlle male vſurus donis ait. effice quicquid
Corpore contigero fuluum vertatur in aurũ.
Annuit optatis: nocituraq; munera ſoluit
Liber: et indoluit qđ non meliora petiſſet:
Letꝰ abit: gaudetq; malo berecynthiꝰ heros.
Pollicitiq; fidem tangendo ſingula temptat.
Vixq; ſibi credens: non alta fronde virentem
Jlice detraxit virgam: virga aurea facta eſt.
Tollit humo ſaxũ: ſaxum quoq; palluit auro.
Contigit et glebam: contactu gleba potenti
Maſſa fit. arentes cereris decerpſit ariſtas:
Aurea meſſis erat. dẽptũ tenet arbore pomũ.
Heſperides donaſſe putes. ſi poſtibus altis
Admouit digitos: poſtes radiare videntur.
Jlle etiaz liquidis palmas vbi lauerat vndis:
Vnda fluens palmis danaen eludere poſſit.
Vix ſpes ipſe ſuas animo capit aurea fingens
Omnia. gaudenti menſas poſuere miniſtri
Extructas dapibus: nec toſte frugis egentes.
Tum vero ſiue ille ſua cerealia dextra
Munera contigerat: cerealia dona rigebant.
Siue dapes auido conuellere dente parabat:
Lamina fulua dapes admoto dente p̃mebat.
Miſcuerat puris auctorem muneris vndis:
Fuſile per rictus aurũ fluitare videres.
Attonitus nouitate mali diueſq; miſerq;
Effugere optat opes: ⁊ q̃ modo nouerat odit.
Copia nulla famẽ releuat. ſitis arida guttur
Vrit: et inuiſo meritus torquetur ab auro:
Ad celũq; manus et ſplẽdida brachia tollens
Da veniam lenee pater. peccauimus inquit.
Sed miſerere precor: ſpecioſoq; eripe dãno.
Mite deum numen bacchus peccaſſe fatẽtem
Reſtituit: factiq; fide data munera ſoluit.
Ne ve male optato maneat circũlitus auro:
Vade ait ad magnis vicinum ſardibus amnẽ:
Perq; iugũ ripe labentibus obuius vndis
Carpe viaz: donec venias ad fluminis ortus.

Lucifer vndecimus. lucifer ſtella eſt q̃ aduẽiente die vltima deſinit lucere: coq; a poetis alias ſtellas cogere cõgregareq; dicit᷑. Coegerat. congregauerat ſignificat aũt vndecimũ diem adueniſſe. Sublime agmen ſtellarũ. ſublimiũ et altarũ ſtellarum multitudinẽ. eſt enĩ hypallage. Lydos in agros. in lydiam Contra grãmatices aũt rõnem deriuatiuum nomen pauciores q̃ primitiuũ ſyllabas habet. Juueni alũno. baccho Altore. ſileno nutritore. Male vſurus in ſuũ malum et perniciem. paulũ enĩ abfuit quin fame periret Midas. Annuit. nutu conſenſit. Soluit. perſoluit. preſtitit. Berecyntius heros. Midas phrygius: a berecyntho phrygie oppido. Polliciti fidem. Promiſſi veritatem. Temptat. experit᷑. Non alta. ſed humili. illud enĩ aduerbiũ non hoc loco ad verbum detraxit referri non põt: ſed virgam ex non alta frõde decerptã fuiſſe oſtendit. Cereris. frumenti ꝑ metonymiã. Heſperides donaſſe putes. Scite. nã heſperides hortos habuiſſe dicunt᷑ aurea poma ferentes. Radiare fulgere. Danaen eludere poſſit. Elegãter. iuppiter eĩ in guttas conuerſus aureas in ſinũ danaes deſcendit. ſicq; illa eſt potitus. Vix ſpes ipſe ſuas animo capit. nam maxima queq; ſibi pollicebatur midas. Poſuere. appoſuere Toſte frugis. periphraſis ẽ panis. Cerealia dona. panes. Rigebant. duri fiebant. quippe q̃ in aurũ conuertebant᷑. Conuellere. mandare. Premebat. tegebat. Auctorez muneris. bacchum ꝑ metonymiam pro vino. Fuſile. liquiduz ac fuſum et liquefactum. Diueſq; quia auro abundabat. Miſerq;. quia auro frui non poterat. Modo vouerat. voto paulo ante ↄcupiuerat. Torq̃tur. cruciat᷑. Meritꝰ. q2 ꝑpter auariciã illud a baccho petierat. Lenee pr̃. bacche. Specioſo dãno. qđ pulchrũ et bonum videtur: cum alioqui dãnum ſit ⁊ malum. Mite deum mitiſſimum. poſitiuũ pro ſuperlatiuo eſt poſitum. Facti fide. ob fidem quã pre ſe tulerat ſilenum reſtituendo. Data munera ſoluit. reſoluit et irrita fecit. Circũlitus. infectus. Male optato. ſtulte ac pernicioſe petito. Magnis ſardibus. Sardis vrbs eſt lydie creſi regia.

Tacta a mida in aurum

Ceſſit.tranſiuit. Ille peroſus opes. Midas facultate auri efficiundi quicqd tangeret liberatus opeſq; pero ſus in ſiluis habitabat panaq; paſtorũ deum colebat. Qui cũ phyſtula inuenta ſibi multũ nyphis placere videretur: auſus eſt apollinem in certamen prouocare tmolo montis deo iudice conſtituto. Cũ vero ſentẽtia pro apolline lata omnibus placeret ſolus midas naturali ſtultitia ductus eam vt iniuſtã improbauit. Qua re apollo indignatus aures illius in aſininas conuertit: quibus ipſius ſtoliditas ĩdicaret. Lõgiores nãq; au res ex phyſicorum ſententia vecordiam pre ſe ferunt. ceterum midas aures aſininas tiaris purpureis oc cultauit: tonſoriq; mandauit ne verbũ cuiq; de illis faceret. Tonſor vero cum reticere non poſſet: in locũ deſertum ſe ceſſit: ibiq; fouee facte ĩmurmurauit midam aures aſininas habere. deinde foueam terra repleuit. Arundines aũt eo in loco nate ventoq; agitate eadem verba. hoc eſt Midas rex aſininas au res habet: referebant. Peroſus opes. odio habens opes quibus pene fame fuerat confectus. Pingue. tardũ. Ut ante. qñ optauit vt quicquid continge ret aurũ fieret. Nam freta proſpiciens tmoli montis deſcriptio. Paruis hy pepis. Hypepa vrbs eſt lydie vt dixi mus. Cerata. cera iuncta. Judice ſub tmolo. Tmolus et mons et deus mõ tis ipſius dicit. nam montes vt flumi na deos ſuos habere dicunt. Et aures liberat arboribus. ab auribus arbores remouet. Deliniit. blãditus eſt. Sacer. apollo. Reſoluit ora. aperuit ora et ca nere cepit. Tmolus ad os phebi. Se ↄuertit ſubaudiendũ. Ille caput flauũ vinct⁹. flauũ caput habens coronatũ. Parnaſide. parnaſia. q̃ parnaſus abũ dat. forma nãq; patronymica pro poſ ſeſſiua eſt vſus poeta. Apollinis autẽ citharedi habitũ deſcribit. Saturata. infecta bis tincta. Tyrio murice. tyria purpura. Palla aũt veſtis eſt mulie bris ſyrma habẽs: qua et citharedi vte bãtur. Uerrit humũ. innuit pallã apol linis ſyrma habuiſſe qd per terrã tra hebat. ſic Horati⁹ de tibicine loquens Traxitq; vagus per pulpita veſtem: Diſtinctãq;. ornatam. Dentibus indis ebore. Stamina. chordas. Sollicitat. tangit. percutit. Cannas. tibiam ex cã nis confectam. Arguit. reprehenditur Nec delius. apollo. Aures ſtolidas. oĩ carentes iudicio. Sed trahit in ſpaciũ protrahit. producit ac longas efficit. Inſtabiles. mobiles. Et dat poſſe mo ueri. cõcedit facultatẽ ſeipſas mouẽdi.

Harena pactoli in aurum

Mide au res in aſi ninas

Tmolus

Spumigeroq; tuũ fonti: qua plurimus exit:
Subde caput. corpuſq; ſimul. ſil' elue crimen.
Rex iuſſe ſuccedit aque. vis aurea tinxit
Flumen: et humano de corpe ceſſit in amnem.
Nunc quoq; iam veteris precepto ſemĩe vene
Arua rigent auro madidis pallentia glebis.
Ille peroſus opes ſiluas et rura colebat:
Panaq; mõtanis habitantẽ ſemper ĩ antris:
Pingue ſed ingeniũ manſit: nocituraq; vt añ
Rurſus erant domino ſtulte precordia mẽtis.
Nam freta proſpiciens late riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu: cliuoq; extenſus vtroq;
Sardibus hinc. illinc paruis finitur hypepis.
Pan ibi dũ teneris iactat ſua carmia nĩphis:
Et leue cerata modulatur arundine carmen:
Auſus apollineos pre ſe contemnere cantus:
Judice ſub tmolo certamen venit ad impar.
Monte ſuo ſenior iudex conſedit: et aures
Liberat arboribus. quercu coma cerula tm̃
Cingitur: ⁊ pendẽt: circũ caua tẽpora glãdes.
Iſq; deũ pecoris ſpectans: in iudice dixit
Nulla mora eſt. calamis agreſtib⁹ inſonat ille.
Barbaricoq; midan (aderat nam forte canẽti)
Carmine deliniit. poſt hunc ſacer ora reſoluit.
Tmolus ad os phebi. vultũ ſua ſilua ſecuta ẽ.
Ille caput flauũ lauro parnaſide vinctus:
Uerrit humũ tyrio ſaturata murice palla.
Diſtinctãq; lyram gemmis et dentibus indis
Suſtinet a leua. tenuit manus altera plectrũ.
Artificis ſtatus ipſe fuit. tum ſtamina docto
Pollice ſollicitat. quorum dulcedine captus
Pana iubet tmolus cithare ſũmittere cãnas.
Judicium ſanctiq; placet ſententia montis
Omnibus. arguitur tamen: atq; iniuſta vocat
Unius ſermone mide. nec delius aures
Humanam ſtolidas patitur retinere figuraz.
Sed trahit ĩ ſpaciũ: villiſq; albentibus ĩplet.
Inſtabileſq; illas facit: et dat poſſe moueri.

Lente gradientis.tarde euntis. Purpureis tiaris. Tiara qui et tiaras dicitur: tegmen eſt capitis reguꝫ oriẽtis. Velare.celare.occultare. Efferre ſub auras.vulgare. Secedit.in locum ſecretum vadit. Voce parua.murmure. Hauſte.effoſſe. Regeſta.reiecta. Scrobibus opertis.repleta fouea. Prodidit agricolam.indicauit eum:qui illam effoderat terram. Obruta verba.que talia fuerunt.midas rex aſini aures habet. Dñiq; coarguit aures.hoc eſt mide regis aures cõuincit eſſe aſininas. Vultus abit tmolo. Apollo atq; neptunus cũ laomedontem menia troie edificantem vidiſſent:in humanam figuram conuerſi pacto auro ſe cito opus illud abſoluturos receperunt. Menibꝰ vero perfectis cuꝫ promiſſum aurum repoſcerent a laomedonte illo fraudati:qui iureiurando ſe nihil promiſiſſe affirmauit:tantam perfidiam inultam eſſe non permiſerũt. Neptunus enim et diluuiũ immiſit:quo totus ager troianus eſt deuaſtatus:et heſionen filiam monſtro marino exponere laomedontem coegit.quam quidem cũ hercules illac cũ argonautis trãſiens liberaſſet ac promiſſis equis a perfido rege fraudaretur:ꝛ troiam expugnauit. et heſionen captã thelamoni ſocio donauit. Nepheleidos helles. nepheles filie. helle nãq; athamantis et nepheles filia fuit ac ſoror phryxi:a q̃ in mari ſubmerſa helleſpontus fuit cognominatꝰ. Latoius.apollo latone filius. Dextera ſi. Sigeum et rhetcum promõtoria ſunt troie notiſſima. Ara panopeo to. ſic quidẽ in exemplaribꝰ legit̃.ſed corrupte legi facile homeri carmine coargui.nã i.viij. Ilia.li.ſic ſcri.de hac eadẽ ara eutha panompheo zini reeſkon achei.hoc eſt vbi panõpheo ioui ſacra faciebant achiui. Quare hic quoq; panompheo legendũ eſſe vel refragantibus exemplaribus audacter contenderim. Panompheus aũt iupiter dictꝰ eſt:vt exponit Euſta.vel ꝙ oĩm voces audiat:vel ꝙ oĩm voce colatur.nã pan omne.omphi vox dicit̃. Suſcepta magna.incepta grandia. Stabat opus.erectũ erat. Inficiatur.negat.nam inficiari et inficias ire negare eſt. Monſtro eq̃.ceto. Vindicat.liberat. Dictos pactos promiſſos ex ſolis equorum ſemine progenitos. Bis periura menia. nam primum apollini atq; neptuno edificatis muris.deinde herculi ꝓ liberata heſiona pacta p̃mia denegarat.

Cetera ſunt hominis.ꝑtem dãnatur in vnam.
Induiturq; aures lente gradientis aſelli.
Ille quidem celare cupit:turpiq; pudore
Tempora purpureis temptat velare tiaris.
Sed ſolitus longos ferro reſecare capillos
Viderat hoc famulis:qui nec cũ prodere viſuꝫ
Dedecus auderet:cupiens efferre ſub auras:
Nec poſſet reticere tamen:ſecedit humũq;
Effodit: et domini quales aſpexerit aures
Voce refert pua:terreq; ĩmurmurat hauſte:
Indiciũq; ſue vocis tellure regeſta
Obruit:et ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.
Creber arũdinibus tremulis ibi ſurgere lucꝰ
Cepit:et vt primũ pleno maturuit anno
Prodidit agricolaꝫ.leni nã motus ab auſtro
Obruta verba refert:dñiq; coarguit aures.
Vltus abit tmolo.liquidũq; per aera vectus
Anguſtum citra pontũ nepheleidos helles
Laomedonteis latoius aſtitit aruis.
Dextera ſigei.rhetei leua profundi
Ara panompheo vetus eſt ſacrata tonanti.
Inde noue primum moliri menia troie
Laomedõta videt:ſuſceptaq; magna labore
Creſcere difficili:nec opes expoſcere paruas
Cũq; tridentigero tumidi genitore profundi
Mortalem induitur formã.phrygieq; tyrãno
Edificant muros pacto pro menibus auro.
Stabat opus.preciũ rex inficiatur:et addit
Perfidie cumulũ falſis periuria verbis.
Non ĩpune feres rector maris inquit:et oĩs
Inclinauit aquas ad auare littora troie.
Inq; freti formam terras conuertit:opeſq;
Abſtulit agricolis:et fluctibus obruit agros.
Pena neq; hec ſatis ẽ.regiſ quoq; filia mõſtro
Poſcitur equoreo:quã dura ad ſaxa reuinctaꝫ
Vindicat alcides:promiſſaq; munera dictos
Poſcit equos:tãtiq; operis mercede negata
Bis periura capit ſuperate menia troie.

Cannevo cales

Apollo Neptunꝰ ĩ hoĩes.

Heſione liberatio

Nec pars militie telamon. Telamon eaci filius ex heſiona laomedontis filia teucrum ſuſcepit. nam cõiuge peleus Clarus erat diua. Peleus eaci filius ac telamonis frater: nepoſq; Jouis ſolus ex hominibus deam vxorez ducere meruit. Cũ eniz proteus thetidi predixiſſet: ipſam eſſe parituram filiũ patre maiorem: iupiter q̃uis eius amore captus: illo quidem abſtinuit coniugio. nepoti aũt peleo mãdauit: vt illam duceret vxorez Quare peleus thetida in ſpelunca quieſcentem fruſtra eſt amplexus. nam dea: cũ et ĩ volucrez et arborez cõuerſa a peleo non dimitteretur: in tigridem ſe transfigurauit: cuius ſeuitia territus peleus eã dimiſit Admonitus aũt a proteo: vt eam dormientẽ e vinclis ligaret: z q̃uis in mille varias figuras ꝯuerteretur: detineret: donec ĩ priſtinam rediiſſet formam illa tandez eſt potitus: ex qua achillem ſuſcepit. Pulchra aũt phãtaſia varias thetidis transfigurationes poeta deſcribit. Nec aui. iouis. Quam ſoceri. nerei. nam thetis nerei filia fuit Siquidem iouis eſſe nepotem. naz multis inquit nepotibꝰ eſſe iouis contigit. Siquidem vero interdũ vna ẽ dictio vt hoc loco. interdũ due: id qδ facile ex ipſo dignoſcitꝰ ſenſu. Cõiunx dea contigit vni. vxor inq̃t dea ſoli peleo obuenit. Vde. humide. nympha enim fuit marina. Quanuis haud tepidos. q̃uis magno thetidis amore iupiter teneretꝰ. Haud tepidos ignes. vehementes amores. Cõnubia nuptias. Eaciden. peleum eaci filium iouis ex egina nepotez. Eſt ſinus emonie. topographia eſt. deſcribit eniz ſpecum: in quo thetis feſſa requieſcere ſolebat. Emonie. theſſalie. Falcatus. in ſimilitudinẽ falcis figuratus. eſt aũt nomen ſimile participio a falce declinatũ Brachia procurrunt. promõtoria que brachia videntur in mare protendũtur Seruet. cuſtodia. t Remoretꝰ. retardet. Pendeat. ſuſpenſum ſit. Myrthea ſilua ſubeſt. hoc eſt ſilua myrthis conſita illi adiacet ſinui. Subeſſe aũt illam ait qδ ex phyſicorũ ſentẽtia mare q̃ terra altius eſt. Obſita. cõſita. ꝑpoſitio nãq; pro prepoſitione poſita eſt. Occupat. inuadit. Ad ſolitas artes. ad cõſuetas tibi trãſformationes. Auſo. re temptata. et concubitu appetito. Carpathius vates. proteus qui in carpathio habitat mari a carpatho inſula dicto. Thalamis petitis. nuptiis optat̃. Innecte. connecte. colliga. Centum mentita figuras. mutata in centum falſas figuras. Eſt autem numerus finitus pro infinito poſitus.

Thetis in varias formas

Nec pars militie telamõ ſine honore receſſit.
Heſioneq; data potitur. naz coniuge peleus
Clarus erat diua. nec aui magis ille ſuperbit
Nomine q̃ ſoceri. ſiquidem iouis eſſe nepotez
Contigit haud vni. coniunx dea contigit vni.
Nam ſenex thetidi proteus predixerat vde.
Cõcipe. mater eris iuuenis: qui fortibꝰ armis
Acta patris vincet: ma[illegible]rq; vocabitur illo.
Ergo ne quicq; mundus ioue maius haberet:
Quanuis haud tepidos ſub pectore ſenſerat
Jupitꝰ: equoree thetidis ꝯnubia vitat. (ignes
Inq; ſua eacidem ſuccedere vota nepotem
Juſſit: et amplexus in virginis ire marine.
Eſt ſinus emonie curuos falcatus in arcus.
Brachia procurrunt. vbi ſi foret altior vnda:
Portus erat. ſũmis iductũ eſt equor harenis:
Littus habet ſolidum. qδ nec veſtigia ſeruet:
Nec remoretꝰ iter: nec opertum pendeat alga.
Myrthea ſilua ſubeſt bicoloribꝰ obſita baccis
Eſt ſpecus in medio: natura factus an arte
Ambiguũ. magis arte tamen: quo ſepe venire
Frenato delphine ſedens theti nuda ſolebas.
Illic te peleus: vt ſomno victa iacebas:
Occupat: et qm̃ precibus tẽptata repugnas:
Vim parat inectens ambobus colla lacertis:
Quod niſi veniſſes variatis ſepe figuris
Ad ſolitas artes: auſo foret ille potitus.
Sed modo tu volucris. volucrẽ tñ ille tenebat
Nunc q̃uis arbor eras. herebat ĩ arbore peleꝰ:
Tertia forma fuit maculoſe tigridis. illa
Territus eacides a corpore brachia ſoluit.
Iſq; deos pelagi vino ſuper equora fuſo
Et pecoris fibris: et fumo thuris adorat:
Donec carpathius medio de gurgite vates
Eacide dixit: thalamis potiere petitis.
Tu modo: cũ gelido ſopita quieſcit in antro:
Ignaram laqueis vincloq; innecte tenaci.
Nec te decipiat centum mentita figuras.

Sed preme. cōprime ac retine. Dū qđ fuit ante reformet. hoc eſt dū in priſtinā redeat formā. Suos fluctus. marinas vndas. Inclinato temone. inclinato curru. ptem enī pro toto poſuit. Currus aūt ſolis cū tendit ad occaſum deſcēdere videt. Heſperiū fretū. atalātū mare: ī qđ ſol condi videt. Conſueta cubilia. ſolitā ſpelun cam. Relicto fluctu. derelicto mari. Donec ſua membra teneri ſenſit. donec ſe ligatam eſſe aīaduertit. Sine numine. ſine auxilio numinis alicuius et dei. Exhibita eſtꝗ thetis. id eſt in figurā thetidis eſt reuerſa. Ingēti achille. ſemine ex quo magnus achilles eſt natus. Iugulati phoci. Phocus eaci filius ex pſamathe nympha a peleo fuit īterfect⁹. qua re pele⁹ a patre in exiliū eiectus ad ceycem trachine regē īfelici dedalionis fratris caſu lugentē cōfugit. nā dedalion luciferi filius chionē filiā habuit q̄ cum iam ex mercurio autolycū. ex apolline philemonē genuiſſet: diana ſe formoſiorē eſſe iactauit. qua re dea irata ſagittis eam confecit: cui⁹ morte dedalion tm̄ concepit dolorem: vt ex parnaſi vertice ſe in mare precipitarit. ſed apollo non īmemor voluptatis: quā de illius filia conceperat: eū in accipitrē anteꝗ ī mare caderet: cōmutauit. Oīa contigerāt ad felicitatem facientia intelligamus. Trachinia tellus. trachin q̄ et trachis dicit vrbs eſt theſſalie ſub oeta monte ab hercule edificata apo tis trachi titos. hoc eſt ab aſperitate dicta: vñ trachinius deriuatur. Lucifero genitore ſatus ceyx. Ceyx phoſphori hoc ē luciferi fuit fili⁹ halcyoneſꝗ marit⁹. Diſſimilis ſui. nam pre ſe quandā hylaritatē antea ferre cōſueuerat. q̄ tūc in meſtitiā fuerat cōuerſa. Fratrē ademptū. dedalionē in accipitrem cōmutatum. Velamenta. ramuz oliue dicit: qui ab externis q̄ pacem afferebant geſtabat vñ Virgi. in octauo eneidos. Tum pater eneas puppi ſic fatur ab alta. Paciferęꝗ manu ramum pretendit olīue. Sua crimia. phoci fratris cedez. Mētiturꝗ fuge cauſam. Falſam fuge cauſam refert. Medie plebi. infime Patent. parata ſunt. Hac aūt orōne ceyx ſe in oēs benigniſſimum eſſe oſtendit. Inhoſpita. inhoſpitalia. Huic animo noſtro aīo per ſe benigno ac liberali. Omne feres. habebis. accipies. Meliora. feliciora. Peleuſꝗ comiteſꝗ rogant. ſic quidez corrupte legitur. neꝗ enim ratio carminis patitur vt ꝗ copula breuis producatur. Qua re illaꝗ eraſa hanc copulam et in verſus principio putaui reponendam. Que rapto viuit. rapina.

Ceyx in auem

Sed p̄me q̄cq̄d erit: dū qđ fuit ante reformet.
Dixerat hec proteus: et cōdidit equore vultū:
Admiſitꝗ ſuos in verba nouiſſima fluctus.
Pronus erat titan: inclinatoꝗ tenebat
Heſperiū temone fretū: cum pulchra relicto
Nereis ingreditur cōſueta cubilia fluctu.
Vix bene virgineos peleus inuaſerat artus:
Illa nouat formas: donec ſua membra teneri
Senſit: et in partes diuerſas brachia tendit.
Tūc demū īgemuit. neꝗ ait ſine numīe vīcis:
Exhibita eſtꝗ thetis. cōfeſſā ā plectit heros:
Et potitur votis: ingentiꝗ implet achille
Felix et nato. felix et coniuge peleus.
Et cui ſi demas iugulati crimina phoci:
Omnia cōtigerant fraterno ſanguine ſontem.
Expulſumꝗ domo patria trachinia tellus
Accipit. hic regnum ſine vi. ſine cede regebat
Lucifero genitore ſatus: patriūꝗ nitorem
Ore ferens ceyx: illo qui tempore meſtus
Diſſimiliſꝗ ſui fratrem lugebat ademptum.
Quo poſtꝗ eacides feſſus curaꝗ viaꝗ
Venit: et intrauit paucis comitantibus vrbē:
Quoſꝗ greges pecor: q̄ ſecū armēta trahebat
Haud procul a muris ſub opaca valle reliq̄t:
Copia cū facta eſt adeūdi tecta tyranni:
Velamēta manu p̄tendens ſupplice: quis ſit:
Quoꝗ ſatus memorat. tm̄ ſua crimina celat:
Mentiturꝗ fuge cauſam. petit vrbe vel agro
Se iuuet. hunc cōtra placido trachinius ore
Talibus alloquit. medie quoꝗ ꝯmoda plebi
Nr̄a patēt peleu. nec īhoſpita regna tenem⁹.
Adiicis huic aīo monumenta potentia. clarū
Nomen: auūꝗ iouem. nec tp̄a perde p̄cando.
Qđ petis omne feres: tuaꝗ hec ꝑ pte vocato:
Qualiacūꝗ vides. vtinam meliora videres.
Et flebat. moueat tantos que cauſa dolores:
Et peleus comiteſꝗ rogant: quibus ille ꝓfat.
Forſitan hanc volucrem: rapto q̄ viuit: et oēs

Dedalon i accipitrē

Qui vocat auroraꝫ. Luciferi periphraſis. nam lucifer et primus ſtellarũ incipit et vltimus lucere deſinit. Tenẽde. conſeruãnde. Thiſbeas columbas. Thiſbe vrbs eſt beotie a thiſbe aſopi filia cognominata columbis abundãs Unde thiſbeus declinatur. portus aũt et nauale thiſbeorũ: vt ſcribit Stephanus ex ſententia Epaphroditi: columbis plenum erat. Agitat. vexat. perſeq̃tur. Accipitres nãqꝫ maxime colũbas

Chione infeſtãt. Nata erat huic chione. ab eximio candore forſitan ſic fuit appellata nam chione nix ĩterpretatur. Maiaqꝫ creatus. mercurius. Hic vertice cylleneo. hic mercuriꝰ a cyllene arcadie mõte: vbi mercurius ipſe natus eſſe fingitur. Pariter traxere calorem. vna ambo ceperunt amare. Mouente ſoporẽ inducente ſomnum. Jacet. in ſomnuꝫ reſoluit. Prerepta gaudia. ante a mercurio rapta. Alipedis dei. mercurij talaria alata geſtantis. quod idcirco fingitur: quia mercurius velociſſimus eſt oĩm planetarum. Verſuta. aſtuta. callida: que nigrũ in candida vertere ſciat Candida de nigris. hoc de aſtutis ver

Autolycꝰ ſutiſqꝫ dici ſolet. Carmine vocali. cãtu ſonoro ac ſuaui. Progenitore tonante auo ioue qui luciferi pater eſt. Curuauit cornu. flexit arcũ ex cornu confectũ Eſt enim metonymia. Arundine. ſagitta ex arũdine et calamo facta. Ver

Philemõ ba temptata. que chione emittere conata eſt. Sequuntur. linguam ſubaudiamus. Quã miſer ego tunc. fui ſubaudiatur. Cum quadaꝫ exclamatione autẽ hec efferuntur. ac ſi diceret. o quãtum miſer ego tũc fui. O pietas. exclamatio affectui ſeruiens. Delamẽtatur. valde lamentatur. Ut deamare valde amare dicimus.

Terret aues: ſemper pẽnas habuiſſe putetis.
Uir fuit: et tanta eſt animi conſtantia: quantũ
Acer erat: belloqꝫ ferox ad vimqꝫ paratus:
Nomine dedalion: illo genitore creatus:
Qui vocat auroram: celoqꝫ nouiſſimus exit.
Culta mihi pax eſt. pacis mihi cura tenende
Cõiugiũqꝫ fuit. fratri fera bella placebant.
Illius virtus gentes regeſqꝫ ſubegit:
Que nunc thiſbeas agitat mutata columbas.
Nata erat huic chione: que dotatiſſima forma
Mille procis placuit bis ſeptẽ nubilis annis.
Forte reuertentes phebus maiaqꝫ creatus:
Ille ſuis delphis. hic vertice cylleneo
Uidere hanc pariter. pariter traxere calorem.
Spem veneris differt in tẽpora noctis apollo.
Non fert ille moras: virgaqꝫ mouente ſoporẽ
Uirginis os tangit. tactu iacet illa potenti.
Uimqꝫ dei patitur. nox celũ ſparſerat aſtris.
Phebus anũ ſimulat: p̃reptaqꝫ gaudia ſumit
Ut ſua maturus compleuit tempora venter:
Alipedis de ſtirpe dei verſuta propago
Naſcit̃ autolycus furtũ ingenioſus ad omne:
Qui facere aſſuerat patrie non degener artis
Candida de nigris: et de candentibus atra.
Naſcitur e phebo (nãqꝫ eſt enixa gemellos)
Carmine vocali clarus citharaqꝫ philemon.
Quid peperiſſe duos: et diis placuiſſe duobꝰ:
Et forti genitore et progenitore tonante
Eſſe ſatã p̄deſt: an obeſt quoqꝫ gloria multis:
Obfuit huic certe: que ſe preferre diane
Suſtinuit: faciẽqꝫ dee culpauit. at illi
Ira ferox mota eſt: factiſqꝫ placebimus ĩquit.
Nec mora. curuauit cornu: neruoqꝫ ſagittam
Impulit: et meritam traiecit arũdine linguã.
Lingua iacet: nec vox tẽptataqꝫ verba ſequũt̃:
Conantẽqꝫ loqui cũ ſanguine vita reliquit.
Quã miſer (o pietas) ego tũc: patrioqꝫ doloreꝫ
Corde tuli: fratriqꝫ pio ſolatia dixi.
Que pr̃ haud aliter q̃ꝫ cautes murmura ponti
Accipit: et natam delamentatur ademptam.
Ut vero ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos. q̃ter inde repulſus
Cõcita mẽbra fuge mandat: ſimiliſqꝫ iuuenco

Spicula crabronum preſſa ceruice gerenti.
Qua via nulla ruit. iam tū mihi currere viſus
Plus hoīe eſt: alaſqꝫ pedes ſumpſiſſe putares
Effugit ergo omnes: veloxqꝫ cupidine leti
Uertice parnaſſi potitur. miſeratus apollo:
Cum ſe dedalion ſaxo miſiſſet ab alto:
Fecit auē: et ſubitis pendentē ſuſtulit alis.
Oraqꝫ adūca dedit. curuos dedit vnguibꝰ ha/
Uirtutē antiquā. maiores corp̄e vires. (mos
Et nunc accipiter nulli ſatis equus in omnes
Seuit aues: aliiſqꝫ dolens fit cauſa dolendi.
Que dum lucifero genitus miracula narrat
De conſorte ſuo: curſu feſtinus anhelo
Aduolat armenti cuſtos phoceus anetor.
Et peleu peleu magne tibi nuncius adſuz
Cladis ait. quodcūqꝫ ferat: iubet edere peleꝰ.
Pendet et ipſe metu trepidi trachinius oris.
Ille refert. feſſos ad littora curua iuuencos
Appuleram: medio cum ſol altiſſimus orbe
Tantū reſpiceret: quantum ſupereſſe videret:
Parſqꝫ bouz fuluis genua īclinarat harenis:
Latarūqꝫ iacens campos ſpectabat aquarū.
Pars gradibus tardis illuc errabat et illuc.
Nantqꝫ alii: celſoqꝫ extāt ſuper equora collo.
Tēpla mari ſubſūt: nec marmore clara nec au
Sz trabibꝰ dēſis lucoqꝫ vmbroſa vetuſto. (ro:
Nereides nereuſqꝫ tenent. hos nauita ponti
Edidit eſſe deos: dum retia littore ſiccat.
Iuncta palus huic eſt denſis obſeſſa ſalictis:
Quā reſtagnantis fecit maris vnda paludem.
Inde fragore gͣui ſtrepitꝰ loca ꝓxima terret.
Bellua vaſta lupus ſiluiſqꝫ paluſtribus exit:
Oblitus et ſpumis et craſſo ſanguine rictus.
Fulmineus. rubra ſuffuſus lumina flamma.
Qui q̄q̄ ſeuit pariter rabieqꝫ fameqꝫ:
Acrior eſt rabie. neqꝫ enim ieiunia curat
Cede boum diraqꝫ famem finire: ſed omne
Uulnerat armentū: ſternitqꝫ hoſtiliter omēs.
Pars quoqꝫ de nobis funeſto ſaucia morſu:
Duz defenſamus: leto eſt data. ſanguine littꝰ
Undaqz prima rubet: demugiteqz paludes.
Sz mora dānoſa eſt. nec res dubitare remittit
Dū ſupereſt aliquid: cūcti coeamus ad arma.

Spicula crabronū. Crabro volatile eſt vt veſpa maxime iuuencos infeſtans. Alaſqꝫ pedes. iam ei in accipitrē verti ceptus erat. Cupidine leti. cupiditate mortis. Uertice parnaſi potiť. i verticē ac ſummitatē parnaſi aſcēdit. Ab alto ſaxo. mōte. Subitis alis. ſubito natis. Ora adūca. roſtrū aduncuz. Maiores corpore vires. maiores qꝫ vt illi tā paruo corpori cōueniant. Nulli ſatis equꝰ Rapto eniz viuit accipiter. Sexdecim aūt accipitrū genera eſſe ſcribit Pli. q̄ ſiquis noſſe cupit: inde petat. Illud ſciēdū apđ ṗſcos accipitres māſueſcere non cōſueſſe: id qđ facile cū ex aliis q̄ de accipitribꝰ ſcribunť: tū ex his plinij verbis colligi pōt. In thracie parte ſup amphipolim hoīes atqꝫ accipitreſ ſocietate quadā aucupanť. hi ex ſyluis et arūdinetis excitant aues. illi ſupuolantes deprimūt. rurſus captas aucupes diuidunt cū his. Traditū eſt miſſas in ſublime ibi excipere eos: et cum tēpus ſit capture clangore ac volatus genere inuitare ad occaſionez. Deniqꝫ Plinius de māſuetis accipitribus ne vnū quidē verbū facit nequaqꝫ taciturus ſi tēpore ſuo in vſu fuiſſent. De cōſorte ſuo. fratre ſuo Dedalione. Lupi aūt q̄ pelei armēta lacerarat: metamorphoſin in ſaxū ſubtexit poeta. Curſu feſtinus anhelo. hypallage eſt. Feſtino ſiquidē curſu illū anhelantē veniſſe intelligimus. Phoceus anetor. a phocide regione phoceus phocaicuſqꝫ declinanť. Et peleu peleu. Conduplicatio ſubitū malū nuncianti maxime cōueniens. Trepidi oris. trepide nūciantis. Pendet. ſollicitus eſt. Tantum reſpiceret. periphraſis meridiei. Cāpos latarū aquarū. equor. Gradibus. paſſibꝰ Tēpla mari ſubſunt. adſunt. iuxta mare ſunt. Edidit. dixit. Huic. luco ſubintelligať. Reſtagnātis eſtuātis. Elegāter aūt deſcribit locū luporum latebris accommodatum. Inde. ex ea palude. Oblitus. infectus. eſt aūt ſynegdoche. Rictus eni oblitos et infectos habēs intelligiť. Fulmineus. inſtar fulminis oīa proſternens. Funeſto morſu. mortali. Saucia. vulnerata. Leto data. interfecta. Defenſamus. defendere conamur. Demugiteqꝫ paludes. mugitu boum replete. eſt aūt participium contra grāmatices rationem formatum. Remittit. permittit.

Lupus in ſaxum

Arma capeſſamus. Anadiploſis pulchra exhortationi accõmodata. Agreſtis. paſtor. Admiſſi. commiſſi. et fraterne necis. Nereida colligit orbam. hoc eſt ratiocinat̃ pſamathen nympham phoci matreʒ filio inferias mittere. Rex oeteus. ceyx rex trachine. q̃ contermina eſt oethe monti. A q̃buſdam tñ ethereius legitur. hoc eſt ſidereus et ſplendidus. Excita. euocata ex intima ediũ parte ac gyneceo. ſignificat aũt halcyonen de viri ſalute quẽ vehemẽtiſſime amabat: maxime ſollicitã eſſe. In vna. nã halcyones vitã a ceycis vita pepẽdiſſe exitus fecit manifeſtum: eo nãqꝫ in mari ſubmerſo ipſa quoqꝫ vitam dolore finiuit. Eacides illi. inquit verbũ qđ facile ſubaudit̃: fuit pretermiſſum.

Arma capeſſamus: cõiunctaqꝫ tela feramus.
Dixerat agreſtis. nec pelea dãna mouebant.
Sed memor admiſſi nereida colligit orbam
Damna ſuo ĩferias extincto mittere phoco.
Induere arma viros: violentaqꝫ ſumere tela
Rex iubet oeteus: cũ quis ſimul ipſe parabat
Ire. ſed alcyone coniunx excita tumultu
Proſilit: et nondum totos ornata capillos
Diſiicit hos ipſos: colloqꝫ infuſa mariti
Mittat vt auxilium ſine ſe verbiſqꝫ precatur
Et lachrymis: animaſqꝫ duas vt ſeruet in vna.
Eacides illi. pulchros regina pioſqꝫ
Pone metus. plena eſt promiſſi gratia veſtri.
Nõ placet arma mihi ꝯ̃ noua mõſtra mouere.
Numen adorãdũ pelagi ẽ. erat ardua turris:
Arce locus ſumma: feſſis loca grata carinis.
Aſcendunt illuc: ſtratoſqꝫ in littore tauros
Cũ gemitu aſpiciunt: vaſtatoremqꝫ cruento
Ore ferum longos infectum ſanguine villos.
Inde manus tendens in aperti littora ponti:
Ceruleam peleus pſamathen: vt finiat iram
Orat: opemqꝫ ferat. nec vocibus illa rogantis
Flectit̃ eacide. thetis hãc pro cõiuge ſupplex
Accepit veniam. ſed enim irreuocatus ab acri
Cede lupus ꝑſtat dulcedine ſanguinis aſper:
Donec inherentem lacere ceruice iuuence
Marmore mutauit. corpus pariterqꝫ coloreʒ:
Omnia ſeruauit. lapidis color indicat illum
Iam non eſſe lupum. iam non debere timeri.
Nec tñ hac profugum conſiſtere pelea terra
Fata ſinunt. magnetas adit vagus. exul: ⁊ illic
Sumit ab emonio purgamina cedis acaſto.
Interea fratriſqꝫ ſui fratremqꝫ ſecutis
Anxia prodigiis turbatus pectora ceyx

Plena eſt. ꝑfecta atqꝫ cumulata. Numẽ pelagi. Pſamathe nypha marina. Ardua turris. alta. Turris aũt a terrẽdis hoſtibus dicta videtur. Feſſis loca grata carinis. illam enĩ naute aſpicientes in portum naues dirigebant: ſeqꝫ terre propinquos eſſe cognoſcebant. Inde. ab illa turri. In littora. verſus littora. Aperti ponti. maris late patentis. Pſamathen. Pſamathe nympha fuit nerei filia et phoci mater. Eacide rogantis. pelei precantis. illi nãqꝫ fuerat irata: eoqꝫ precibus illius nihil mouebatur. Sed enĩ irreuocatus ab acri cede lupus perſtat. ſed enĩ lupus ferox inquit iperterritus perſtat in acri cede dulcedine ſanguis allectus. Marmore mutauit. in marmor. thetis aũt ſubaudiatur. Magnetas adit. magnetes populi ſunt theſſalie equorũ domitores clariſſimi: de quib⁹ Lucan⁹ in. vi. Et magnetes equis: minye gẽs cognita remis. Magneſia ꝟo eſt regio theſſalie. Eſt etiã magneſia vrbs iuxta meandrum: et regio a magnete dicta. Ab emonio acaſto. Acaſtus rex fuit theſſalie Pelie filius: vt ex Senece Medea colligitur. Interea fratriſqꝫ ſui. Ceyx luciferi filius fratris caſu admodũ ſollicitus ad clariũ oraculum conſulendũ ire cum vellet: diu ab alcyone vxore fuit remoratus. Cuʒ vero illi promiſiſſet ſe intra duos menſes reuerſurum abire permiſſus eſt. ſed in egeo tempeſtate deprehẽſus naufragiũ fecit. nauiqꝫ amiſſa vna cũ ſocijs ſubmerſus: quem vxori promiſerat reditum: preſtare non potuit. Vxor aũt cũ quotidie pro mariti ſalute dijs oĩb⁹ iunoniqꝫ ĩ p̃mis vota ſolueret: opa illi⁹ ꝑ ſõnuʒ admonita

Ceyx alcyone in aues

eſt maritũ ĩ mari periſſe. Quare expge facta ad littus vnde ſoluerat maritus acceſſit: ac duʒ infortunia ſua quereret̃: cadauer in mari longius aſpexit: qđ cũ mariti eſſe cognouiſſet: ad illudqꝫ ꝑ vndas exilire vellet: in auẽ alcyonem conuerſa ad os mariti aduolauit: qui miſeratione deorũ pia vxoris oſcula ſentiens in eiuſdẽ generis auem ipſe q̃ʒ fuit transfiguratus. Ab his aũt auibus. xiiij. dies alcyonij ſunt dicti: quibus mare quietũ eſt. nã tpe brume nidificant: ac dũ ⁊ excludant pullos et educent mare oĩ tempeſtate caret. Anxia pectora turbatus. ſynegdoche poetica. hoc eſt ſollicitũ animũ ⁊ turbatũ habens. Prodigijs. fratris ſui. cuius filia diane ſagitta ſubito fuerat interfecta. Fratrẽqꝫ ſecutis.

Conſulat vt ſacras hoīm oblectamina ſortes:
Ad clarium parat ire deū. nā tēpla ꝓphanus
Inuia cū phlegyis faciebat delphica phorbas
Conſilii tamen ante ſui fidiſſima certam
Te facit alcyone: cui protinus intima frigus
Oſſa receperunt: buxoqꝫ ſimillimus ora
Pallor obit: lachrymiſqꝫ gene maduere ꝓfu-
Ter conata loq̄: ter fletibus ora rigauit. (ſis
Singultuqꝫ pias interrumpente querelas:
Que mea culpa tuam dixit cariſſime mentem
Vertit? vbi ē que cura mei prior eſſe ſolebat?
Iam potes alcyone ſecurus abeſſe relicta.
Iam via longa placet. iā ſū tibi carior abſens.
At puto per terras iter eſt? tantumqꝫ dolebo:
Non etiam metuam? cureqꝫ timore carebunt?
Equora me terrent: et ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in littore vidi.
Et ſepe in tumulis ſine corpore nomina legi.
Ne ve tuum fallax animum fiducia tangat:
Qd ſocer hippotades tibi ſit: q̄ carcere fortes
Contineat ventos: et cum velit equora placet.
Cum ſemel emiſſi tenuerunt equora venti:
Nil illis vetitum eſt: incommendataqꝫ tellus
Omnis: ⁊ oē fretū eſt. celi quoqꝫ nubila vexāt:
Excutiuntqꝫ feris rutilos concurſibus ignes.
Quo magis hos noui (nā noui ⁊ ſepe paterna
Parua domo vidi) magis hos reor eē timēdos
Quod tua ſi flecti precibus ſententia nullis
Care poteſt cōiunx: nimiūqꝫ es certus eundi:
Me quoqꝫ tolle ſimul. certe iactabimur vna:
Nec niſi que patiar metuā: pariterqꝫ feremus
Quicq̄d erit. pariter ſup equora lata feremur
Talibus eolidis dictis lachrymiſqꝫ mouetur
Sidereꝰ cōiūx. neqꝫ ei minor ignis in ipſo eſt.
Sed neqꝫ ꝓpoſitos pelagi dimittere curſus:
Nec vult alcyonen in partez adhibere pericli:
Multaqꝫ reſpondit timidum ſolātia pectus.
Non tamen idcirco cām probat. addidit illis
Hoc quoqꝫ lenimen: quo ſolo flexit amātem
Longa quidē eſt nobis oīs mora. ſed tibi iuro
Per patrios ignes: ſi me modo fata remittāt:
Ante reuerſurum: q̄ꝫ luna bis impleat orbem.
His vbi promiſſis ſpes eſt admota recurſus:

qui in accipitrem fuerat commutatus Hominū oblectamina. mortaliū oblectamenta: non infortuniorū remedia. Ad clariuz deū. ad oracula clarij apollinis: que olim in lycia fuerunt. nā claros vrbs eſt lycie apollinis oraculo clariſſima. Nam templa delphica. tacite obiectioni occurrit. Prophanus phorbas. phorbas phlegeyarꝫ rex fuiſſe perhibet. ac contra delphos bellum ſuſcepiſſe. phlegye autem populi fuerūt theſſalie aduerſus deos impij qui tādem a neptuno diluuio immiſſo fuerunt deleti. Prophanus. ſacrilegus qui nulla ſacrorum cura tangebatur. Te facit certā. in ſoluta oratione certiorem diceremus. eſt autē apoſtrophe ad alcyonen. Cui protinus intima frigus oſſa receperunt. id eſt que ſtatim tremere cepit. Receperūt. conceperūt traxerunt. Obit. occupat. Rigauit. madefecit. elegāter autem effingit mores vxoris maritum afflictuz deamantis. Pias querelas. a pio amore prouenientes lamentationes. Vertit. cōuertit cōmutauit. Securus. ſine vlla mei cura. Triſtis imago ponti. aſpera facies maris. In tumulis. ſepulchris. Sine corpore. erant nāqꝫ cenotaphia. hoc ē inania ſepulchra. Hippotades. eolus hippote troiani nepos: filius nanqꝫ fuit iouis ⁊ segeſte hippote filie. Placet mitiget. Incōmutata. ſic quidem legebatur ſed nihil ſenſui conuenire videt. Incōmendata vero maxime quadrare: vt intelligamus neqꝫ terram neqꝫ mare ventis eſſe commendata: ſed violenter perturbari atqꝫ vaſtari. Excutiuntqꝫ feris. ex concurſu nubiū (vt ſcribunt phiſici) fulmina generantur. Rutilos ignes. fulmia. Eolidis. alcyones eoli filie. Ignis. amor. Propoſitos pelagi curſus. propoſitam ac deliberatam nauigationem. Non tamen idcirco cauſam probat. hoc eſt non tamen idcirco vxori perſuadet vt ſe diſcedere permittat neqꝫ diſceſſum ſuum egre ferat. Per patrios ignes. ꝑ luciferi ſplēdorem. Quam luna bis impleat orbē. q̄ꝫ duo tranſeant menſes. Recurſus velocis reditus.

Equore tingi. in equor deduci. Pinū
nauē ex pino confectam. Ueluti pre=
ſaga. tanq̄ preſentiēs malum futurū.
Collapſa corpore tota ē. ſemimortua
in terrā cecidit. Querēte moras ceyce.
lachrymis eni vxoris motus diſcede=
bat inuitus. Ordinibus geminis. nā
biremis erat. Ad fortia pectora. geſtuʒ
exprimit remigātiū. Equali ictu. equa
li ꝑcuſſione. id eni exigit ars remigan=
di. Ubi terra receſſit. longius. hoc ex
vulgari ſenſu dictū eſt. neqꝫ eniʒ terra
cum ſit immobilis recedere poteſt: q̄
uis abeunte naue refugere videatur.
Dum licet. dū poteſt. Fluitātia vela. ſe
motātia. Uacuum lectū. marito caren
tē. Que pars abſit. nā optima pars le=
cti aberat maritus. Portubus exierāt
e portu egreſſi erant. Aura. vētus. Ru
dentes. funes ſunt nautici rudentes a
ſtrepitu quē vento agitati emittūt di=
cti. rudere nanqꝫ qd̄ aſinorū eſt ꝓpriū
vident̄. Obuertit. conuertit. Lateri. in
latus. Cornua. antemnarū. In ſum=
ma locat arbore. in ſummitate arboris
collocat et ponit. id autem fieri ſolet:
cum ſecūdus flare ceperit vētus. Car
baſa. vela. Deducit. detrahit. Malo
arbore nauis. Utraqꝫ tellus. et a qua
diſceſſerat ⁊ quā petebat ceyx. Sub no
ctem. prope noctē. ſignū eſt aūt maxi=
me tempeſtatis future cum vnde albe
ſcere vident̄. Preceps eurus. violētus
Ualentius. vehementius. Ardua cor=
nua. alta. Procelle. ventorū impetus.
eſt eni procella (vt Seruius tradit) vis
venti cū pluuia dicta q̄ oīa percellat ⁊
cōcutiat. Fragor. ſtrepitus. Pars mu
nire latus. ne aqua ingrediatur. Pars
ventis vela negare. vela ꝯplicare. Ege
rit eijcit. Equor. aquā maris. Refūdit
reijcit. Rapit. celeriter detrahit. Sine
lege. ſine ordine. Ab omi parte. ab ori=
ente et occidente. a ſeptentrione ⁊ me
ridie. Freta indignantia. tumeſcentia
Miſcēt. perturbāt. Nec ſe quis ſit ſta
tus. ipſe fatetur ſcire ratis rector. ordo
eſt et ſenſus. et ipſe rector et guberna=
tor nauis fatetur ſe neſcire quis ⁊ qua
lis rerū ſit ſtatus: aut quid iubere velle
ve debeat. Tanta mali moles. magni
tudo. eſt autē acclamatio qua tempe=
ſtatis ſeuitia declarat̄. Quippe ſonāt.
nanqꝫ ſtrepunt. ea vero omnia deſcri=
bit elegantiſſime que in magnis tem=
peſtatibus euenire ſolēt. Incurſu. im
pulſu. Erigitur. extollitur.

Protinus eductam naualibus equore tingi:
Aptariqꝫ ſuis pinum iubet armamentis.
Qua rurſus viſa veluti preſaga futuri
Horruit alcyone: lachrymaſqꝫ emiſit obortas
Amplexuſqꝫ dedit: triſtiqꝫ miſerrima tandem
Ore vale dixit: collapſaqꝫ corpore toto eſt:
At iuuenes querente moras ceyce reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos
Equaliqꝫ ictu ſcindunt freta. ſuſtulit illa
Humētes oculos: ſtantēqꝫ in puppe recurua:
Concuſſaqꝫ manu dantem ſibi ſigna maritum
Prima videt: redditqꝫ notas: vbi tr̄a receſſit
Lōgius: atqꝫ oculi nequeūt cognoſcere vultꝰ
Dum licet: inſequitur fugiētem lumine pinū.
Hec quoqꝫ vt haud poterat ſpacio ſūmota vi
Uela tn̄ ſpectat ſummo fluitātia malo. (deri.
Ut nec vela videt: vacuum petit anxia lectuʒ:
Seqꝫ toro ponit. renouat lectuſqꝫ locuſqꝫ
Alcyones lachrymas: et q̄ ꝑs admonet abſit.
Portubus exierant. ⁊ mouerat aura rudētes.
Obuertit lateri pendentes nauita remos.
Cornuaqꝫ i ſumma locat arbore: totaqꝫ malo
Carbaſa deducit: venienteſqꝫ accipit auras:
Aut minus aut certe mediū non āplius equor
Puppe ſecabatur: longeqꝫ erat vtraqʒ tellus:
Cum mare ſub noctē tumidis albeſcere cepit
Fluctibus: ⁊ preceps ſpirare valentius eurus.
Ardua iam dudum demittite cornua rector
Clamat: et antemnis totum ſubnectite velū.
Hic iubet. impediunt aduerſe iuſſa procelle.
Nec ſinit audiri vocē fragor equoris vllam.
Spōte tamē properāt. alii ſubducere remos:
Pars munire latus. pars ventis vela negare.
Egerit hic fluctus: equorqʒ refūdit in equor.
Hic rapit antemnas. que dum ſine lege gerūt
Aſpera creſcit hyems: omiqʒ a parte feroces
Bella gerūt venti: fretaqʒ indignātia miſcēt:
Ipſe pauet: nec ſe quis ſit ſtatus: ipſe fatetur
Scire ratis rector. nec quid iubeat ve velit ve:
Tanta mali moles: tantoqʒ potētior arte eſt.
Quippe ſonāt clamore viri. ſtridore rudētes.
Undarū incurſu grauis vnda. tonitribꝰ ether
Fluctibus erigitur: celumqʒ equare videtur

Pontus:et inductas aſꝑgine tangere nubes.
Et modo cum fuluas ex imo vertit harenas:
Concolor eſt illis.ſtygia modo nigrior vnda:
Sternitur interdū:ſpumiſqꝫ ſonātibus albet.
Ipſa quoqꝫ his agit vicibꝰ trachinia puppis.
Et nunc ſublimis veluti de vertice montis
Deſpicere in valles imumqꝫ acheronta videt.
Nunc vbi demiſſam curuū circumſtetit equor:
Suſpicere inferno ſummū de gurgite celum.
Sepe dat ingentē fluctu latus icta fragorem.
Nec leuius pulſata ſonat:ꝙ̄ ferreus olim
Cum laceras aries baliſtaue concutit arces.
Utqꝫ ſolent ſumptis incurſu viribus ire
Pectore in arma feri:protentaqꝫ tela leones:
Sic vbi ſe ventis cōmiſerat vnda coortis:
Ibat in arma ratis:multoqꝫ erat altior illis.
Iamqꝫ labant cunei:ſpoliataqꝫ tegmine cere
Rima patet:prebetqꝫ viam letalibus vndis.
Ecce cadunt largi reſolutis nubibus imbres.
Inqꝫ fretum credas totum deſcēdere celum:
Inqꝫ plagas celi tumefactum ſcādere pontū.
Uela madent nimbis.et cum celeſtibus vndis
Equoree miſcētur aque.caret ignibus ether.
Cecaqꝫ nox p̄mitur tenebris hyemiſqꝫ ſuiſqꝫ.
Diſcutiunt tñ has:prebentqꝫ micantia lumen
Fulmina.fulmineis ardeſcunt ignibus vnde.
Dat quoqꝫ iam ſaltus intra caua texta carine
Fluctus.et vt miles numero preſtātior omni
Cum ſepe aſſiluit defenſe menibus vrbis:
Spe potitur tandē:laudiſqꝫ accenſus amore
Inter mille viros murū tamen occupat vnus:
Sic vbi pulſarunt celſi latera ardua fluctus:
Uaſtius inſurgēs decime ruit impetus vnde.
Nec prius abſiſtit feſſam oppugnare carinam
Q̄ velut in capte deſcendat menia nauis:
Pars igitur tēptabat adhuc inuadere pinuꝫ.
Pars maris itꝰ erat.trepidāt haud ſegniꝰ oēſ
Quā ſolet vrbs aliis murū fodientibus extra:
Atqꝫ aliis murū trepidare tenentibus intus.
Deficit ars:animiqꝫ cadunt:totidēqꝫ vident
Quot veniūt fluctꝰ:ruere atqꝫ irrūpe mortes
Nō tenet h̄ lacrimas.ſtupꝫ h̄.vocat ille beatoſ
Funera quos maneāt.hic votis numē adorat

Aſpergine.aſꝑſione. Cōcolor eſt illis: eundē cū ipſis harenis habet colorꝫ. Sternit interdū.ſtratū videt et equale Agit.agitat. His vicibus.mutatiōibꝰ Deſpicere.deorſū aſpicere.interdū cōtēnere ſigt. Imū acheronta.infernum eſt eni acheron vnus ex inferni fluuiis Suſpicere.ſurſuꝫ aſpicere. aliqñ mirari ſignificat. Icta latus.i latere ꝑcuſſa ſynegdoche eſt poetica. Pulſata.ꝑcuſſa. Ferreus aries.īſtrumētū eſt bellicū aries quo priſci ad diruendos muros vtebant. Balliſtaue.balliſta quoqꝫ iſtrumentū eſt bellicū quo ſaxa longe emittunt. Incurſu.impetu. Protēta porrecta. In arma ratis.in nauis inſtrumenta et armamenta. Multoqꝫ erat illis. armamētis ipſius nauis.vñ nāqꝫ multo ꝙ̄ nauis erāt altiores. Cere.picis q̄ naues integunt. Letalibꝰ vndis.mortiferis aq̄s. Scādere.aſcendere. Caret ignibus ether.ſideribꝰ ether carere videbat:q: nulla apparebāt. Cecaqꝫ nox obſcura. Diſcutiūt.depellūt. Ardeſcūt ſplendeſcūt. Intra caua texta.intra cōcauitatē carine. Omni numero.oī multitudine. Menibus.ī muros. Spe potit tandē.hoc eſt tādem voti fit cōpos in murūqꝫ aſcendit. Decime vnde.maxime atqꝫ vaſtiſſime.nā decima queqꝫ vnda maxima eſſe videt. vt Ouidius in primo de triſtibus libro teſtat: cum inquit. Qui venit hinc fluctus:fluctus ſupeminet omnes. Poſterior nono ē vndecimoqꝫ prior. hinc factū eſt vt decimum decumanūqꝫ pro maximo ampliſſimoqꝫ accipiat.vt decumana porta in caſtris maxima: vt que ab hoſtibus foret auerſa. et decumana ſcuta ampliſſima: et decumanus in agro limes qui lōgiſſimus et maximus foret Uaſtiꝰ.validius. Abſiſtit.deſiſtit. Uelut in menia. ſimilitudo eſt a captis vrbibus ſumpta:ſignificat autem fluctꝰ partem intra nauēꝫ irrupiſſe. Pinum nauem. Trepidant timent. Haud ſegnius.nō minus.pulchra aūt ſimilitudine exprimit timorem nautarū a tempeſtate deprehenſorum. Tenentibus defendentibus. Deficit ars. tempeſtati ars ſuccumbit. Irrumpere.cum impetu ītrare. Non tenet hic lachrymas alius inquit lachrymat. alius ſtupet. attonituſqꝫ videtur. Funera quos maneant.qui exequiarūꝫ honore non priuentur. Hic votis numen adorat. alius inquit diis vota facit.

Subeunt. illi in mentem veniunt. Cū pignoribus. cum liberis. In domum versus domum. Tanta vertigine. euerſione. perturbatione. eſt autem acclamatio qua maxima tempeſtas declaratur. Piceis e nubibꝰ. nigris aqua plenis. Incurſu. impetu. Turbinis. venti violentioris. Regimen. gubernaculuꝫ Superſtes. ſuperans ſuperextans. Sinuata. in ſinū coacta. conuoluta. Quā ſi quis athon pindum ve. montes eſſe macedonie athon et pindum theſſalie ſuperius diximus. Precipitata. ipulſa ventis. Et ictu. impulſu. In ima. in profundum. Functa ſuo fato. mortua eſt. ex ſententia aūt ſtoicorum hoc ait: qui omnia fato fieri putant. Et membra. fruſta abrupta. Socerum. eolum Patremqꝫ luciferuꝫ. Exanimis. mortuus. Tumuletur. ſepeliatur. Hiſcere. os aperire. Ecce ſuper medios. repentini mali fere ſignificatiua eſt hec particula ecce. Niger arcus. nubes nigra et aquarum plena arcui ſimilis. Merſum obruit. hoc eſt obruit et ſubmerſit Non licuit. non potuit. neqꝫ enim ſidera per noctē celū relinquere poſſūt ac ne interdiu q̄dē q̄quis videant̄. Texit. cooperuit. ne videret filium pereuntē. Eolis. alcyone eoli filia. Feſtinat veſtes. feſtinanter ſuit et facit. Pia thura ferebat. pie ſacrificabat. Qui nullus erat. qui non erat. neqꝫ enim mortui eſſe dicuntur. Hoc ſolum. vt nullam aliam ipſi preferret.

Brachiaqꝫ ad celū: qđ nō videt irrita tollēs
Poſcit opem. ſubeunt illi fraterqꝫ parenſqꝫ:
Huic cū pignoribus domꝰ: ꝛ qđ cuiqꝫ relictū ē
Alcyone ceyca mouet. ceycis in ore
Nulla niſi alcyone eſt: et cum deſideret vnam:
Gaudet abeſſe tn̄. patrie quoqꝫ vellet ad oras
Reſpicere: inqꝫ domū ſupremos vertere vultꝰ.
Uerum vbi ſit neſcit. tanta vertigine pontus
Feruet: et inducta piceis e nubibus vmbra
Omne latꝫ celū. duplicataqꝫ noctis imago eſt
Frangitur incurſu nimboſi turbinis arbor.
Frāgitur et regimē: ſpoliiſqꝫ animoſa ſuꝑſtes
Unda velut victrix: ſinuataqꝫ deſpicit vndas.
Nec leuius q̄ ſi quis athon pindūqꝫ reuulſos
Sede ſua totos in apertum euerteret equor:
Precipitata cadit: pariterqꝫ et pōdere et ictu
Mergit in ima ratē: cū qua ꝑs magna virorū
Gurgite preſſa graui: neqꝫ in aera reddita fato
Functa ſuo eſt. alii partes et membra carine
Trūca tenēt. tenet ip̄e manu: q̄ ſceptra ſolebat
Fragmina nauigii ceyx. ſocerumqꝫ patremqꝫ
Inuocat heu fruſtra. ſed plurima nātis in ore
Alcyone coniunx. illam meminitqꝫ refertqꝫ.
Illius ante oculos vt agāt ſua corpora fluctꝰ
Optat: et exanimis manibus tumulet̄ amicis
Dū natat: abſentē quotiēs ſinit hiſcere fluctꝰ:
Nominat alcyonē: ipſiſqꝫ immurmurat vndis.
Ecce ſuper medios fluctus niger arcus aq̄rū
Frangit̄: et rupta merſum caput obruit vnda.
Lucifer obſcurus: nec quē cognoſcere poſſes:
Illa nocte fuit. quoniamqꝫ excedere celo
Non licuit: denſis texit ſua nubibus ora.
Eolis interea tantorum ignara malorum
Dinumerat noctes: et iam quas induat ille:
Feſtinat veſtes. iam quas vbi venerit ille:
Ipſa gerat: reditusqꝫ ſibi promittit inanes.
Omibus illa quidē ſuperis pia thura ferebat.
Ante tamen cūctos iunonis templa colebat:
Proqꝫ viro: qui nullꝰ erat: veniebat ad aras.
Utqꝫ foret ſoſpes coniunx ſuus: vtqꝫ rediret
Optabat: nullamqꝫ ſibi preferret. at illi
Hoc de tot votis poterat contingere ſolum.
At dea non vltra pro functo morte rogari

Manus funeſtas.funere et morte mariti pollutas. Mee vocis.meorum verborum et mandatorum.Viſe ad videndum vade.deſcribit autem et ſomnum deum et ſomni aulam. Soporiferam aulã.ſoporem et ſomnum afferentem atqꝫ inducentem. Somni.dei ſoporis. Arquato.in arcus ſimilitudinẽ figurato. Eſt prope cimerios.cimerij:vt Stra.atqꝫ ſextus ſcribũt:populi fuerunt iuxta baias habitantes ſubterranea domicilia vbi ſacra plutonia fiebant.dabanturqꝫ ab his reſponſa atqꝫ inde faciebant queſtum.conueniebant enim ad uene aliquid audituri:qui ducebantur in cauernas illas:quas nec oriens nec occidens ſol aſpiciebat: vt ſcribit in odyſſea Homerus. hi a quodaʒ rege deleti fuerunt: cum oraculi fides parum ſucceſſiſſet. alij ſcribunt cimerios populos eſſe in aſia amazonib⁹ proximos qui ex vltimo venerint occidente.iuxta cimerios ſomni aulam eſſe fingit poeta quã vt omnia vna cum ſomno et in ſomnijs elegantiſſime deſcribit. Ignaui.inertis.pigri.ab effectu qꝫ ignauos et pigros homines reddat. Quo nunqꝫ.pulchra poete phantaſia ſolis enim radij ſomnũ auertunt.tenebre aũt alliciunt. Exhalantur.emittũtur. Dubie lucis.crepuſculi eſt interpretatio. nam crepuſculum eſt dubia lux. Ales criſtati oris. periphraſis eſt galli.nihil autẽ in aula ſomni eſſe poeta ait quo turbari ſomnus poſſit. omnia vero adeſſe que ſomnum ipſum allicere valeant. Vnda labens.murmure ſiquidem aque ſomni efficiũtur ſuaues. Canibuſqꝫ ſagacior anſer. id maxime tum fuit compertum quo tempore capitolium a gallis obſidebatur.canibus enim quieſcẽtibus anſerum clãgore excitati cuſtodes gallos iam capitolium ingreſſos ex arce deturbarunt. Lethes. nomen illi aque conueniens. lethe nanqꝫ obliuio interpretatur.dormientes autem omnium obliti videntur. Fecunda papauera.multorum ſeminum fertilia que ſomnum maxime inducunt.vnde et ſoporiferum papauer vocatur. Stridorem reddat.ſtrepitum faciat. Hebeno. ex hebeni nigro ligno cõfectus. hebenus autem arbor eſt indica cuius lignum natura eſt nigrũ.ſcite vero poeta ſõni lectũ nigrũ eſſe fingit.pullus nanqꝫ color ſomnos hominibus allicit. Vix oculos tollẽs. eleganter geſtus deſcribit poeta eorũ qui graui ſomno premuntur. eſt auteʒ proſopopeia. rei enim corpore carenti corpus attribuit.

Somni domus.

Suſtinet:vtqꝫ manus funeſtas arceat aris.
Iri mee dixit fidiſſima nuncia vocis.
Viſe ſoporiferam ſomni velociter aulam.
Extinctiqꝫ iube ceycis imagine mittat
Somnia ad alcyonen veros narrãtia caſus.
Dixerat.induitur velamina mille colorum
Iris:et arquato celum curuamine ſignans
Tecta petit iuſſi ſub nube latentia regis.
Eſt prope cimerios longo ſpelunca receſſu
Mons cauus:ignaui dom⁹ et penetralia ſõni.
Quo nunqꝫ radiis oriens mediuſue cadenſue
Phebus adire poteſt.nebule caligine mixte
Exhalantur humo.dubie crepuſcula lucis.
Non vigil ales ibi criſtati cantibus oris
Euocat auroram.nec voce ſilentia rumpunt
Sollicitiue canes:canibuſue ſagacior anſer.
Non fera.non pecudes.nõ moti flamine rami
Humaneue ſonum reddunt conuitia lingue.
Tuta quies habitat.ſaxo tamen exit ab imo
Riuus aque lethes:ꝑ quẽ cũ murmure labẽs
Inuitat ſomnos crepitantibus vnda lapillis.
Ante fores antri fecunda papauera florent:
Innumereqꝫ herbe:quarũ de lacte ſoporem
Nox legit:⁊ ſpargit ꝑ opacas humida terras.
Ianua ne verſo ſtridorem cardine reddat:
Nulla domo tota.cuſtos in limine nullus:
In medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus.vnicolor.pullo velamine tectus:
Quo cubat ipſe deus mẽbris lãguore ſolutis.
Hunc circa paſſim varias imitantia formas
Sõnia vana iacẽt totidẽ quot meſſis ariſtas.
Silua gerit frondes.eiectat littus harenas.
Quo ſimul ĩtrauit:manibuſqꝫ obſtãtia virgo
Somnia dimouit:veſtis fulgore reluxit
Sacra dom⁹:tardaqꝫ deus grauitate iacẽtes
Vix oculos tollẽs iterumqꝫ iterumqꝫ relabẽs
Summaqꝫ percutiens nutanti pectora mento
Excuſſit tandem ſibi ſe:cubitoqꝫ leuatus

Cognouit eni. illam veniſſe ſubaudiamus. eſt aũt parentheſis. Cubitoq̄ leuatus. innixus. neq̄ ei alter caput poterat ſuſtinere ſomnus. Scitat̃. rogat. At illa. reſpondit: vel ſimile verbum ẽ ſubaudiendum. Somne quies rerum elegans ſomni deſcriptio. Quem cura fugit. ſcite. qui enim curis premuntur dormire non poſſunt. Mulces. foues Labori. ad laborem. Herculeã trachina. ab hercule edificatam excultamq̄ vt pauloante diximus. Regis. ceycis Simulacra naufraga. ſimulacra naufragij a ceyce facti. Fingant. effingant exprimãt. Uim ſoporis. ſomni violentiã. At pater e populo. ſomni deo multos eſſe filios poeta fingit: e quibꝰ tres nominat quibus facultas eſt ſe in varias figuras tranſmutandi.

Morpheus.

E populo. e turba et multitudine. Mille. finitũ numerum ꝓ infinito poſuit. Simulatoremq̄ figure morphea. morpheus apo tis morphis. hoc eſt a forma dicit̃ forme ſimulator. Hunc icelon ſuperi. icelos ſimilis transfertur: quo quidem nomine is eleganter appellatur: qui ſe omnibus animalibus ſimilem exhibere poteſt.

Phobetor
Phantaſos

icelon autem per l ſcribendũ eſt: q̃uis iceon vulgus grammaticorũ hactenus legerit. Mortale phobetora vulgus. phobetor terrefactor interpretari poteſt. ſic autem eſt legendum q̃uis corrupte phebetora in exemplaribus legatur. Eſt etiã diuerſe tertius artis panthaſos.

Morpheus i ceycẽ

latini quidem ſic legunt: ſed minus recte. cum id nomen a grecis non agnoſcatur. phantaſos aũt qui imaginator transferri poteſt. forſitan ab Ouidio fuit ſcriptus. pãthazome nanq̄ vnde phantaſos deriuatur: imaginari ſignificat. eleganter autem hoc nomine donatur qui hanc hominibus immittit imaginationem vt ſibi per ſomnũ videantur videre vndam. ſaxum. trabem aliud ve inanimatorũ. Uacant. carent. Thaumãthidos edita. iridis iuſſa thaumãthis filie. Somnus. ſomni deus. Molli lãguore. ſuaui ſapore. Strato. lecto. In vrbẽ emoniam. trachina. In facie; ceycis abit. in figuram ceycis ſe conuertit. Luridus. niger. Uda. humida. Tua vota. tue preces. Falſo. vane. Soluit. diſſoluit. reſoluit.

Quid veniat (cognouit enim) ſcitatur. at illa:
Sõne quies rerum. placidiſſime ſomne deoꝝ.
Pax animi. quem cura fugit. q̃ corpora duris
Feſſa miniſteriis mulces: reparaſq̄ labori:
Somnia que veras equãt imitamine formas:
Herculeam trachina iube ſub imagine regis
Alcyonen adeant. ſimulachraq̄ naufraga fin(gãt
Impat hoc iuno. poſtq̄ mandata pegit:
Iris abit. neq̄ enim vlterius tolerare ſoporis
Uim poterat: labiq̄ vt ſomnũ ſenſit in artus:
Effugit: et remeat ꝑ quos mõ venerat arcus.
At pater e populo natorum mille ſuorum
Excitat artificem ſimulatoremq̄ figure
Morphea. non illo iuſſos ſollertius alter
Exprimit inceſſus: vultũq̄ ſomnũq̄ loquẽdi.
Adiicit et veſtes et conſuetiſſima queq̄
Uerba. ſed hic ſolus homines imitat̃. at alter
Fit fera. fit volucris. fit longo corpore ſerpẽs.
Hunc icelon ſuperi. mortale phobetora vulgꝰ
Nominat. eſt etiam diuerſe tertius artis
Phãtaſos. ille i humũ ſaxũq̄ vndãq̄ trabẽq;
Queq; vacant anima: fallaciter omnia trãſit.
Regibus hi ducibuſq; ſuos oſtendere vultus
Nocte ſolent. populos alii plebẽq; pererrant.
Preterit hos ſenior. cũctiſq; fratribus vnum
Morphea: q̃ pagrat thaumãtidos edita ſõnꝰ
Eligit: et rurſus molli languore ſolutus
Depoſuitq; caput ſtratoq; recondidit alto.
Ille volat nullos ſtrepitus facientibus alis
Per tenebras: intraq; more breue tp̃s in vrbẽ
Peruenit emoniã: poſitiſq; e corpore pennis
In faciem ceycis abit: ſumptaq; figura
Luridis: exanimi ſimilis. ſine veſtibus vllis
Coniugis ante thorũ miſere ſtetit. vda videt̃
Barba viri: madidiſq; q̃uis fluere vnda capill'
Tum lecto incumbẽs fletu ſuper ora profuſo
Hec ait. agnoſcis ceyca miſerrima coniunx?
An mea mutata eſt facies nece: reſpice noſces
Inueniesq; tuo pro coniuge coniugis vmbrã.
Nil opis alcyone nobis tua vota tulerunt.
Occidimus. falſo tibi me promittere noli.
Nubilus egeo deprendit in equore nauem
Auſter: et ingenti iactatam flamine ſoluit.

Oraqꝫ noſtra tuum fruſtra clamantia nomen
Implerunt fluctus.nō hec tibi nunciat auctor
Ambiguus.non iſta vagis rumoribus audis.
Ipſe ego fata tibi p̄ſens mea naufragus edo.
Surge age da lachrimas:lugubriaqꝫ idue nec
Indeploratū ſub iania tartara mitte. (me
Adiicit his vocē morpheus:quā cōiugis illa
Crederet eſſe ſui:fletus quoqꝫ funderet veros
Viſus erat:geſtūqꝫ manus ceycis habebat.
Ingemit alciōe.lacrymaſ mouet:atꝫ lacertoſ
Per ſomnū corpuſqꝫ petēs amplectit̄ auras.
Exclamatqꝫ mane.quo te rapis:ibimus vna.
Voce ſua ſpecieqꝫ viri turbata ſoporem
Excutit:et primo ſi ſit circumſpicit illic:
Qui mō viſus erat(nam moti voce miniſtri
Intulerant lumen)poſtq̄ꝫ non inuenit vſquaꝫ:
Percutit ora manu:laniatqꝫ a pectore veſtes.
Pectoraqꝫ ipſa ferit:nec crines ſoluere curās
Scindit:et altrici que cultus cauſa rogāti:
Nulla eſt alcyone.nulla eſt ait.occidit vna
Cum ceyce ſuo.ſolantia tollite verba.
Naufragus iteriit.vidi agnouiqꝫ manuſqꝫ:
Et diſcedentem cupiens retinere:tenenti
Umbra fuit.ſed et vmbra tm̄ manifeſta:viriqꝫ
Vera mei.non ille quidem:ſi queris:habebat
Aſſuetos vultꝰ:nec quo prius ore nitebat.
Pallentem nudūqꝫ et adhuc humēte capillo
Infelix vidi.ſtetit hoc miſerabilis ipſo
Ecce loco:et querit veſtigia ſi qua ſuperſint.
Hoc erat.hoc aīo quod diuinante timebam
Et ne me fugiens ventos ſequerere rogabaꝫ.
At certe vellem:quoniam periturus abibas:
Me quoqꝫ duxiſſes.fuit ah fuit vtile tecum
Ire mihi.neqꝫ enim de vite tempore quicq̄ꝫ
Non ſimul egiſſem.nec mors diſcreta fuiſſet.
Nūc abſens perii.iactor quoqꝫ fluctibꝰ abſenſ
Et ſine me te pontus habet.crudelior ipſo
Sit mihi mens pelago:ſi vitam ducere nitar
Longius:et tanto pugnem ſupereſſe dolori.
Sed neqꝫ pugnabo.nec te miſerāde relinquā.
Et tibi nūc ſaltem veniā comes:inqꝫ ſepulcro
Si non vrna:tamen iunget nos littera:ſi non
Oſſibus oſſa meis.at nomen nomine tangaꝫ.

Ambiguus.dubius. Vagis.incertis Mea fata.meam mortem.mea infortunia.Lugubria.veſtes luctui cōuenientes.Inania tartara.vacua.neqꝫ enīꝫ anime vt que ſunt incorporee occupāt locum.Tartarus aūt locus eſt apud iferos p̄fundiſſimus.Lachrymas mouet.lachrymas emittit. Mane.expecta. Quo te rapis. quo fugis. Excutit.expellit.Si ſit illic.an ſit illic:vbi viſus fuerat maritus.Naꝫ moti voce miniſtri. hac parentheſi exponit poeta:q̊ modo alcyone circūſpexit:an illic eſſet maritus:quem per ſomnum videre ſibi fuerat viſa.Altrici.nutrici.Nulla eſt alcyone.nulla eſt.conduplicatio mulieri grauiſſimo dolore affecte maxime cōueniens.ait aūt ſe non eſſe:verum vna cum marito periiſſe. Solantia tollite verba.auferte inquit verba conſolatoria:et nolite me cōſolari.Aſſuetos vultus.ſolitos. hoc eſt hylares et letos. Nitebat.ſplendebat.Humente.madido.Et ne me fugeres.apoſtrophe alcyones ad maritum querelarum plena. Fuit ah fuit.anadiploſis dolenti accōmodata.Neqꝫ ei de vite tempore q̄cq̄ꝫ non ſimul egiſſeꝫ.hoc eſt omne tēpus vite mee tecum traduxiſſem tecumqꝫ fuiſſeꝫ.Diſcreta.ſeparata.diuiſa. Nūc abſens perij.ſe cum ceyce viro periiſſe ait alcyone:q̄ꝫuis abſens fuerit: ꝙ ſuā q̊ꝫ aīam in Ceycis corpore fuiſſe vult videri.Abſens.corpore nō animo.Ducere.p̄ducere.Supereſſe.ſuperuiuere Nūc ſaltem.poſtq̄ꝫ tu periſti.Littera epitaphium.

Prohibet.loqui ſubaudiamus. Attonito.doloribus ſtupefacto. Mane erat.prima pars diei aderat. Euntem.recedentem maritum. Tuetur.aſpicit. Appulit.impulit.ad litus ſubintelligatur. Corpus.cadauer. Et ſi qua eſt coniunx.heu et miſera ſubaudiantur. Quo magis.q̃to magis. Tuetur.aſpicit. Hoc minus.tanto minus eſt compos mentis. Admotum.appulſum. Et vna.et ſimul cum exclamatione. Ad ceyca.ad ceycis cadauer. Moles.murus maximus quo port⁹ ab vndarũ incurſu tutus reddebatur. Que predelaſſat.laſſos ac debiles reddit anteq̃ in portum perueniant. Inſilit huc illuc.in illam molem manu faciam. Potuiſſe.inſilire. Volabat.iam enĩ in auem fuerat conuerſa. Stringebat.radebat.leuiter attingebat. Dilectos artus.amata ceycis membra. Tollere.extollere. Alite.i alites. Obnoxius.ſubiectus.debitus. Perq̃ dies placidos.alcyones: vt refert Plinius: fetificãt bruma.qui dies alcyonides vocanẗ placido mari ꝑ eos et nauigabili: Siculo maxime. Faciũt aũt ſeptem ante brumaꝫ diebus nidos et totidem ſequentibus pariunt. Quibus q̃dem quatuordecim diebus maxime tranquillatur mare.vñ et alcedonia pro trãquillitate a Plauto in caſſina accipiuntur: cũ inquit: Tranquillũ eſt alcedonia ſunt circa forum.nam vt ſcribit ſextus: Alcedones veteribus latinis dicte ſunt: que a grecis alcyones vocantur.et alcedonia dies: qui alcyonides appellantur. Sane ariſtoteles i octauo de animalibus alcyonum duo eſſe genera ait.alterum vocale: q̃d arũdinibus inſideat.alterum mutũ paulo maiori corpore. Plinius vero ſcribit alcyonẽ paulo paſſere eſſe ampliorẽ: colore cyaneo ⁊ ſubnigro. Dicte ſũt alcyones apo tu kuinentiali.hoc eſt a concipiendo in mari. Incubat alcyone.incubare proprie dicuntur aues: dum oua fouent. Alcyone aũt et alcyon dicitur. Pendentibus nidis.alcyonũ nidi admirationem habent: vt refert Plinius pile figura paululum eminẽtiores ore perq̃ anguſto. grandium ſpõgiarum ſimilitudine: intercidi non queunt. frãguntur ictu valido: vt ſpuma arida maris.nec vnde confingantur inuenitur. putãt ex ſpinis aculeatis.

Plura dolor prohibet: verboq̃ interuenit oĩ
Plãgor: ⁊ attonito gemitus a corde trahunẗ.
Mane erat.egrediẗ tectis ad littus: et illum
Meſta locum repetit: de quo ſpectarat euntẽ.
Dũq̃ moratur ibi: dũq̃ hinc retinacula ſoluit.
Hoc mihi diſcedẽs dedit oſcula littore dixit.
Dũq̃ notata oculis reminiſciẗ acta: fretũq̃
Proſpicit: in liquida ſpacio diſtante tuetur
Neſcio q̃d q̃ſi corpus aqua. primoq̃ q̃d illud
Eſſet erat dubiũ: poſtq̃ paulũ appulit vnda.
Et q̃uis aberat: corpus tamen eſſe liquebat.
Quis foret ignorãs: qꝛ naufrag⁹: omie mota ẽ
Et tãq̃ ignoto lacrimas daret.heu miſer inq̃t
Quiſquis es: ⁊ ſi q̃ eſt ꝯiũx tibi: fluctibus actũ
Fit propius corpus: q̃d quo magis illa tuetur
Hoc minus et minus eſt mẽtis.iã iãq̃ ꝓpique
Admotũ terre: iam quod cognoſcere poſſet:
Cernit.erat cõiunx.ille eſt exclamat: et vna
Ora.comas.veſtẽ lacerat: tendenſq̃ tremẽtes
Ad ceyca manus.ſic o cariſſime coniunx:
Sic ad me miſerande redis: ait. adiacet vndis
Facta manu moles: q̃ primas equoris vndas
Frangit: et incurſus que predelaſſat aquarũ.
Inſilit huc: mirũq̃ fuit potuiſſe.volabat:
Percutienſq̃ leuem modo natis aera pẽnis
Stringebat ſummas ales miſerabilis vndas.
Dũq̃ volat: meſto ſimilem plenũq̃ querele
Ora dedere ſonum tenui crepitantia roſtro.
Ut vero tetigit mutũ ⁊ ſine ſanguine corpus:
Dilectos artus amplexa recentibus alis:
Frigida nequicq̃ duro dedit oſcula roſtro.
Senſerit hoc ceyx: an vultum motibus vnde
Tollere ſit viſus: populus dubitabat.at ille
Senſerat: et tandem ſuperis miſerantib⁹ ãbo
Alite mutantur.fatis obnoxius iiſdem
Tũc quoq̃ mãſit amor: nec cõiugale ſolutũ ẽ
Fedus in alitibus.coeunt: fiuntq̃ parentes:
Perq̃ dies placidos hyberno tẽpore ſeptem

Incubat alcyone pendentibus equore nidis.
Tum via tuta maris. ventos cuſtodit: et arcet
Eolus egreſſu: preſtatqꝫ nepotibus equor.
Hos aliquis ſenior circum freta lata volātes
Spectat: et ad finez ſeruatos laudat amores.
Proximꝰ aut idē: ſi fors tulit: hic quoqꝫ dixit:
Quē mare carpētē ſubſtrictaqꝫ crura gerentē
Aſpicis: oñdens ſpacioſum ĩ guttura merguz:
Regia progenies: et ſi deſcendere ad ipſum
Ordine perpetuo queris: ſunt huius origo
Ilus et aſſaracus: raptuſqꝫ ioui ganimedes:
Laomedōqꝫ ſenex: priamuſqꝫ nouiſſima troie
Tempora ſortitus. frater fuit hectoris iſte:
Qui niſi ſenſiſſet prima noua fata iuuenta:
Forſitan inferius nō hectore nomen haberet:
Quāuis eſt illum proles enixa dymantis:
Eſacum vmbroſa furtim peperiſſe ſub ida
Fertur alyxothoe gracili conata bicorni.
Oderat hic vrbes: nitidaqꝫ remotus ab aula
Secretos montes et inambitioſa colebat
Rura: nec iliacos cetus niſi rarus adibat.
Non agreſte tn̄: nec inexpugnabile amori
Pectus habens. ſiluas captatam ſepe ꝑ omīs
Aſpicit eperien patria cebrinida ripa
Iniectos humeris ſiccantem ſole capillos.
Uiſa fugit nymphe: veluti perterrita fuluum
Cerua lupum: longeqꝫ lacu deprenſa relicto
Accipitrem fluuialis anas: quā troius heros
Inſequitur: celerēqꝫ metu celer vrget amore.
Ecce latens herba coluber fugientis adunco
Dente pedem ſtrinxit; viruſqꝫ ĩ corpore liquit.
Cū vita ſupp̄ſſa fuga eſt. amplectitur amens
Exanimem: clamatqꝫ piget. piget eſſe ſecutū.
Sed nō hoc timui. nec erat mihi vincere tāti:
Perdidimꝰ miſerā nos te duo. vulnꝰ ab āgue.
A me cauſa data eſt. ego ſum ſceleratior illo.
Qui tibi morte mea mortis ſolatia mittam.
Dixit: ⁊ e ſcopulo: quē rauca ſubederat vnda:
Decidit in pontū. thetys miſerata cadentem
Molliter excepit: nantēqꝫ per equora pennis
Texit: et optate non eſt data copia mortis.
Indignatur amans inuitum viuere cogi:
Obſtariqꝫ anime miſera de ſede volenti

Tum via tuta maris. nam vt diximus per quatuordecim illos dies quibꝰ fetificant alcyones mare tranquillatur. id quod benignitate eoli fieri ait poeta vt cōmodum nepotibus faciat. naz alcyōe: vt vidimꝰ: eoli filia fuit. Perſtat accōmodat. ac tutū reddit equor alcyonū pullis. Hos aliquis ſenior. Eſacus priami filius ex alyxothoe nympha cū amore eperies nymphe captus eā fugientē perſequeref in cauſa fuit: vt illa periret. nā interfugiendum a ſerpente icta interijt: tantoqꝫ dolore eſacon affecit: vt moriturus e ſcopulo ſe ī mare ꝑcipitarit. Quē thetys miſerata in mergum tranſmutauit. Ille vero indignatus ꝙ mori non potuerit: ſe mergere nunqꝫ deſiſtit. vnde et mergus a ſepiꝰ ſe mergendo a latinis eſt dictus. Proximus aut idem: ſi fors tulit. hoc eſt aliquis proximus: aut forte idem ſenior. Subſtricta crura. ſubtilia lōgaqꝫ. Sūt huius origo Ilus et Aſſaracus. Ilus et Aſſaracus et Ganymedes filij fuerunt Trois troianorum regis. Laomedon vero ili fuit filiꝰ: ac p̄ami pater vt cū ex alijs ꝓmultis: tum ex homero aperte colligif. Proles dymātis. hecuba: quā dymātis filiā fuiſſe ſcribit Homerus. Euripides vero ciſſei Thracū regis. Alyxothoe nympha fuit: ex qua p̄amus eſacon ſuſcepit. Conata. nixa ⁊ herens. Gracili. bicorni. Bicorne inſtrumentū eſt ruſticū. Captatā. quam ſepe capere tēptauerat. Eperien cebrinida. cebrinis fluuij ignobilis filiā. vn̄ etiaz: vt Herodianus ſcribit: Cebrinia vrbs et regio troadis fuit cognomīata. Longe lacu relicto. ſcite. nā in lacu capi non poſſunt: cū aduolante accipitre ſe mergant: vt ijs qui illo aucupio delectanf eſt notū. Lacu. gurgite. Fluuialis anas. fluuios incolens. Urget. impellit. Coluber. ſerpens. Strinxit. percuſſit. Uirus. venenū. Suppreſſa. repreſſa. Nec erat mihi vicere tanti. vt tu perires intelligamus. Nos duo. ego et ſerpens. Subederat. ſuborſerat. Decidit in pontum. ſic q̄dem etiam legi poteſt. Sed deijcit forſitan elegantius legeretur: vt intelligamus Eſacum ip̄m ſe in mare precipitaſſe. Copia mortis. facultas moriendi. Miſera de ſede. de miſero corpore.

Eſacus in mergum

Subuolat.ſurſum volat.Super equora.ĩ mare.Furit.indignat᷑.Pronus.in caput.Elegãter aũt mergi naturam poeta deſcribit.Fecit amor maciem.amor quem morte finire cupiebat:illum fecit macilentum.Longa internodia crurum.Internodium id dicitur ſpacij:quod eſt inter duos nodos.nodoſa aũt crura mergus habere videtur.Nomẽqꝫ manet.a mergendo nãqꝫ mergus a latinis fuit denominatus

¶ Raphaelis Regij in duodecimum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes.

NEſcius aſſumptis. Que tp̃e belli troiani facte ſũt metamorphoſeis: hoc libro fere deſcribit poeta:ac p̃mũ draconis qui pullos cum matre apud aulidem ſpectantibus grecis deuorauit:perſpicue exponit.nã cũ mille grecorũ Helenã repetentiũ naues ad aulidẽ conueniſſent:ac ioui ſacrificare greci vellent ecce ſerpens platanũ are ĩminentez aſcendit. ac primũ pullos octo q̃ adhuc in nido erãt:deinde circũuolantez matrẽ deuorauit.qδ q̃dem cũ alij.admirarent᷑:calchas ex eo collegit bellũ nouẽ annos duraturũ:ac decimo demũ ãno troiam captã iri.Ceterũ ſerpẽs ille ad ꝑpetuã rei memoriã in ſaxũ a dijs fuit cõmutatus.Neſci⁹ aſſũptis.more ſuo poeta cõcinne ⁊ librũ libro cõnectit: et q̃dam ꝑnarrat: q̃ cõmodius quaz dixi draconis metamorphoſin ĩ ſaxũ exponat.Tumulo q̃z nomen habẽti.Cenotaphio ĩ quo nomẽ ſine corꝑe erat inſcriptũ.Inferias dederat.ſacrificia fecerat.nam inferie dñr ſacrificia: q̃ inferis ⁊ mortuis fiũt.hec aũt a poeta narrant᷑ vt hunc librũ cũ ſuperiore aptius cõnectat.Paridis p̃ſentia.ꝑiphraſis ẽ Paris ei defuit exequijs eſaci fratris. nã in greciã ad rapiendã helenã nauigarat.Poſtmodo.poſtea.Longũ bellũ.decẽ nãqꝫ annos durauit.Cũ cõiuge.helena.Cõmune gentis pelaſge.cõciliũ toti⁹ grecie.Inuia.innauigabilia Aulide piſcoſa. Aulis vrbs eſt beotie chalcidi finitima:ab aulide euonymi filij cephiſi filia cognomiata. Piſcoſa. piſcib⁹ abũdante.Tenuiſſet.retinuiſſꝫ remorata fuiſſet.Incanduit.calefacta fuit.Ceruleũ draconẽ.nigrũ.Que ſtabat ꝓxima.q̃ imminebat ſacrificijs cepis Theſtorides.calchas theſtoris filius. Circũ ſua dãna.circuz ſua pignora:q̃ cũ maximo ſuo dãno deuorari a dracone videbat.Atqꝫ nouẽ volucres.ordo eſt et ſenſus.atqꝫ calchas digerit et diſtribuit nouẽ volucres ⁊ aues in nouẽ belli annos.Permanet aonijs.Agamẽnon ad bellũ troianũ ꝓficiſcens:cũ apud aulidẽ reliquos grecie p̃ncipes expectaret: imprudens diane ceruam

Serpens in ſaxum

Iphigeia in ceruam

Exire:vtqꝫ nouas humeris aſſumpſerat alas
Subuolat:atqꝫ iterũ corp⁹ ſup equora mittit.
Pluma leuat caſus.furit eſacus:inqꝫ ꝓfundũ
Pronus abit:letiqꝫ viam ſine fine retemptat.
Fecit amor maciem.longa internodia crurũ.
Lõga manet ceruix.caput eſt a corpore lõge.
Equor amat:nomẽqꝫ manet:q̃a mergit᷑ illo.

## P.Ouidii Naſonis metamorpho. liber.xii.

NEſcius aſſumptis priam⁹ pater eſacon alis
Viuere:lugebat:tumulo quoqꝫ nomen habenti
Inferias dederat cum fratribus hector inanes.
Defuit officio paridis p̃ſentia triſti:
Poſtmodo qui rapta longũ cũ cõiuge belluz
Attulit in patriam:coniurateqꝫ ſequuntur
Mille rates:gentiſqꝫ ſimul cõmune pelaſge.
Nec dilata foret vindicta:niſi equora ſeui
Inuia fuiſſent venti:beotaqꝫ tellus
Aulide piſcoſa puppes tenuiſſet ituras.
Hic patrio de more ioui cum ſacra paraſſent:
Ut vetus accenſis incanduit ignibus ara:
Serpere ceruleum danai videre draconem
In platanũ:ceptis que ſtabat ꝓxima ſacris.
Nid⁹ erat volucrũ bis quattuor arbore ſũma:
Quas ſimul et matrem circũ ſua dãna volãtẽ
Corripuit ſerpens:auidaqꝫ recondidit aluo.
Obſtupuere omnes.at veri ꝓuidus augur
Theſtorides vincemus ait.gaudete pelaſgi.
Troia cadet.ſed erit nr̃i mora longa laboris.
Atqꝫ nouem volucres in belli digerit annos.
Ille vt erat virides ãplexus in arbore ramos:
Fit lapis:et ſeruat ſerpentis imagine ſaxum.
Permanet aoniis nereus violentus ĩ vndis:

Belláqꝫ non tranſſert. et ſunt q̄ parcere troie
Neptunū credant: quia menia fecerat vrbis.
At non theſtorides. neqꝫ enī neſcit ve tacet ve
Sanguine virgineo placandā virginis iram
Eſſe dee. poſtqꝫ pietatem publica cauſa
Rexqꝫ patrem vicit: caſtūqꝫ datura cruorem
Flentibꝰ ante aram ſtetit iphigenia miniſtris:
Victa dea eſt: nubēqꝫ oculis obiecit: et inter
Officiū turbāqꝫ ſacri vocēqꝫ precantem
Suppoſita fertur mutaſſe mycenida cerua.
Ergo vbi qua decuit: lenita eſt cede diana:
Et pariter phebes: pariter maris ira receſſit.
Accipiunt ventos a tergo mille carine:
Multaqꝫ perpeſſe phrygia potiuntur harena.
Orbe locus medio eſt inter terraſqꝫ fretūqꝫ:
Celeſteſqꝫ plagas triplicis confinia mundi:
Unde qđ eſt vſqꝫ: q̄uis regionibus abſit:
Inſpicit: penetratqꝫ cauas vox oīs ad aures.
Fama tenet: ſūmaqꝫ domū ſibi legit in arce.
Innumeroſqꝫ aditus ac mille foramina tectis
Addidit: et nullis incluſit limina portis.
Nocte dieqꝫ patet. tota eſt ex ere ſonanti.
Tota fremit: voceſqꝫ refert: iteratqꝫ qđ audit.
Nulla quies intus: nullaqꝫ ſilentia parte:
Nec tn̄ eſt clamor. ſed parue murmura vocis:
Qualia de pelagi ſi quis procul audiat vndis
Eſſe ſolent. qualē ve ſonum cū iupiter atras
Increpuit nubes: extrema tonitrua reddunt.
Atria turba tenet. veniūt leue vulgus: euntqꝫ:
Mixtaqꝫ cū veris paſſim cōmenta vagantur
Milia rumorum: confuſaqꝫ verba volutant.
E quibus hi vacuas implent ſermonibꝰ aures.
Hi narrata ferunt alio: menſuraqꝫ ficti
Creſcit: ꝛ auditis aliq̄d nouus adiicit auctor.
Illic credulitas. illic temerarius error:
Vanaqꝫ leticia eſt: conſternatiqꝫ timores:
Seditioqꝫ recens: dubioqꝫ auctore ſuſurri.
Ipſa quid in celo rerum pelagoqꝫ geratur:
Et tellure videt: totūqꝫ inquirit in orbem.
Fecerat hec notū: graias cum milite forti
Aduentare rates. neqꝫ inexpectatus i armis
Hoſtis adeſt: ꝓhibentqꝫ aditꝰ: littuſqꝫ tuent
Troes: ꝛ hectorea primus fataliter haſta

occidit. Qua re dea irata in tantā tempeſtatem mare excitauit: vt grecorum claſſis inde diſcedere nō poſſet. cū aūt etiā peſte laborarent: cōſultus calchas reſpōdit: diane iram agamēnonio ſanguine eſſe placandā. Tandē igit agamēnonis q̄ꝫ cōſenſu adducta iphigenia ad aras vt imolaret: a diana dr̄ fuiſſe ſacerdoti ſubrepta: ac illius loco cerua ſuppoſita. Belláqꝫ nō trāſfert. e grecia ad troiā. Quia menia fecerat vrbis nā vna cū apolline muros vrbis troie edificauit neptunus. Neqꝫ ei neſcit ve tacet ve. hoc eſt et ſcit ꝛ ait virginis ſanguine dianā eſſe placandā. Virginis dee. diane. Publica cauſa. publica vtilitas. Rexqꝫ patrē. hoc eſt officiū regiſ pr̄is pietatē expugnauit. Mycenida. Iphigeniā mycenéā. Mycene autem vrbs eſt pelopōneſi: a myceneo ſpartonis filio: ac phoronei fratre dctā. Ergo vbi. vt cygni neptuni filij: cuiꝰ corpus nulla ex parte poterat vulnerari: metamorphoſin cū ſuperiore cōnectat poeta: multa ꝑnarrat: ac primū fame aulā deſcribit. deīde aduentū grecorū ad littus troianū. tum ꝓteſilai cedē: q̄ primꝰ egredi i littus troianū auſus ab hectore fuit interfectus. Phebes. diane. A tergo. a puppi. Phrygia harena. littore troiano. Orbe locꝰ medio: fame ediū elegans deſcriptio. Triplicis mūdi. in tris partes diuiſi celū. mare. et terrā. ſiue tribus ꝑtibus cōſtantis. celo. aqua. ꝛ terra. Vſqꝫ. aliq̄ in loco. Abſit. diſtet Regionibus. regionū multarū ſpacio Fama tenet. habitat: famā autē incorporeā: tanqꝫ corpus habentē deſcribit. Legit. elegit. Summa in arce. in arcis ſummitate. Innūeros aditus. innūerabiles ꝛ infinitos igreſſus. Et nullis incluſit limina portis. ianuas ediū fame ſemp ait patere: nec vnqꝫ claudi cū nulle inſint. Qualia de pelagi. q̄lia inq̄t eē ſolent murmura ab vndis pelagi venientia. Increpuit. crepare et ſtrepere fecit. Cōmenta. ficta. ſic Virg. Jam ficti prauiqꝫ tenax quā nūcia veri. Cōfuſa. obſcura. q̄ difficult ꝑcipi pn̄t. Vacuas aures. ocioſas. Illic credulitas. fame comites enūerat poeta. Cōſternatiqꝫ timores. ab effectu. q̄ ꝯſternatos atqꝫ ꝑturbatos hoīes reddāt. Seditioqꝫ recēs. nouꝰ tumultꝰ. Suſurri. murmura Ipſa q̄d ī celo. fama inq̄t oīa q̄cunqꝫ in mūdo agunt videt. In totū orbem. de iis que in toto orbe aguntur. Fecerat hec notum. vulgauerat. Hoſtis adeſt.

Fame ediū deſcriptio.

hoſteſaduenīunt. Fataliter.ex fatorum lege. Protefilae cadis. ꝓteſilaus iſiphyli fuit fili⁹:ac laodomie aca ſti filie maritus qui grecorũ primus in littus troianũ egredi auſus:ab hectore fuit interfect⁹. Stãt magno. cõſtant.q2 fortiſſimũ virũ amiſerũt. Forteſqȝ aie.cõſtant verbũ eſt ſubaudiendũ. Nec cognitus hector.con ſtat magno ſubaudiat̃.eſt eĩ ordo et ſenſus ⁊ hector non cognit⁹ magno cõſtat grecis. Si eĩ cognitus fuiſſꝫ facile illũ vitaſſet ꝓteſilaus. Acheica dextera.grecorũ vires:ꝙuis ad achillẽ et aiacem alludere videat̃:qui multos ex troianis interfecerunt. Signata.infecta ſanguine ſubaudiatur. Proles neptunia cygnus. tandeꝫ ad cygni metamorphoſin id qđ a ꝓnci pio libri intendebat poeta peruenit.nã cygnus neptuni filius:qđ dono patris nullo ferro poſſet vulnerari:achillis i petum expectare auſus eſt:a quo ſepi us haſta fruſtra ꝑcuſſus:cum ferri aci es corpore illius retunderetur:tandem correptus et ſtrangulatus eſt.quẽ cuꝫ achilles ſpoliare vellet:arma ſine cor pore fuiſſe relicta aĩaduertit. nã pater neptunus illũ in auem cygnum iã cõ mutarat. Stabat.erectus erat. Peliace cuſpidis. pelias haſta Achillis: dicta eſt a pelio monte:ex quo fuerat re ciſa.vnde peliacus declinatur. Equos preſſos colla canentia.hoc eſt preſſa et onerata iugo colla albentia habentes. eſt eniꝫ ſynegdoche:maxime huic poe te familiaris. Hactenus eacides:locu tus eſt ſubaudiatur. Ut hebeti. tanꝙ̃ hebeti ⁊ obtuſo:non aũt acuto. Caſſis galea. Caua parma.concauum ſcutũ. Decor. pulchritudo: ornamentum. Mars qȝ ob hoc.propter decorem.vt ornatus videatur:non autem vt prote gatur. Indiſtrictus.inuulneratus. Eſt aliquid.modeſte genus ſuum oſtentat cygnus:ac matri achillis anteponit. Nereide.thetide nympha nerei filia. Sed qui nereaqȝ.ex eo ſubaudiatur:ẽ autem neptuni periphraſis. Terga no uena.nouẽ tergora ⁊ pelles. Decimo orbe.decimo tergore. Moratũ eſt.re tentũ eſt:atqȝ remoratum. Syncerũqȝ fuit.integrum. Apertum.nudatũ. Et ſe prebentem. ſe haſte opponentem. Diſtringere.vulnerare. Circo aperto. ſpacioſo.in circo aũt venationes exhi bebantur. Pheniceas veſtes.purpu reas.quibus maxime agreſtes tauri in harena irritabant̃ Eluſa.irrita ⁊ vana.

Proteſi lai cedes

Cygnus i auem

Proteſilae cadis:cõmiſſaqȝ prelia magno
Stãt danais:forteſqȝ aĩe.nec cognit⁹ hector.
Nec phryges exiguo q̃d acheica dextͣ poſſit
Sanguine ſenſerunt.et iam ſignata rubebant
Littora.iam leto proles neptunia cygnus
Mille viros dederat.iã curr⁹ ſtabat achillis:
Totaqȝ peliace ſternebat cuſpidis ictu
Agmia:pqȝ acies aut cygnũ aut hectora q̃rẽs
Congredit̃ cygno.decimũ dilatus in annum
Hector erat.tum colla iugo canentia preſſos
Exhortatus equos currum direxit in hoſtem.
Concutienſqȝ ſuis vibrantia tela lacertis:
Quiſquis es o iuuenis dixit:ſolamen habeto
Mortis ab emonio ꝙ ſis iugulat⁹ achille.
Hacten⁹ eacides.vocẽ g̃uis haſta ſecuta eſt.
Sed ꝙ̃ꝙ certa nullus fuit error in haſta:
Nil tamen amiſſi profecit acumine ferri.
Utqȝ hebeti pectus tantũmodo cõtudit ictu.
Nate dea(nam te fama prenouimus)inquit
Ille:quid a nobis vulnus miraris abeſſe:
(Mirabat̃ enĩ)non hec quã cernis equinis
Fulua iubis caſſis.nec on⁹ caua ꝑma ſiniſtre
Auxilio mihi ſunt.decor eſt queſitus ab iſtis.
Mars quoqȝ ab hoc cape arma ſolꝫ.rẽouebit̃ (omne
Tegmis officiũ.tñ indiſtrict⁹ abibo.
Eſt aliquid non eſſe ſatum nereide:ſed qui
Nereaqȝ et natas et totũ temperat equor.
Dixit:et heſurum clypei curuamine telum
Miſit i eaciden:qđ et es et ꝓxima rumpit
Terga nouena boũ.decimo tñ orbe moratũ ẽ.
Excipit hos heros.rurſuſqȝ trementia forti
Tela manu torſit.rurſus ſine vulnere corpus
Syncerũqȝ fuit.nec tertia cuſpis apertum
Et ſe prebentẽ valuit diſtringere cygnum.
Haud ſecus exarſit:ꝙ̃ circo taurus aperto:
Cum ſua terribili petit irritamina cornu
Phoeniceas veſtes.eluſaqȝ vulnera ſentit.
Num tñ exciderit ferrum:conſiderat haſte.

Ergo. affectui et indignationi ſeruit hec dictio ergo. indignaẗ enim achilles ꝙ cygnus acuta haſte cuſpide vulnerari non poſſit. cū maxima vero indignatiōe in dextre ſue debilitatē cām refert. Lyrneſia menia. lyrneſus vrbs troadis quā greci diripuerunt: vndeqꝫ briſeida rapuit achilles. Solus echionias. corrupte quidez ſic legiẗ eorū culpa qui ſibi omnia ꝑmittunt in iis inuertēdis que in priſcis exemplaribus deſcripta non ꝑcipiunt. Cum enī quaſdā Ouidius eetionias thebas vocaret: minus intelligerent hoīes et impii et temerarii: nō ſolum etionias in echionias inuerterūt: ſed hoc quoqꝫ nomē ſolus ex cōmodo ſuo aſcripſerunt: ignorātes echionias thebas in beotia eſſe que pro grecis contra troianos ſenſerunt: vt aperte in ſecundo iliados narrat homerus. quas aūt ſe iactat expugnaſſe achilles in cilicia ſunt eetionie dicte ab eetione andromages prē: quē ab achille interfectū thebenqꝫ vrbem cilicie excelſam fuiſſe depopulatā apd̄ Homerū andromache ipſa ꝯqueritur Thebe aūt multarū vrbiū eſt nomen ſiquidē et in egypto et in beotia et in ſilicia et in ſyria et in ionia iuxta miletū et in attica et in theſſalia phthioride ⁊ in italia thebe fuerunt. Thebe ſane cilicie pro troianis contra grecos arma ſumpſerunt. Purpureus caycus. fluuius eſt miſie caycus quā regionē greci deuaſtarūt: ne troianis ferre auxiliū poſſet. Cede populari. occiſione populi ſui. Bis ſenſit telephus. thelephus herculis fuit filius ex auge nympha q̄ expoſitus a cerua dicitur fuiſſe educatus: robuſtuſqꝫ effectus lyciis imperauit. ſentiēs aūt pro troianis ab achille quidē in femore fuit vulneratus. ſed a ſuis protectus mortē effugit. cū vero nulla remedia vulneri īuenirenẗ: apollo cōſultus reſpondit aliter non poſſe ſanari: niſi iterū ſe achilli preberet vulnerandū. qd̄ cū feciſſet incolumis euaſit. hoc aūt Plinius ad naturalē referēs rōem ait. ferri naturā ſtipticam eē. ideoqꝫ medicos amplaſtris plagarū limaturā ferri adhibere ſolere. vñ ⁊ achilles inqt doctus a chirone ꝑ decuſſionē ferri telephi vulnus diciẗ curaſſe. Ante actis. cedibus ante factis. Plangente percutiente. Vtar in hoc idē. ego idez vtar haſta eadem cōtra hunc cygnuz. Fraxinus. fraxinea haſta. Non euitata. a cygno q̄ nihil illa offendebaẗ. Solida caute. ſolido lapide. Securum hoſtem. cygnum nihil timentē: q2 vulnerari nō poterat. Ferrū ledi. retūdi. Ter quater. ſepius. Cedentem. retro ſubintelligaẗ. Ruit. eruit. Tenebre natant. volitant. attonitus enī nihil proſpicere poterat. Quem ſuper. anaſtrophe ē ſup quē enīz in ſoluta dicimus oratione. Affixit terre. proſtrauit. Trahit. trahens ſtringit. Elidunt. comprimunt.

Herebat ligno. manus eſt mea debilis ergo:
Quaſqꝫ ait ante habuit vires effudit in vno:
Nam certe valuit: vel cum lyrneſia primum
Menia deieci: vel cum tenedonqꝫ ſuoqꝫ
Aeetionias impleui ſanguine thebas.
Vel cum purpureus populari cede caycus
Fluxit: opuſqꝫ mee bis ſenſit telephus haſte.
Hic quoqꝫ tot ceſis: quorū per littus aceruos
Et feci et video: valuit mea dextra: valetqꝫ.
Dixit: ⁊ ante actis veluti male crederet: haſtā
Miſit in aduerſum lycia de plebe meneten.
Loricamqꝫ ſimul ſubiectaqꝫ pectora rupit.
Quo plāgēte grauē moribūdo pectore terrā:
Extrahit illud idem calido de vulnere telum.
Atqꝫ ait. hec manus ē. hec q̄ mō vicimꝰ haſta.
Vtar in hoc idem. ſit in hoc precor exitus idē.
Sic fatur. cygnumqꝫ petit. nec fraxinus errat:
Inqꝫ humero ſonuit non euitata ſiniſtro.
Inde velut muro ſolidaqꝫ a caute repulſa eſt.
Qua tamen ictus erat: ſignatū ſanguie cygnū
Viderat: et fruſtra fuerat gauiſus achilles.
Vulnus erat nulluz: ſanguis fuit ille menete.
Tum vero preceps curru fremebūdus ab alto
Deſilit. et nitido ſecurum cominus hoſtem
Enſe petens parmam gladio galeāqꝫ cauari
Cernit: et in duro ledi quoqꝫ corpore ferrum.
Haud tulit vlterius: gladioqꝫ auerſa reducto
Ter quaẗ ora viri: capulo caua tēpora pulſat:
Cedentemqꝫ ſequens inſtat: turbatqꝫ ruitqꝫ.
Attonitoqꝫ negat requiē. pauor occupat illū:
Ante oculoſqꝫ natant tenebre: retroqꝫ ferenti
Auerſos paſſus medio lapis obſtitit aruo:
Quē ſuper impulſū reſupino corpore cygnum
Vi multa vertit: terreqꝫ affixit achilles.
Tū clypeo genibuſqꝫ premens ꝑcordia duris
Vincla trahit galee: que preſſo ſubdita mento
Elidunt fauces: et reſpiramen iterqꝫ
Eripiunt anime. victum ſpoliare parabat.

Contulit in volucrem.conuertit in volucrem non nouam:ſed in quam cygnus ſtheneli regis lygurū filius caſu phaetontis ſine fine dolens fuerat cōmutatus:vt in ſecundo poeta narrauit. Hic labor. deſcripturus poeta duplicem cenei mutationem.nam et ex femina in virum et ex viro in auem eſt transfiguratus.ſacrificia conuiuiaqꝫ gregorum principum preliumqꝫ lapytharum cum centauris in pirithoi nuptijs prenarrat. Foſſas.caſtrorum. Proſecta.exta. Acceptus.gratus. Nidor.odor.proprie toſtarum carnium. Sacra tulere ſuam. ſacrificia habuere ſuam portionem. Toris. in lectis.ſtratis nanqꝫ tribus lectis antiqui diſcumbebant. Toſta carne. nam heroes elixis non veſcebantur carnibus. Multifori buxi.multa foramina habentis. hec autem oblectamenta ocioſorum et delicatorum ſunt non fortium atqꝫ belliçoſorum. Virtus.fortitudo. Exhauſta. expugnata ac ſupata. Inuictūqꝫ a vulnere erat.inſuperabile atqꝫ expers vulneris erat. Terebat.hebetabat.retūdebat. Forabilis.penetrabilis. Perrhebum cenea vidi .cenis elatei lapythe filia fuit:cui neptunus cum vim intuliſſet copiam fecit: vt quicq̄d vellet peteret ſe enim omnino conceſſurum. puella vt vir inuulnerabilis efficeretur petijt.id illi benigne pſtitit neptunus: ceneuſqꝫ vocatus in pugna a cētauris in nuptijs pirithoi excitata: mltos hoſtium cū interfeciſſet:neqꝫ ipſe cuiuſqꝫ ferro vulnerari poſſet:a centauris tandem coniectis arborib⁹ fuit oppreſſus in auemqꝫ a neptuno tranſmutatus. Perrhebum.perrhebus vrbs eſt theſſalie.vñ perrhebeus et perrhebus nomen gētile declinatur: cuius nominis cum prima ſillaba ſit breuis: duplicato r a poeta pducta eſt. Inclytus.preclar⁹. Othryn.mōs ē theſſalie othrys notiſſimus. Voluntas audire. figura eſt greca.nam audiendi latine dicitur. Cur in contraria verſus. ex femina in marem. Si victus ab vllo eſt.bene dubitat achilles:an ab vllo ſit victus ceneus cum inuulnerabilis eſſet.

Arma relicta videt.corpus de⁹ equoris albā
Contulit in volucrē:cui⁹ mō nomē habebat.
Hic labor.hec requiē multorū pugna dierum
Attulit:et poſitis pars vtraqꝫ ſubſtitit armis.
Dūqꝫ vigil phrygios ſeruat cuſtodia muros:
Et vigil argolicas ſeruat cuſtodia foſſas:
Feſta dies aderat:qua cygni victor achilles
Pallada mactate placabat ſanguine vacce:
Cuius vt impoſuit proſecta calentibus aris:
Et diis acceptus penetrauit in ethera nidor:
Sacra tulere ſuaꝫ.pars eſt data cetera mēſis.
Diſcubuere toris proceres:et corpora toſta
Carne replent: vinoqꝫ leuant curaſqꝫ ſitimqꝫ.
Non illos cithare.non illos carmina vocum:
Longaqꝫ multifori delectat tibia buxi:
Sed noctē ſermone trahunt:virtuſqꝫ loquēdi
Materia eſt.pugnam referunt hoſtiſqꝫ ſuāqꝫ:
Inqꝫ vices adita atqꝫ exhauſta pericula ſepe
Cōmemorare iuuat.q̄d ei loquerenꝫ achilles:
Aut q̄d apd magnū poti⁹ loquerenꝫ achillē:
Proxima precipue domito victoria cygno
In ſermone fuit.viſum mirabile cunctis:
Quod iuuenis corpus nullo penetrabile telo:
Inuictumqꝫ a vulnere erat ferrumqꝫ terebat.
Hoc ipſe eacides.hoc mirabantur achiui:
Cum ſit neſtor ait.veſtro fuit vnicus euo
Contemptor ferri:nulloqꝫ forabilis ictu
Cygnus.at ipſe olim patiētem vulnera mille
Corpore non leſo perrhebum cenea vidi:
Cenea perrhebum: qui factis īclytus othryn
Incoluit: quoqꝫ id mirum magis eſſet in illo:
Femina natus erat.mōſtri nouitate mouētur:
Quiſq̄s adeſt:narretqꝫ rogāt: quos int achil-
Dic age(nā cūctis eadē ē audire volūtas) (les
O facunde ſenex eui prudentia noſtri:
Quis fuerit ceneus.cur in contraria verſus.
Qua tibi militia.cuius certamine pugne
Cognitus.a quo ſit victus:ſi vict⁹ ab vllo eſt.

Cenis ivi rum.

Quãuis obſtet mihi. q̃uis inquit neſtor memoriam meam ſenectus impediat: multorumq; ſim oblitus plura tamen recordor. pulchre autem ſenis decorum ſeruatur. nã et etatem excuſat neſtor et ſe iactat: id qđ ſenili etati peculiare eſſe horatius tradit. Nunc tertia viuitur etas. poetica licentia hoc verbum viuitur paſſiuum effectum eſſe videtur. etatem vero pro ſeculo poſuit poeta. nam ſeculum centum annorũ ſpacium cõprehendit. Multaq; me fugiant. multorum ſim oblitus. Proles elateia. elateij filia. Theſſalidum. theſſalarum. patronimica nanq; forma pro poſſeſſiua eſt poſita. Tibi enĩ popularis achille. ex eodẽ quo o tu achille populo fuit. Multorũ fruſtra votis nulli enĩ vnq̃ nubere voluit. Tue matris. thetidis. Secretaq; littora carpẽs per ſecreta littora ambulãs. Equorei dei. neptuni. Ita fama ferebat. ſic dicebatur ab omibus cenim a neptuno fuiſſe cõpreſſaz. Sint tua vota licet. hoc eſt ſecure potes omnia quecunq; vis optare. nullam enim feres repulſam. Secura repulſe. nullam timẽtia repulſam. Quid voueas. quid optes. Magnum facit hec iniuria votum. hec iniuria inquit qua mihi virginitatem eripuiſti efficit vt magna petere poſſim. Nihil tale. talem violentiã ne pati poſſet cõcede. Omnia preſtiteris. omnia mihi videberis preſtitiſſe. Grauiore ſono. maiore voce. iam enim in marẽ fuerat conuerſa. mariũ enim voces q̃ feminarum ſolẽt eſſe grauiores. Annuerat voto. conceſſerat id quod cupiebat Dederatq; ſuper. inſuper conceſſerat. Atracides. atrax vrbs eſt theſſalie ab atrace penei ⁊ bure filio edificata ⁊ denominata. vnde atracides declinatur et atracius. patronymicũ autẽ pro poſſeſſiuo eſt poſitũ. Peneia arua. p que peneus labitur. Duxerat hippodamẽ pirithous ixionis non ex nube: ſed ex cõiuge filius hippodamiã vxorem duxit. ad cuius nuptias centauros lapytaſq; inuitauit. ſed centauri inprimiſq; eurytus vino calens vim noue nupte afferre cũ vellet maximã excitauit pugnam. in qua cum multi vtrinq; cecidiſſent lapyte tandem ſuperiores euaſerũt. Audaci ixione. q̃ auſus ẽ de ſtupro interpellare iunonem: que ei nubẽ ſibi ſimilẽ obiecit: ex qua cẽtauri ſũt nati. Nubigenas feros. centauros feroces ex nube genitos. Emonij proceres. theſſali principes. Confuſa turba. variorũ populorum. Cinctaq; adeſt virgo. circundata multitudine matronarum. Quod pene fefellim⁹ omen. qđ omen pene falſum effecimus propter eam q̃ ſecuta eſt rixam. Ebrietas geminata. duplicata.

Tum ſenior. q̃uis obſtet mihi tarda vetuſtas:
Multaq; me fugiãt primis ſpectata ſub ãnis:
Plura tñ memini. nec que magis hereat vlla
Pectore res noſtro eſt inter belliq; domuſq;
Acta tot. ac ſi quem potuit ſpacioſa ſenectus
Spectatorem operum multorũ reddere: vixi
Annos bis centum. nunc tertia viuitur etas.
Clara decore fuit proles elateia cenis
Theſſalidũ virgo pulcherrima: perq; ꝓpinq̃s
Perq; tuas vrbes (tibi enĩ popularis achille)
Multorum fruſtra votis optata procorum.
Tẽptaſſet pele⁹ thalamos quoq; forſitã illos:
Sed iam aut contigerãt illi cõnubia matris:
Aut fuerant promiſſa tue. nec cenis in vllos
Denupſit thalamos: ſecretaq; littora carpẽs
Equorei vim paſſa dei eſt. ita fama ferebat.
Utq; noua veneris neptunus gaudia cepit:
Sint tua vota licet dixit ſecura repulſe.
Elige quid voueas. eadẽ quoq; fama ferebat:
Magnum cenis ait facit hec iniuria votum:
Tale pati iam poſſe nihil. da femina ne ſim.
Omnia preſtiteris. grauiore nouiſſima dixit
Uerba ſono: poteratq; viri vox illa videri:
Sicut erat. nam iam voto deus equoris alti
Annuerat: dederatq; ſuper ne ſaucius vllis
Uulneribus fieri: ferro ve occumbere poſſet.
Munere letus abit: ſtudiiſq; virilibus euum
Exigit atracides: peneiaq; arua pererrat.
Duxerat hippodamen audaci ixione natus:
Nubigenaſq; feros poſitis ex ordine menſis
Arboribus tecto diſcumbere iuſſerat antro.
Emonii proceres aderant. aderamus et ipſi.
Feſtaq; confuſa reſonabat regia turba.
Ecce canũt hymeneon. ⁊ ignibus atria fumãt.
Cictaq; adeſt virgo matrũq; nurũq; caterua
Preſignis facie. felicem diximus illa
Cõiuge pirithoũ: quod pene fefellim⁹ omen.
Nam tibi ſeuorum ſeuiſſime centaurorum

Pirithoi nuptie.

Libidine. appetitu coeundi cum hippodamia virgine. Probabat. laudabat. Sonat. reſonat. ſtrepit. Que vecordia theſeus euryte pulſat ait. bene theſeus p̄tes pirithoi ſuſcipit: cui amicitia tanta coniunctus erat vt inter paria amicorum primi numerētur. Pulſat. vexat. Laceſſas. ad iram p̄uoces. Violaſq; duos ignarus in vno. ex prouerbio greco de veris amicis hoc ſumptum eſſe videtur. ſoma tamendio. pſichi demia. hoc ē corpora quidem duo anima vero vna. Summouet. repellit Inſtantes. reſiſtentes. Furētibus. centauris. Sed vindicis. theſei qui nouā nuptam a centaurorum iniuria liberarat. Extantibus. eminētibus. Crater vrceus. Vaſtum. maximum. Egides. theſeus egei filius. Calcitrat. calcib⁹ terram percutit. Bimembres. centauri qui et hominis et equi membra habebant. Arma arma loquunt̄. clamāt. eſt autem mimiſis et imitatio clamoris centaurorum. Fragiles cadi. ex creta cōfecti. Ophionides amycus. ophionis filius. Penetralia. ſacraria. Denſum funale. funale quidem hoc loco inſtrumentum eſſe videtur lampadibus ſuſtinendis accomodatum. ſed vt tradit Seruius: funale a funibus dicitur quos ante vſum papiri cera circundatos p̄ſci habuere. vnde et funera dicta ſunt q̄ funes incenſi mortuis preferebantur. Lampadibus coruſcis. lucernis coruſcantibus. Sacrifica ſecuri. ſacrificijs dicata. Illiſit. intorſit. cum impetu miſit. In ore non cognoſcēdo. in facie que propter oſſium confuſionē cognoſci non poterat. Diſiectis. diuiſis. diſſipatis. Menſe acerne. ex acere confecte. Strauit. proſtrauit. Pelleus pelates. pella nomen eſt multarū vrbium. nam et in macedonia et in theſſalia ⁊ in achaia ⁊ in ſyria eſt pella. vnde pelle⁹ deriuat̄. ſ; pella macedonie alexādri magni patria bunomos ⁊ bunomia prius fuit dicta. pella autē cognominata eſt a pella conditore. Spumātem. expuentem: cuʒ ſpuma eijcientē. Immanem. maximam.

Lapitharum p̄liū.

Euryte q̄ꝫ vino pectus: tam virgine viſa
Ardet: et ebrietas geminata libidine regnat.
Protinus euerſe turbant conuiuia menſe:
Raptaturq; comis p̄ vim noua nupta p̄hēſis.
Eurytus hippodamē. alii quā quiſq; p̄babat:
Aut poterat: rapiūt: c⁊ptaq; erat vrbis imago
Femineo clamore ſonat domus. ocius omēs
Surgimus: et prim⁹: que te vecordia theſeus
Euryte pulſat: ait: quime viuente laceſſas
Pirithoum: violaſq; duos ignarus in vno:
Neve ea magnanim⁹ fruſtra mēorauerit heros
Sūmouet inſtātes: raptāq; furētibus aufert.
Ille nihil contra. neq; enim defendere verbis
Talia facta poteſt. ſed vindicis ora proteruis
Inſequit̄ manib⁹: generoſaq; pectora pulſat.
Forte fuit iuxta ſignis extantibus aſper
Antiquus crater: quem vaſtum vaſtior ipſe
Suſtulit egides: aduerſaq; miſit in ora.
Sāguinis ille globos parit̄ cerebrūq; merūq;
Vulnere ⁊ ore vomēs madida reſupin⁹ harena
Calcitrat. ardeſcunt germani cede bimēbres:
Certatimq; oēs vno ore arma arma loquunt̄
Vina dabant animos: ⁊ prima pocula pugna
Miſſa volāt: fragileſq; cadi curuiq; lebetes:
Res epulis quōdā. nūc bello et cedibus apte
Prim⁹ ophionides amyc⁹ penetralia donis
Haud timuit ſpoliare ſuis: et primus ab ede
Lampadibus denſum rapuit funale coruſcis.
Elatumq; alte: veluti qui candida tauri
Rumpere ſacrifica molitur colla ſecuri:
Illiſit fronti lapithe celadontis: et oſſa
Non cognoſcendo confuſa reliquit in ore.
Exiliere oculi: diſiectiſq; oſſibus oris
Acta retro naris: medioq; eſt fixa palato.
Hunc pede conuulſo menſe pelleus acerne
Strauit humi pelates deiecto ī pectora mēto
Cūq; atro mixtos ſpumantē ſanguine dentes
Vulnere tartareas geminato miſit ī vmbras:
Proximus vt ſteterat: ſpectans altaria vultu
Fumida terribili: cur non ait vtimur iſtis:
Cumq; ſuis gryneus immanem ſuſtulit aram
Ignibus: et medium lapitarum iecit in aginē.
Oppreſſit q; duos brotean et orion. orio

Mater erat mycale: quam deduxiſſe canendo
Sepe reluctantis conſtabat cornua lune.
Non impune feres: teli modo copia detur:
Dixerat exadius: teliq; habet inſtar in alta
Que fuerant pinu: votiui cornua cerui.
Figitur hinc duplici gryneus lumina ramo:
Eruiturq; oculos: quoꝝ pars cornibus heret.
Pars fluit in barbã: ꝯcretaq; ſanguine pẽdet.
Ecce rapit medus flagrantẽ rhetus ab aris
Primitium torrem: dextraq; a parte charaxi
Tempora perfregit fuluo protecta capillo.
Correpti rapida: veluti ſeges arida: flamma
Arſerunt crines: et vulnere ſanguis inuſtus
Terribilem ſtridore ſonũ dedit. vt dare ferrũ
Igne rubẽs plerunq; ſolet: qd forcipe curua
Cum faber eduxit: lacubus demittit. at illud
Stridet: et in tepida ſubmerſum ſibilat vnda.
Saucius hirſutis auidum de crinibus ignem
Excutit: inq; humeros limẽ tellure reuulſum
Tollit onꝰ plauſtri: qd ne permittat in hoſtẽ:
Ipſa facit grauitas. ſociũ quoq; ſaxea moles
Oppreſſit ſpacio ſtantem propiore cometen.
Gaudia nec retinet rhethus. ſic ꝓprecor ĩquit
Cetera ſit fortis caſtrorum turba tuorum.
Semicremoq; nouat repetitum ſtipite vulnꝰ:
Terq; quaterq; graui iuncturas verticis ictu
Rupit: et in liquido ſederunt oſſa cerebro.
Victor ad euagrum coritũq; dryantaq; trãſit.
E quibus vt prima tectus lanugine malas
Procubuit coritus. pueroq; gloria fuſo
Parta tibi eſt euagrus ait: nec dicere rhetus
Plura ſinit. rutilaſq; ferox in aperta loquẽtis
Condidit ora viri. perq; os ĩ pectora flãmas.
Te quoq; ſeue drya circuꝫ caput igne rotato
Inſequitur. ſed non in te quoq; cõſtitit idem
Exitus: aſſidue ſucceſſu ſedis ouantem:
Qua iũcta ẽ humero ceruix: ſude figis obuſta.
Ingemuit: duroq; ſudem vix oſſe reuellit
Rhetus: ⁊ ipſe ſuo madefactus ſanguĩe fugit.
Fugit et arneus lycidaſq; et ſaucius harmo
Dexteriore medon: et cum piſenore caumas:
Quiq; pedũ nuper certamine vicerat omnes
Mermeros: accepto tũ vulnere tardius ibat.

Reluctantis. repugnantis. reſiſtentis. Canendo. incantantado. Figitur gryneus lumina. figurate ꝑ ſynegdochen poeticam talia dicuntur. nã ſoluta oratio lumina finguntur expoſceret ⁊ oculi eruuntur. Primitium torrem. principalem titionem. Dedit. edidit. emiſit. Igne rubens. candens. Eduxit. extraxit ex igne. Lacubus. in lacus. Sibilat. ſibilare videtur. Onus plauſtri. magnitudinem ſaxi oſtendit. Permittat. imittat. iaciat. Ipſa grauitas. ipſũ pondus. Saxea moles. ſaxi magnitudo. Gaudia nec retinet rhetus. hoc eſt pre ſe fert leticiaꝫ de comete morte cõceptam. Semicremo. ſemicremato. Terq; quater. ſepius. numerus ei finitus pro ĩfinito eſt poſitus. Verticis. capitis. a parte nanq; per ſynecdochen intelligimus totuꝫ. Sederũt. depreſſa fuerunt. deſcenderunt in cerebrum. a ſidendo nanq; hoc preteritum venit. Prima lanugine. prima barba. Tectꝰ malas. tectas et coopertas habẽs maxillas. eſt enim ſynegdoche poetica: vt ſepius diximus. malas autem pro maxillis poſuit poeta. nam male que homini tantũ tribute ſunt: vt tradit Plinius: lanugine non veſtiuntur. ſunt enĩ partes ille que ĩter oculos ⁊ buccas in pomi ſimilitudinem eminent. vnde etiam male fuerunt appellate: ꝙ malo et pomo ſimiles eſſe videantur. Puero fuſo. ſtrato. interfecto. puerum autem illum vocat: vt illius cedis auctorẽ in inuidiam adducat. Condidit. coniecit. Sed non in te quoq; cõſtitit idem exitus. nam dryas centauros ipſumq; in primis rhetum in fugã conuertit. Aſſidue cedis. naꝫ particula ſimilis ve ſubaudiatur. exponit enim quomodo idẽ exitus euagri et dryantis non fuerit. dryas enim rhetum ſe perſequentem vulnerauit. et in fugam conuertit. Sude obuſta. preuſto palo.

Quicꝫ ſuis fruſtra.centauris. Ad herculeos arcus.nam neſſus: vt in ſuperiori libro poeta expoſuit cum deianire herculis vxoꝛi vim afferre vellet ab hercule ipſo ſagitta hydre veneno tincta trāſfixus eſt. Perculit.percuſſit. Cōmittitur.coniungitur. Ime fronti. infime frontis parti. Sopitus venis.propter ebꝛietatem.que quanta fuerit ex eo oſtēditur ꝙ in tāto ſtrepitu doꝛmiebat necꝫ expgiſci poterat. Carcheſia. carcheſiuꝫ vas eſt vinariū. Vrſe oſſee vrſe que in oſſa mōte fuerat capta. ab oſſa nancꝫ oſſeus deriuatur. Amento. loꝛo quo ioculatoꝛes vtuntur:vt longius haſtas emittant. Cum ſtyge. cum aqua ſtygis paludis. Fraxinus ferrata.haſta ex fraxino munita ferro ac cuſpidem ferream habēs. Moꝛs caruit ſenſu.ſopitus eni ac ebꝛius erat. Plenocꝫ e gurgite. ventre quem propter magnitudinem gurgitem vocat. Incꝫ toꝛos.in lectum et vꝛſe pellem. Tollere.euellere. Labefacta roboꝛa.labefactam quercum. roboꝛa autem legēdū eſt.non coꝛpoꝛa: vt fere in exemplaribus eſt depꝛauatū. Coſtis.per coſtas Luctantia.renitentia. Pirithoi virtute.foꝛtitudine. repetitione autē in pirithoi laudem vſus eſt poeta. Minoꝛē titulum.minoꝛē gloꝛiam. Dictys. centauri nomen eſt:nō appellatio. Quod peruia tempoꝛa fecit. quod per media tempoꝛa penetrauit. Ancipiti acumine.pꝛecipiti et alto mōtis vertice atcꝫ cacumine. Et pondere coꝛpoꝛis oꝛnuꝫ quantus eſſet dyctis cētaurus pulchꝛa emphaſi demonſtratur. Qui enim cadens maximam oꝛnum frangit. nō poteſt non vaſtiſſimus eſſe. Suacꝫ induit ilia fracte.hoc eſt ſuiſcꝫ ilibus coopeꝛuit fractam oꝛnum.dicimus autem induo te veſtem et tibi. Mittentem.mittere volentem. Occupat.ante aggreditur. Inutile.pꝛopter bꝛachium fractū Vacat.ociū habet. Niſi ipſuꝫ. ſeipſuꝫ

Et pholus et meneleus.ꝛ abas pꝛdatoꝛ apꝛoꝝ
Quicꝫ ſuis fruſtra bellum diſſuaſerat augur
Aſtylos.ille etiam metuenti vulnera neſſo
Ne fuge.ad herculeos īquit ſeruaberis arcꝰ:
At non eurynomus lycidaſcꝫ ꝛ areos ꝛ ībreus
Effugere necem: quos omnes dextra dryātis
Perculit aduerſos. aduerſum tu quocꝫ ꝙuis
Terga fuge dederas:vulnus cenee tuliſti:
Nam graue reſpiciēs inter duo lumina ferrū:
Qua naris fronti committitur:accipis ime.
In tanto fremitu cunctis ſine fine iacebat
Sopitus venis inexperrectus aphidas:
Languenticꝫ manu carcheſia mixta tenebat:
Fuſus in oſſee villoſis pellibus vꝛſe:
Quē pcul vt vidit fruſtra nulla arma mouētē:
Inſerit amento digitos:miſcendacꝫ dixit
Cū ſtyge vina bibes phoꝛbas.nec plura locutꝰ
In iuuenem toꝛſit iaculum:ferratacꝫ collo
Fraxinus:vt caſu iacuit reſupinus:adacta ē.
Moꝛs caruit ſenſu:plenocꝫ e gurgite fluxit
Incꝫ toꝛos incꝫ ipſa niger carcheſia ſanguis.
Vidi ego petreum conantem tollere terra
Glandiferā quercum:quam dū cōplexibꝰ ābit
Et quatit huc illuc: labefactacꝫ roboꝛa pulſat
Lancea pirithoi coſtis immiſſa petrei
Pectoꝛa cum duro luctantia roboꝛe fixit.
Pirithoi cecidiſſe lycum virtute ferebant.
Pirithoi virtute chꝛomum.ſed vtercꝫ minoꝛē
Victoꝛi titulum ꝙ dictys helopſcꝫ dederunt.
Fixus elops iaculo.quod peruia tēpoꝛa fecit:
Et miſſum a dextra leuā penetrauit ad aurē.
Dictys ab ancipiti delapſus acumine mōtis:
Dum fugit inſtantē trepidans ixyone natum:
Decidit in pꝛeceps:et pondere coꝛpoꝛis oꝛnū
Ingentem fregit:ſuacꝫ induit ilia fracte.
Vltoꝛ adeſt pherēꝰ:ſaxumcꝫ e monte reuulſū
Mittere conatur:mittentem ſtipite querno
Occupat egides:cubiticꝫ ingentia fregit
Oſſa:nec vlterius dare coꝛpus inutile leto
Aut vacat aut curat:tergocꝫ bianoꝛis alti
Inſilit haud ſolito quēcꝫ poꝛtare niſi ipſum.
Oppoſuitcꝫ genu coſtis.pꝛenſamqꝫ ſiniſtra
Ceſariem retinens vultum minitantiaqꝫ oꝛa

Robore nodoſo preduraqꝫ tempora fregit.
Robore nedymnum iaculatoremqꝫ lycoten
Sternit: et immiſſa protectum pectora barba
Hippaſon: et ſummis extantem ripea ſiluis.
Tereaqꝫ emoniis qui prenſos mōtibus vrſos
Ferre domum viuos indignanteſqꝫ ſolebat.
Haud tulit vtentē pugne ſucceſſibus vltra
Theſea demoleon: ſolidoqꝫ reuellere dumo
Annoſam pinum magno molimine temptat.
Quod qꝛ nō potuit: prefractā miſit in hoſtem.
Sed procul a telo theſeus veniente receſſit
Pallados admonitu. credi ſic ipſe volebat.
Non tamē arbor iners cecidit: nā crātoris alti
Abſcindit iugulo pectuſqꝫ humerūqꝫ ſiniſtrū:
Armiger ille tui fuerat genitoris achille:
Quē dolopū rector bello ſuperatus amyntor
Eacide dederat pacis pignuſqꝫ fidemqꝫ.
Hunc procul vt fedo diſiectuz vulnere peleus
Vidit: at inferias iuuenum gratiſſime crantor
Accipe ait: validoqꝫ in demoleonta lacerto
Fraxineam miſit mētis quoqꝫ viribus haſtā:
Que laterū cratem perrupit: et oſſibus herēs
Intremuit. trahit ille manu ſine cuſpide lignū
Id quoqꝫ vix ſequit̃. cuſpis pulmone retēta ē.
Ipſe dolor vires animo dabat. eger in hoſtem
Erigitur: pedibuſqꝫ virum proculcat equinis.
Excipit ille ictus galea clypeoqꝫ ſonantes.
Defēſatqꝫ humeros: pretētaqꝫ ſuſtinet arma.
Perqꝫ harmos vno duo pectora ꝑforat ictu.
Ante tamen leto dederat phlegreon et hilen
Eminus. hiphinouz collato marte daminqꝫ.
Additur his dorilas: qui tēpora tecta gerebat
Pelle lupi: ſeuiqꝫ vicem preſtantia teli
Cornua dura boum multo rubefacta cruore.
Huic ego (nā vires animus dabat) aſpice dixi:
Quantum concedāt noſtro tua cornua ferro.
Et iaculum torſi: quod cum vitare nequiret:
Oppoſuit dextram paſſure vulnera fronti.
Affixa eſt cum frōte manus. fit clamor. at illū
Herentem peleus et acerbo vulnere victum:
(Stabat eni ꝓpior) mediā ferit enſe ſub aluū.
Proſiluit: terraqꝫ ferox ſua viſcera traxit.
Tractaqꝫ calcauit: calcataqꝫ rupit: et illis

Robore nodoſo. claua nodis plena. Immiſſa. protenſa: longa. Extantem eminentē. Tereaqꝫ emoniis qui prenſos. quanta fuerit theſei virtus: magnitudo fortitudoqꝫ cētaurorum quos interfecit aperte oſtendit. Vltra. vlteriꝰ. Magno molimine. magno conatu. Receſſit. refugit. Credi ſic ipſe volebat. ſe a pallade admonitū fuiſſe theſeus credi volebat. Abſcindit. auellit. Amyntor. rex dolopum fuit ac phenicis pater. Pacis pignuſqꝫ fidē. ſignificat crantorē peleo obſidem ab amyntore fuiſſe datum. Diſiectū. diſſipatū. Mentis quoqꝫ viribus. etiam īdignatione mētis. Laterum cratem. coſtas que ita compoſite ſunt vt cratem efficere videātur. Eger. indignatus ꝛ vulneratus. Erigitur. concitatur. Proculcat. conculcat. Virum. peleum virtute preditum. Duo pectora. et equi et hominis. centaurus enim fuit. Collato marte. cominus. Quantum cōcedant. quanto ſint inferiora noſtro enſe. Torſi. cum impetu ieci. Herentem dubitantem. Sub mediam aluum. circa medium ventrem. Terra. per terram. Sua viſcera. ſua inteſtina.

Impediit. colligauit. Tua cyllare for-
ma. tua pulchritudo. cyllarus autem ⁊
centauri ⁊ equi a caſtore domiti nomē
eſt. Uirgilius. Domitus pollucis ha-
benis cyllarus. Redemit. ſeruauit. li-
berauit a cede. Illi nature. centaurorū
qui cum ſint ex parte equi. ex parte ho
mines non videntur eſſe poſſe formo
ſi. Barba erat incipiens. quanta eſſet
pulchritudine cyllarus centaurus ele-
ganter poeta deſcribit. Color aureus
fuluus. Laudatis proxima ſignis. ſta
tuis non vulgaribus ſed approbatis
ſimillima. Mendoſa facies. turpis fi
gura. Sic tergū ſeſſile. latū aptumqꝫ
ad ſedēdū. aliter ſeſſiles lactucas dici
mus. ſedentes enim intelligimus. Pe
ctora celſa. eminentia. alta. Toris. pro
pter toros et eminentes carnes. Can
dida cauda tamen. generoſiſſimi equi
ſigna deſcribit poeta. Petiere. appeti-
uere. Sua de gente. de centaurorū ge
nere. Hylonome. ſiluam depaſcens in
terpretari poteſt hylonome. Abſtulit
habuit: potita eſt. Semiferas. centau-
ras. Cultus. ornatus. Rore maris. ro-
re marino herba ſuauis odoris. Canē
tia lilia. alba. Pagaſee ſilue. vicine pa
gaſis vrbi theſſalie que fontibus abū
dat. vnde ⁊ nomen. pigi nanqꝫ fons di
citur. Pretēdat. opponat. Uellera. pel
les. Lateri leuo. ſiniſ[illegible]. dextrū enim
erat nudum. Errant. vagātur. Auctor
in incerto eſt. auctor ignoratur. Par-
uo vulnere. ſcite. nam ex ſententia phi
ſicorū cor ne minimū q̄dē vulnus pati
poteſt. Refrixit. frigidum factum ⁊ ex
tinctum eſt. Arcuit. vetuit. prohibuit.
Incubuit telo. icūbēs telo ſe trāſfixit.
Quod inheſerat illi. q̄d illi cyllaro fue-
erat infixum. Morienſqꝫ ſuum com-
plexa maritum eſt. hypallage eſt. com
plectens nāqꝫ maritum mortua fuiſſe
intelligitur. Et ille ſtat. etiam ille ſtare
et eſſe videtur. Seua vellera. magnas
pelles. Uinxerat. colligauerat. Pheo
comes. fuſcam ac nigram habens bar
bam interpretatur. pheon nanqꝫ fu-
ſcum ſignificat. Hominem ſimul pro-
tectus. qui coma et ſe et hominem pro
texerat atqꝫ cooperuerat. eſt enim ſy-
negdoche poetis maxime familiaris.
Codice qui miſſo. ſtipite. trūco. Pho
noleniden. phonoleni filiū. Fracta vo
lubilitas capitis. rotunditas capitis.

Crura quoqꝫ impediit: et inani concidit aluo.
Nec te pugnātem tua cyllare forma redemit:
Si modo nature formam concedimus illi:
Barba erat icipiēs. barbe color aure⁹ aureaqꝫ
Ex humeris medios coma pēdebat i harmos
Gratus i ore vigor. ceruix humeriqꝫ manuſqꝫ:
Pectora artificum laudatis proxima ſignis:
Ex qua parte vir eſt. neqꝫ equi mēdoſa ſub illo
Deteriorqꝫ viro facies. da colla caputqꝫ:
Caſtore dignus erit. ſic tergum ſeſſile. ſic ſunt
Pectora celſa ⁊ toris. totus pice nigrior atra.
Cādida cauda tn̄. color ē quoqꝫ crurib⁹ alb⁹.
Multe illum petiere ſua de gente. ſed vna
Abſtulit hylonome: qua nulla decentior inter
Semiferas altis habitauit femina ſiluis.
Hec et blanditiis et amando et amare fatēdo
Cyllarō vna tenet. cultus quoqꝫ quāt⁹ in illis
Eſſe poteſt mēbris: vt ſit coma pectine lenis.
Ut modo rore maris. modo ſeviola ve roſa ve
Implicet: interdū canentia lilia geſtet.
Biſqꝫ die lapſis pagaſee vertice ſilue
Fontibus ora lauet. bis flumine corpa tingat.
Nec niſi que deceant: electarumqꝫ ferarum
Aut humero aut lateri pretēdat vellera leuo.
Par amor eſt illis. errant in montibus vna.
Antra ſimul ſubeunt: et tum lapitheia tecta
Intrarant pariter: pariter fera bella gerebāt.
Auctor in icerto eſt. iaculum de parte ſiniſtra
Uenit: ⁊ inferius qua collo pectora ſubſunt:
Cyllare te fixit. paruo cor vulnere leſum
Corpore cum toto poſt tela educta refrixit.
Protinus hylonome moriētes excipit artus:
Impoſitaqꝫ manu vulnus fouet: oraqꝫ ad ora
Admouet: atqꝫ anime fugiēti obſiſtere tēptat.
Ut videt extinctum: dictiſqꝫ clamor ad aures
Arcuit ire meas: telo quod inheſerat illi
Incubuit: moriēſqꝫ ſuum cōplexa maritū eſt.
Ante oculos ſtat et ille meos: qui ſeua leonū
Uinxerat inter ſe connexis vellera nodis
Pheocomes hoiem ſimul protectus equūqꝫ:
Codice qui miſſo: quē vix iuga bina mouerēt
Iuncta: phonolenidē a ſummo vertice fregit.
Fracta volubilitas capitis latiſſima: perqꝫ os

Perqꝫ cauas nares. oculos aureſqꝫ cerebrum
Molle fluit: veluti concretum vimine querno
Lac ſolet: vt ve liquor rari ſub pondere cribri
Manat: ⁊ exprimitur ꝑ denſa foramina ſpiſſus.
Aſt ego dū parat hic armis nudare iacentem:
(Scit tuus hoc genitor) gladiū ſpoliātis ī ima
Ilia dimiſi. chithonius quoqꝫ teleboaſqꝫ
Enſe iacēt noſtro: ramum prior ille bifurcum
Geſſerat. hic iaculū. iaculo mihi vulnera fecit.
Signa vides. appet adhuc vetus īde cicatrix.
Tunc ego debuerā capienda ad ꝑgama mitti.
Tunc poteram magni: ſi nō ſuperare: morari
Hectoris arma meis. illo ſed tꝑe nullus
Aut puer hector erat. nūc me mea deficit etaſ.
Quid tibi victorē gemini periphanta pyreti:
Ampyca quid referā: qui q̄drupedantis oicli
Fixit in aduerſo cornum ſine cuſpide vultu:
Vecte pelethroni⁹ macareus in pectus adato
Strauit eridupū. memini et venabula condi
Inguine neſſei manibus cōiecta cymeli.
Nec tu crediderís tantum cecíniſſe futura
Ampycidē mopſuz. mopſo iaculāte biformis
Occubuit: fruſtraqꝫ loqui temptauit odites:
Ad mentū lingua: mentoqꝫ ad guttura fixo.
Quiqꝫ neci cene⁹ dederat: ſtiphelūqꝫ bromūqꝫ
Antimachūqꝫ helymūqꝫ ſecuriferūqꝫ pyrāmō
Vulnera nō memini: numerū nomēqꝫ notaui.
Prouolat emathii ſpoliis armatus aleſſi:
Quē dederat leto mēbris et corpore latreus
Maximus: huic etas inter iuuenemqꝫ ſenēqꝫ.
Vis iuuenilis erat. variabant tempora cani:
Qui clypeo gladioqꝫ macedoniaqꝫ ſariſſa
Conſpicu⁹: faciēqꝫ obuerſus in agmen vtrūqꝫ
Armaqꝫ concuſſit: certūqꝫ equitauit in orbez.
Verbaqꝫ tot fudit vacuas animoſus ī auras.
Et te ceni feram? nam tu mihi femina ſemper.
Tu mihi cenis eris. nec te natalis origo
Cōmouit: mentēqꝫ ſubit: quo ꝑmia facto:
Quaqꝫ viri falſam ſpeciem mercede paraſti:
Quid vel nata vide: vel quid ſis paſſa: colūqꝫ
I cape cū calathis: et ſtamina pollice torque.
Bella relinque viris. iactanti talia ceneus
Extentum curſu miſſa latus eruit haſta:

Lac cōcretū. coagulatū. Manat. fluit Hicce legēdū eſt. ne iambus fiat. quē non recipit heroicus verſus. Hic enim pronomen corripi noti⁹ eſt: qꝫ vt ſit ad monendū. Nudare. ſpoliare. Scit tu⁹ hoc genitor. peleus. naz achillem alloquitur neſtor. Ramū bifurcum. ſtipitē duas in partes diuiſum. Signa vides. cicatricem vulneris accepti indicat neſtor. Tunc ego debueram. Eleganter ſenis mores exprimūtur. Solent nāqꝫ ſenes ſe laudare. Nullus. non. nomen pro aduerbio poſitum eſt. Cornuz. haſtam ex cornio confectam. Quadrupedantis. quatuor pedibus currentis. cētaurus nāqꝫ erat. In aduerſo vultu. in oppoſito ore. Vecte pelethronius. macareus. Pelethronium Theſſaliè mons eſt. vnde pelethronius declinat Eridupuz. grauiter ſtrepens eridupus interpretatur. Inguine. inguen et pudenda ſignificat et morbum maxime pudenda īfeſtās. Ampyciden mopſuz Mopſus fili⁹ fuit apollinis ex hymāte: vt quidam dicunt: vt alij ex manto tyreſie filia. Hic fuit vates venerādus qui vt pōponius mela ſcribit: in finib⁹ pamphilie Phaſelim vrbem condidit. Cur aūt ampicides dicatur legiſſe me non memini: niſi forte ampycis fuerit filius: qꝫuis apollinis putaret. Aemathij. theſſali. Leto dederat. īterfecerat. Variabant. alij nanqꝫ ex capillis albi. alij erant nigri. Macedoniaqꝫ ſariſſa. Sariſſe haſte ſunt macedonuz. vt pila romanorum. geſſa gallorum. Et te ceni feram? cū magna indignatione hec dicit latereus: ac ſi diceret. nequaqꝫ patiar te meos ſocios interficere. Ceneū aūt per contemptum cenim vocat: ac ſi adhuc femina eſſet. Quo ꝑmia facto Cōcubitum cū neptuno illi exprobrat Quid vel nata vide. nam femina. Vel quid ſis paſſa. neptuni nāqꝫ vim paſſa es. Colūqꝫ. colus īſtrumentū eſt quo mulieres filant notius: qꝫ vt ſit deſcribendum. Cuz calathis. Calathus vas eſt: quem latini quas illum vocant: reponendis fuſis accōmodatum. Iactāti. inaniter clamanti. Eruit. aperuit.

Cōmiſſus.cōiunctus. Pellei iuuenis cenei.a pella vrbe originē ducētis. Cominus aggredit᷑.enſe inuadit ceneum: id qꝺ niſi ꝓpius accederet:facere non poterat. Duro lateri.impetrabili. Luctat᷑.conat᷑. Mucro eſt hebes. cuſpis eſt retuſa. Gemitus.ſtrepitus. Ut corpore marmoris icto.tanq̄ꝫ marmore ꝑcuſſo. Prebuit.exhibuit. Fatiferum. mortiferū. Cecam manū.occultam cooptam. Uulnuſqꝫ in vulnere fecit.naꝫ cū iam vulnus feciſſet:manū verſando alia vulnera faciebat. Inqꝫ cruentat᷒. Dyalyſis vnī᷒ dictionis in duas:que ꝛ tmeſis dicit᷑.nā incruentatuſqꝫ integrū eſt. Noua res.nouū miraculum. Monycus exclamat.monycus ſolide vngule interpretari poteſt. Centaurus autē fuit fortiſſimus:de quo Iuue. Quantas iaculet᷑ monychus ornos. Populus ſupamur.figurata locutio. Quāq̄ꝫ ille vir ē.validus atqꝫ robuſtus.eſt aūt correctio ſuperioris dicti. Segnib᷒ actis ignauis factis. Quod fuit ille ſumus femine.nam ceneus antea femina fuerat. Aīalia fortiſſima.hoīem ꝛ equum Matre dea.iunone. Tantus erat.tam magnanimus. Iunonis vt alte ſpeꝫ caperet.potiūde ſubaudiat᷑. Semimari. ſemiuiro. Miſſis ſiluis.īiectis ſiluaꝫ arboribus. Elidite.opp̄mite.exp̄mite. Inſanis.maximis. Trabem.arborem Validū in hoſtem.potētem vt q̇ ferro vulnerari nō poterat. Exemplūqꝫ fuit Exemplū ex qꝺ aut ſequamur aut vitemus.fuit ḡ exemplū monych᷒ alijs centauris:vt in Ceneū arbores cōijcerent. Hocqꝫ eſt illud qꝺ Iuuenalis innuit cū ait. Quātas iaculet᷑ monychuſ ornos. Nudus arboris. Arboribus in ſoluta diceret᷑ orōne. Nec habebat pelion vmbras. per metalipſin intelligimus pelion montē arboribus ſpoliatū fuiſſe. Otrys aūt et pelion mōtes ſunt theſſalie notiſſimi. Immani cumulo. maxima lignorum congerie. Obrutus oppreſſus. Eſtuat.angit᷑.anhelat. Nec habet quas ducat ſpiritus auras. nec reſpirare poteſt. Deficit interdū.deficere et mori interdū videt᷑. Super aera ad aera. Tollere.erigere. Euoluere.excutere. Ecce.hoc aduerbio ſignificat ſe digito oſ̄dere idam phrygie montē.

Ceneus i aquilam

Qua vir equo cōmiſſus erat.furit ille dolore.
Nudaqꝫ pellei iuuenis ferit ora fariſſa.
Non ſecus hec reſilit:q̄ꝫ tecti a culmīe grādo:
Aut ſi quis ꝑuo feriat caua tympana ſaxo.
Cominus aggredit᷑:lateriqꝫ recondere duro
Luctat᷑ gladium.gladio loca peruia non ſunt.
Haud tñ̄ effugies:medio iugulaberis enſe:
Quīquidē mucro ē hebes inq̄t:ꝛ in latus enſeꝫ
Obliquat:longaqꝫ amplectitur ilia dextra.
Plaga fecit gemit᷒:vt corꝑe marmoris icto:
Fractaqꝫ diſſiluit percuſſa lamina collo.
Ut ſatis illeſos miranti prebuit artus:
Nūc age ait ceneus: noſtro tua corpora ferro
Temptem᷒:capuloqꝫ tenus demiſit ī harmos
Enſem fatiferum:cecāqꝫ in viſcera mouit.
Verſauitqꝫ manū.vulnuſqꝫ in vulnere fecit.
Ecce ruunt vaſto trepidi clamore bimēbres:
Telaqꝫ in hunc oēs vnū mittuntqꝫ:feruntqꝫ.
Tela retuſa cadunt.manet imperfoſſus ab oī.
Inqꝫ cruentatus ceneus elateius ictu.
Fecerat attonitos noua res.heu dedec᷒ īgenſ
Monych᷒ exclamat.ꝑpl'us ſuꝑamur ab vno
Vixqꝫ viro.q̄ꝫq̄ꝫ ille vir eſt.non ſegnib᷒ actis
Quod fuit ille ſumus.qꝺ mēbra īania ꝓſunt
Quod gemīe vires:et quid fortiſſima rerum:
In nobis duplex natura animalia iunxit:
Nec nos matre dea.nec nos ixyone natos
Eſſe reor:qui tantus erat:iunonis vt alte
Spē capet.nos ſemimari ſuꝑamur ab hoſte.
Saxa trabeſqꝫ ſuper totoſqꝫ inuoluit mōtes:
Viuacēqꝫ animam miſſis elidite ſiluis.
Silua p̄mat fauces:et erit ꝓ vulnere pōdus.
Dixit:et inſanis deiectam viribus auſtri
Forte trabē nactus validū coniecit in hoſteꝫ:
Exemplūqꝫ fuit:paruoqꝫ in tempore nudus
Arboris otrys erat:nec habebat peliō vmbraſ
Obrutus īmani cumulo ſub pondere ceneus
Eſtuat arboreo:coniectaqꝫ robora duris
Fert humeris.ſed ei poſtq̄ꝫ ſuper ora caputqꝫ
Creuit onus:nec habꝫ q̄s ducat ſpirit᷒ auras:
Deficit interdum.modo ſe ſuper aera fruſtra
Tollere conat᷑:iactaſqꝫ euoluere ſiluas.
Interdūqꝫ mouet:veluti quā cernimus: ecce

Exitus in dubio eſt. mors inq̄t cenei in dubio eſt. nā alij mortuū eſſe contendūt. alij in aq̄lam trāſmutatum. Siluaꝝ mole. arborū pondere. Abnuit ampycides. mopſus negat. Fuluis pennis. in aq̄lam ceneū fuiſſe cōuerſum inuit poeta. Luſtrantem. circūdantē. Unica: ſola. ſingularis. Credita res eſt. hoc eſt mopſi vatis auctoritate creditus eſt ceneus in aquilā fuiſſe cōmutatus. Egre tulimus. indignati ſumus. Abſtitimus. deſtitimus. Exercere dolorem. ſeuire in cētauros ob dolorē de cenei morte conceptū. Hec inter lapithas. hec idcirco a poeta narranꝭ. quo ꝯcinius periclimeni neſtoris fratris metamorphoſeis īferanꝭ. Periclymenus ei nelei filius cui neptunus facultatē ſe ī varias figuras transformandi cōceſſerat: cum aquile figuram ſuſcepiſſet: ab hercule cū quo pugnabat: ſagitta trāſfixus interijt. Triptolemus. ita quideꝫ fere in exēplaribus legiꝭ: qđ grāde flagitium eſt: cuꝫ triptolemus nuſq̄ꝫ bello troiano īterfuiſſe legaꝭ. Tlepolemꝰ igiꝭ loco triptolemi reponatur. fuit enī Tlepolemus: vt in ſecūdo iliados narrat homerus: herculis et aſtiochee filius: qui cū licynniū matris germanuꝫ interfeciſſet: cōparata claſſe magnaqꝫ comitū multitudine rhodum ꝓfugit: vbi imperiū adeptus: cū nouē nauibꝰ: vna cū alijs grecie p̄ncipibus ad bellū troianuꝫ eſt ꝓfectus: vbi tandem a ſarpedone fuit īterfectus. Preteriti alcide. Pretermiſſi herculis. Non pertulit. nō eſt paſſus. Obliuia acta. obliuionē eſſe factam. Herculee laudis. herculis. eſt ei periphraſis. Triſtis Pylius meſtus neſtor: ꝙ ⁊ ſe a tlepolemo notari videbat: ⁊ ea ꝯmemorare cogebaꝭ q̄ ſibi luctus cā fuerant. Obductos annis. multitudine annorū obrutos atqꝫ oblitos. Reſtringere. renouare. Offenſas. iniurias: quibus me affecit. Maiora fide. maiora q̄ꝫ credi debeat. Sed neqꝫ deiphobum. hoſtes non eſſe laudādos colligit neſtor. Deiphobus aūt p̄ami fuit filius. Polydamas vero vnus e p̄ncipibus troianis fuit fortiſſimus ſic vocatus ꝙ multos domaret. Meſſenia menia. Meſſene ⁊ vrbs eſt et regio adiacens arcadie. eſt etiam Sicilie vrbs. vn̄ meſſenius deriuatur. Elinqꝫ pylūqꝫ. Elis vrbs eſt arcadie iuxta olympiam ab Elio Tātali filio cognominata. vn̄ Elieus et eleus declinaꝭ. pylus vero meſſenie. vn̄ pylius pyleus ac pylion gentilia noīa deriuanꝭ. Bis ſex neleide fuimus. duodecim nelei. neleꝰ aūt neptuni fuit filiꝰ et tyrus nymphe q̄ a fratre pelia domo pulſus pylō vrbem in meſſenia condidit. vxorem habuit clorim ex qua duodecim filios ſuſcepit. Neſtoreꝫ Periclimenū Agerochum ⁊ reliquos. Me minus vno. me excepto. Nelei ſanguinis auctor. neptuni enim neleus fuit filius.

Ardua ſi terre quatiatur motibus ide.
Exitus in dubio eſt. alii ſub inania corpus
Tartara detruſum ſiluarum mole ferebant.
Abnuit ampycides: medioqꝫ ex aggere fuluis
Uidit auem pennis liquidas exire ſub auras:
Que mihi tūc primū tūc eſt cōſpecta volucris.
Hanc vbi luſtrantem leni ſua caſtra volatu
Mopſus: et ingenti circuꝫ clamore ſonantem
Aſpexit: pariterqꝫ animo eſt oculiſqꝫ ſecutus:
O ſalue dixit lapithee gloria gentis:
Maxime vir quōdā. ſed auis nūc vnica ceneu.
Credita res auctore ſuo eſt. dolor addidit irā.
Opp̄ſſumqꝫ egre tulimꝰ tot ab hoſtibus vnuꝫ.
Nec prius abſtitimus ferro exercere dolorem:
Q̄ data ps leto. partē fuga noxqꝫ remouit.
Hec inter lapithas ⁊ ſemihomines centauros
Prelia tlepolemus pylio referente dolorem
Preteriti alcide tacito non pertulit ore.
Atqꝫ ait. herculee mirum eſt obliuia laudis
Acta tibi ſenior. certe mihi ſepe referre
Nubigenas domitos a ſe pater ipſe ſolebat.
Triſtis ad hec pyliꝰ: q̄d me meminiſſe malorū
Cogis: et obductos annis reſtringere luctus:
Inqꝫ tuum genitorem odiū offenſaſqꝫ fateri:
Ille quidē maiora fide quoqꝫ geſſit: et orbem
Impleuit meritis: quod mallē poſſe negare.
Sed neqꝫ deiphobū. nec polydamāta. nec ipꝫ
Hectora laudamꝰ. quis ei laudauerit hoſteꝫ:
Ille tuus genitor meſſenia menia quondam
Strauit: et īmeritas vrbes elinqꝫ pylūqꝫ
Diruit: inqꝫ meos ferrū flāmaſqꝫ penates
Impulit: vtqꝫ alios taceā quos ille peremit:
Bis ſex neleide fuimus conſpecta iuuentus.
Bis ſex herculeis ceciderunt me minus vno
Uiribus. atqꝫ alios vinci potuiſſe ferendū eſt.
Mira periclymeni mors eſt: cui poſſe figuras
Sumere q̄s vellet: rurſuſqꝫ reponere ſumptas
Neptunus dederat nelei ſanguinis auctor.

Periclimenus in varias formas

Hic vbi ne quicꝙ̃ eſt formas variatus in oīs:
Vertitur in faciē volucris: que fulmina curuis
Ferre ſolet pedibus diuum gratiſſima regi.
Viribus vſus auis pennis roſtroꝙ redunco
Hamatiſꝙ viri laniauerat vnguibus ora.
Tendit i hunc nimiū certos tirynthius arcꝰ.
Atꝙ inter nubes ſublimia membra ferentem:
Pendentēꝙ ferit: lateri qua iungitur ala.
Nec graue vulnꝰ erat. ſed rupti vulnere nerui
Deficiunt: motuꝙ negant vireſꝙ volandi.
Decidit in terram non cōcipientibus auras
Infirmis pennis: et que leuis heſerat ale
Corporis affixi preſſa eſt grauitate ſagitta.
Perꝙ latꝰ ſummū iugulo eſt exacta ſiniſtro.
Num videor debere tui preconia rebus
Herculis o rhodie ductor pulcherrime claſſis
Ne tamen vlterius ꝙ̃ fortia facta ſilendo
Vlciſcar fratres: ſolida eſt mihi gratia tecum.
Hec poſtꝙ̃ dulci neleius edidit ore:
A ſermone ſenis repetito munere bacchi
Surrexere toris. nox eſt data cetera ſomno.
At deus equoreas: q̃ cuſpide temꝑat vndas:
In volucrem corpus nati cygneida verſum
Mente dolet patria: ſeuūꝙ peroſus achillem
Exercet memores pluſꝙ ciuiliter iras.
Iamꝙ ferre tracto duo per quinquēnia bello
Talibus intonſum cōpellat ſmynthea dictis.
O mihi de fratris longe cariſſime natis:
Irrita qui mecum poſuiſti menia troie.
Ecquid: vbi aſiacas caſuras aſpicis arces:

Que fulmina curuis. periphraſis eſt aquile. Viri herculis. Hamatis vnguibus. in modū hami recuruis. eſt enī nomen participio ſimile hamatus ab hamo declinatū. Nimiū. affectui et dolori ſeruit hoc aduerbiū nimiū. Tirynthius. hercules a tirynthe pelopōneſi vrbe. Et q̄ leuis heſerat ale. ordo eſt et ſenſus. Et leuis ſagitta q̄ heſerat et affixa erat ale: preſſa et ipulſa fuit grauitate corporis illi affixi. eſt aūt antiteton. leuis enim opponit̃ graui. Exacta. expulſa. Jugulo. ſiniſtro. ꝑ ſiniſtrū iugulū. Herculis tui. parētis ſubaudiat̃. O rhodie ductor pulcherrime claſſis. ad illud homeri carmen alludit poeta in ſcd̃o Jliados. tlipolemos diraklidiſijſte megaſte ekroduēnea ijas agen rodion agerochon. hinc enī aperte colligit̃ Tlepolemū rhodiorū ductorem fuiſſe ⁊ pulchrū ⁊ magnū. Solida gr̃a firma amicitia. Neleius. neſtor nelei filius. Dulci ore. ſuaui ſermone. nam: vt ait homerus. Suauior melle ab ore neſtoris oratio ꝓdibat. A ſermone ſenis. poſt ſermonē neſtoris. At deus equoreas. neptunus egre ferens cygnū filium ab achille interēptū apollinē hortat̃ ne vlterius ipm̄ viuere patiat̃: cui apollo obſequens in aciem troianorum deſcendit: paridiſꝙ ſagittā in achillem ita direxit: vt illiꝰ vulnere īterierit. Hec aūt idcirco a poeta narrant̃: vt cōmodius et libri ſequentis initiū cū huius fine cōnectat: et aiacis in florem metamorphoſin huic loco ſubiungat. Neꝙ enī vllā aliam in huius libri fine deſcribit trāſfigurationē. Memores iras quas i memoria habebat. vt illud Virgilij. Memorem iunonis ob iram. Pluſꝙ ciuiliter. hoſtiliter. Tracto bello. protracto. ꝑducto. Jntōſum ſmynthea. comatū apollinē. nam ſmyntheꝰ epytheton eſt apollinis ꝓprium a muribus ſumptū: q̇ vt Strabo ait. Smynthi a cretenſibus vocant̃. hac etiam de cauſa ſmyntheꝰ apollo fuit cognomīatus: qđ teucris e creta ꝓfectis datum eſt oraculū: vt ibi ſedes collocarēt: vbi terrigene ipos adorirent̃. id autem circa aonaxicū ferunt contigiſſe. nā maxima agreſtium muriū multitudo noctu exorta quicq̇d armorū vaſorūꝙ ex corio inuentū eſt corroſit. Teucri aūt ibi manſerūt atꝙ idā ab ida q̄ eſt in creta appellarunt: templūꝙ ac ſimulacrum apollini ſmyntheo erexerunt. Heraclides vero ponticꝰ auctor et mures ibi circa templū abundare et ſacros exiſtimari. Simulacrū vero ita effigiatum

Achillis mors

eſſe: vt murem pedibus ꝓmat. Solent aūt hoīes noīa a paruis rebus īpoſita quibuſdā lenimētis mitigare. nā et a culicibus q̄s oethei conopas vocant: hercules conopion apud illos colit̃: qm̄ ab illis eius opera liberati fuerunt. apud erithreos q̄ȝ miliuntem habitantes ſpectonus colit̃: ꝙ ipſe vitibus vermis infeſtiſſimus ſit. nam ex erithreis oībus apud illos ſolū talis beſtiola naſcit̃. Rhodij aūt apollinis erathibij templum habent in agro ſuo. nam rubiginē ipſi Erethibiam vocant. Apud eoles q̇ in aſia ſunt mus quidā pornopion vocat̃. beotij vero hoc noīe culices vocant. Sacrificiū aūt faciunt apollini ꝓnopioni: ſed multis ī locis ſunt ſmynthia. hoc eſt ſmynthij apollinis templa: ꝑcipue tm̄ in vrbe chryſa ſmynthus apollo colebat̃: vbi erat ſtatua a ſcopa pario cōfecta: cuiꝰ pedibꝰ mus ſubiectus erat. O mihi de fratris. hac orōne neptunꝰ apollinem hortat̃: vt achillē cygni īterfectorē ſagitta ꝑimat. De fratris natis. de iouis fratris mei filijs. A beniuolentia

Ingemis: aut ecquid tot defendētia muros
Milia ceſa doles: ecquid ne ꝑſequar omnes
Hectoris vmbra ſubit circũ ſua ꝑgama tracti
Cum tamen ille ferox belloqꝫ cruentior ipſo
Viuit adhuc operis nr̄i populator achilles:
Det mihi ſe: faxo triplici quid cuſpide poſſim
Sentiat. et qm̄ concurrere cominus hoſti
Non datur: occulta nec opinũ perde ſagitta.
Annuit: atqꝫ animo pariter patruiqꝫ ſuoqꝫ
Delius indulgens nebula velatus in agmen
Peruenit iliacum: mediaqꝫ in cede virorum
Rara per ignotos ſpargentez cernit achiuos
Tela parim. faſſusqꝫ deũ: quid ſpicula perdis
Sanguine plebis ait: ſi qua eſt tibi cura tuorũ
Vertere in eaciden: ceſoſqꝫ vlciſcere fratres:
Dixit: et oſtendens ſternentem troica ferro
Corpora peliden arcus obuertit in illum:
Certaqꝫ letifera direxit ſpicula dextra.
Quo priam⁹ gaudere ſenex poſt hectora poſſz
Hoc fuit. ille igitur tantorum victor achille
Victus es a timido graie raptore marite.
At ſi femineo fuerat tibi marte cadendum:
Termodoontiaca malles cecidiſſe bipēni.
Jam timor ille phrygũ. decus ⁊ tutela pelaſgi
Nominis eacides. caput inſuperabile bello
Arſerat. armarat deus idem: idēqꝫ cremarat.
Jam cinis eſt: et de tam magno reſtat achille
Neſcio q̄d: paruã qđ nō bene cōpleat vrnam.
At viuit: totum que gloria compleat orbem.
Hec illi menſura viro reſpōdet: et hec eſt
Par tibi pelide: nec inania tartara ſentit.
Ipſe etiam: vt cuius fuerit cognoſcere poſſis:
Bella mouet clype⁹: deqꝫ armis arma ferunt.
Non ea tytides. non audet oileus aiax.
Nō minor attrides. non bello maior et euo
Poſcere. non alii. ſoli telamone creato
Laerteqꝫ fuit tante fiducia laudis.
A ſe tantalides onus inuidiãqꝫ remouit:
Argolicoſqꝫ duces mediis conſiſtere caſtris
Juſſit: et arbitrium litis traiecit in omnes.

autem exorditur neptunus. Subit. in mentem cũ quadaz miſeratione venit. Populator. deſtructor. ex arte autem achillem in odium apollinis neptun⁹ adducit. Det mihi ſe. cōmittat ſe mihi et mari. Triplici cuſpide. periphraſis eſt tridentis. Nec opinũ. non opinātez Indulgens. obſequens. Sanguie plebis. plebeios ac viles interficiendo. Poſt hectora. poſt hectoris cedē. Ille igitur tantorũ. apoſtrophe ad achillez indignationem continens ꝙ ab effeminato paride fuerit īterfectus. Graie marite. helene. quam idcirco maritam poeta vocat: q: viris imperabat. Feminei marte. imbelli. Thermodoontiaca bipenni. amazonica ſecuri. nã amazones thermodoōtis fluuij accole fuerunt. Armarat deus idem. vulcanus ⁊ arma achilli thetidis rogatu perfecit. ⁊ eum mortuũ combuſſit. Neſcio quid. parũ quid cineris de tanto achillis corpore ſupereſt: quo ne vrna quidem impleri pōt. Hec menſura. totus terrarũ orbis menſura eſſe videt̄ glorie achillis Nec inania tartara ſentit. Nunq̄ꝫ eniz gloria moritur. Vt cuius fuerit cognoſcere poſſis: ac ſi diceret fortiſſimi ac bellicoſiſſimi illũ clypeum fuiſſe: pro q̄ tante ꝯtentiones fuere ſuſcepte. Deqꝫ armis arma feruntur. propter arma achillis bella excitantur. naz poſt mortē achillis inter aiacem et vlyſſem de armis ipſius achillis grauiſſime ſunt orte contentōnes. Soli telamone creato Aiaci telamōis filio. Laerteqꝫ. Vlyſſi A ſe tantalides. Agamēnon a tantalo genus ducens. nam tantalus iouis. pelops tãtali. Pelopis atreus. atrei agamēnon et menelaus filij fuiſſe dicuntur. Traiecit. tranſmiſit. tranſtulit.

Raphaelis Regij in tertiũdecimum metamorphoſeos Ouidij librum enarrationes

Conſedere duces. Achille ſagitta paridis interempto magna inter aiacẽ et vlyſſem cõtentio orta eſt:vter ipſorũ illius armis dignior eſſet. Agamẽnon aũt ne in alterius odiũ incideret: illius cõtentionis iudiciũ ad p̃ncipes grecorũ reiecit. vt pro virtute ac meritis vtriuſq; arma alteri adiudicarent. Iuſſo igit̃ vtroq; in cõſeſſu principũ cauſam agere:non virtute aut meritis:ſed eloquẽtia:qua plurimuz valebat: Vlyſſes effecit: vt ſibi arma adiudicarẽt. illã aũt repulſaz aiax adeo egre tulit:vt primũ furioſus ſit effectus.deinde cũ reſipuiſſet:gladio incũbens ſeipſum interfecerit:ſed tandẽ miſeratiõe deorũ in hyacinthũ florem fuit cõmutatus. Conſedere duces.ciuilem iſtituit cõcionem:ĩ qua p̃ncipes ſedent.vulgus aũt cogit̃ ſtare. Clypei ſeptẽplici.ſeptẽ boũ corijs tecti. Aiax telamonis pelei fratris filius achillis patruelis fuit. Que aũt de aiace ſcribit poeta a ſophocle ſumpſiſſe videt̃. Sigeia littora. Sigeũ ⁊ vrbs ⁊ ꝓmõtoriũ eſt troadis:iuxta qđ grecoꝝ claſſis ſubducta erat. Claſſemq; in littore.ſtantẽ ſubaudiamus. Intẽdenſq; manus.ad claſſem intelligendũ eſt.exprimit autẽ geſtũ viri cũ indignatõne locuturi. Agimus proh iupiter. Aiacis ꝑſone decorũ pulchre ſeruat̃:ꝗ fortis quidez ac bellicoſus fuiſſe: ſed eloquẽtia parum valuiſſe tum a grecis tum a latinis fingitur poetis. Quare illi oratio ſimplex attribuit̃ oĩq; artificio carens. nam ⁊ ĩ ꝓhemio ſtatim cũ magna exclamat ĩdignatione.et ſe per totã iactat orõnez ꝗ non eſſe faciẽda rhetores oẽs precipiũt. Verſatur aũt hec oratio ĩ duplici cõiecturali cõſtitutione. Cũ enĩ achillis arma grecoꝝ preſtantiſſimo et virtute ⁊ meritis forẽt tribuẽda:vter hoꝝ ſit p̃ſtantior querit̃ aiax an vlyſſes: cuz vterq; ſe dignũ illis eẽ iactaret. vterq; aũt cõiecturis et ſe meruiſſe:et alteruz non meruiſſe oſtendit. Proh iupiter. exclamatio minime p̃cipio cõueniẽs Ante rates.a ꝗbus ego ſolus hectoris faces repuli:cũ alij greci ĩprimiſq; vlyſſes illius viri ĩpetũ non ſuſtinẽtes eas deſeruerint. Cũ enĩ achilles agamẽnoni iratus ꝓpter briſeida ereptam intra tentoriũ ſe cõtineret neq; pugnare vellet:hector cũ delecta troianorũ iuuẽtute in hoſtiũ claſſem ĩpetũ fecit:quã etiã incendiſſet:niſi aiacis virtute fuiſſet repulſus. Ois igit̃ aiacis indignatio et a loco in quo cauſa agit̃.et ab aduerſario oriri videt̃. Et mecũ confert̃ vlyſſes.et cõiunctio ĩdignationẽ hoc loco ſignificat. Hac a claſſe.manũ ad claſſem intẽdit aiax ſicq; illã grecis oſtendit. Fictis.cõpoſitis. Iſti.cũ magno vlyſſis contẽptu hoc dixit. Quantũq; ego marte feroci. cõtra artis p̃cepta vbiq; et ſe et ſua aiax nõ deſinit iactare. Ois enĩ ſui iactatio:vt Fabius Quintilian⁹ tradit eſt odioſa. Premia magna.arma achillis a vulcano fabricata. Tenuiſſe.obtinuiſſe. in contẽptũ aũt vlyſſez quanĩ ũ põt aiax adducit. Superbũ.glorioſum. Sit licet hoc ĩgens. Quãuis id de quo cõtendit̃ ſit maximũ. Feretur.iactabit̃. Si virtus in me dubitabilis eſſet.nimiũ arroganter hoc eſt dictum. Littora colcha.colchi

Grecoꝝ concio.

## P. Ouidii Naſonis Metamorpho. liber. xiii.

Conſedere duces:et vulgi ſtante corona
Surgit ad os clypei dñs ſeptemplicis aiax.
Vtq; erat inpatiens ire: ſigeia toruo
Littora ꝓſpexit: claſſẽq; in littore vultu:
Intendenſq; manus.agim⁹ proh iupiter inq̃t
Ante rates cauſam.et mecũ confert̃ vlyſſes:
At non hectoreis dubitauit cedere flammis:
Quas ego ſuſtinui.quas hac a claſſe fugaui.
Tutius eſt igitur fictis contendere verbis:
Q̃ pugnare manu.ſed nec mihi dicere prõptũ
Nec facere eſt iſti:quantũq; ego marte feroci
Inq; acie valeo:tantum valet iſte loquendo.
Nec memoranda tñ vobis mea facta pelaſgi
Eſſe reor.vidiſtis enĩ.ſua narret vlyſſes:
Que ſine teſte gerit.quoꝝ nox conſcia ſola ẽ.
Premia magna peti fateor.ſʒ demit honorez
Emulus aiaci.non eſt tenuiſſe ſuperbum:
Sit licet hoc ingens:quicquid ſꝑauit vlyſſes:
Ipſe tulit precium iam nũc certaminis hui⁹.
Qui cum victus erit:mecum certaſſe feretur.
Atq; ego:ſi virtus in me dubitabilis eſſet:
Nobilitate potens eſſem telamone creatus:
Menia qui forti troiana ſub hercule cepit:
Littoraq; intrauit pagaſea colcha carina.
Eacus huic pater eſt:qui iura ſilentibus illic

ca.nam telamon cum Iaſone colchos nauigauit:vt plenius in ſuperiori diximus libro. Ubi eolidē ſiſyphon hoc ad vlyſſis cōtemptū dictū eſt.nam fama erat a ſiſypho latrone iſthmū obſidente anticliā vlyſſis matrē cū ad laerten duceret:fuiſſe cōpreſſam:atq; ex eo cōcubitu vlyſſem ortū. Hec ſeries. hec ſtēmatis diſpoſitio Frater erat. patruelis frater achilles fuit aiacis.nā peleus & telamon fratres fuerūt. Patrueles aūt fratres dicunt:qui e fratribus naſcunt. Quid ſanguine cretus ſiſyphio. Apte nunc aiax originis turpitudinē obijcit vlyſſi. An ꝙ in arma prior. vlyſſes ne ad bellū troianū cū alijs grecie p̄ncipibus ꝓficiſcens vxorē relinquere

Reddit:vbi eolidē ſaxū graue ſiſyphon vrget.
Eacon agnouit ſummus:prolēq; fatetur
Iupiter eſſe ſuam.ſic a ioue tertius aiax.
Nec tñ hec ſeries in cauſam proſit achiui:
Si mihi cum magno non eſt cōmunis achille.
Frater erat.fraterna peto.quid ſanguīe cret⁹
Siſyphio:furtiſq; et fraude ſimillimus illi
Inſeris eacidis aliene nomina gentis:
An ꝙ in arma prior:nulloq; ſub indice veni:
Arma neganda mihi:potiorq; videbitur illis
Ultima qui cepit:detrectauitq; furore
Militiam ficto:donec ſollertior iſto
Et ſibi inutilior timidi commenta retexit
Naupliades animi:vitataq; traxit ad arma:
Optima nunc ſumat:qui ſumere noluit illa.
Nos inhonorati et donis patruelibus orbi:
Obtulimus qꝛ nos ad prima pericula:ſimus.
Atq; vtinā aut verus furor ille:aut credit⁹ eēt:
Nec comes hic phrygias vnq̄ veniſſꝫ ad arces
Hortator ſcelerū.non te peantia proles
Expoſitū lemnos noſtro cū crimine haberet:
Qui nūc:vt memorāt:ſilueſtrib⁹ abdit⁹ antris
Saxa moues gemitu:laertiadeq; precaris
Que meruit:que ſi dii ſunt:nō vana preceris.
Et nunc ille eadem nobis iuratus in arma:
Heu pars vna ducū:quo ſucceſſore ſagitte
Herculis vtuntur:fractus morboq; fameq;
Uenatꝫq; aliturq; auibus:volucreſq; petendo
Debita troianis exercet ſpicula fatis.
Ille tamen viuit:qꝛ non comitatur vlyſſem.
Uellet et infelix palamedes eſſe relictus.
Uiueret:aut certe letuꝫ ſine crimine haberet.
Queꝫ male conuicti nimiū memor iſte furoris

cogeret:ſe iſanire ſimulauit. Palamedes vero prudētia valde pollēs ad hoc ſpeculandū miſſus illi aranti ſaleq; ſeminanti filiū puulū obiecit:quē vlyſſes aratro ſublato nihil offendit. Inuitus itaq; ad bellū ductus palamedē ficta ꝓditione tandem oppreſſit. Nullo ſub indice.nullo indicante. Ultima q cepit.vltimus per hypallagen:vt intelligat qui vltimus cepit arma. Detrectauit.vitauit. Sollertior.prudentior. Et ſibi inutilior.nā palamedes i ſe vlyſſeꝫ cōcitauit:cuius arte tandē vt ꝓditor a cūcto grecorū exercitu fuit interfectus Nam vlyſſes litteras finxit a p̄amo ad palameden datas:qb⁹ ſignificare videbat p̄am⁹ ſe magnū auri pōd⁹ miſiſſe aliudq; miſſur. Cū vero lr̄e ad agamēnonem fuiſſent plate principeſq; oēs (p̄ter palamedē) ↄueniſſent: virq; illd ſcelus in palamedē cadere poſſe cūcti videret:vlyſſes nihil temere de tāto viro credendū dixit:niſi aurū:qd ille iaꝫ ꝑ ſeruos corruptos in illi⁹ tentorio defodiēdū curauerat:deprehēderet. Qui igitur miſſi ad hoc inquirendū fuerāt cū renūciaſſent iuentū:lapidibus palamedes a toto exercitu de q optime meritus erat:obrutus eſt. Naupliades. palamedes nauplij fili⁹. Naupli⁹ aūt neptuni & amymones nymphe filius i euboea regnauit. Optima nūc ſumat. ironia idignatiōis plena:q aiax ſignificat Ulyſſem nulla rōne armis achillis eſſe dignū.ſe aūt eē digniſſimū. Furor ille.inſania illa vlyſſis. Hortator ſcelerū.hactenus in contēptū.nūc in odiū aiax vlyſſem adducit. Non te peantia proles. Cū oraculum accepiſſent greci troiam ſine herculis ſagittis capi non poſſe:vlyſſes miſſus ad philoctetē peantis filiū:cui moriens hercules arcuꝫ ſagittaſq; reliquit inueniendū:troiāq; adducendū:cū forte inter nauigāduꝫ ſagitta hydre veneno tincta e pharetra cadens philoctete pedem vulneraſſet: eum in lemno nullo adhibito vulneri remedio reliquit. Lemnos inſula eſt vna ex cycladibus vulcano dicata:que duo oppida habet pheſtiam et myrinam in cuius forū ſolſtitio Athos eiaculatur vmbram:vt plinius ſcribit. Qui nunc vt memorant. Oratorie miſerias philoctete amplificat aiax:vt maius in odium vlyſſem adducat. Troianis fatis.troiano excidio. Sine crimine.proditionis Conuicti furoris.deprehēſi.detecti. Nimiū male memor.illa nāq; memoria palamedes optime de grecoruꝫ exercitu meritus:fuit interfectus.

Prefoderat. ante defoderat in tẽtorio palamedis p̄ ſeruos corruptos: vt diximus. Ergo aut exilio. reliquẽs philocteten in lẽno tanq̄ exulem. Aut nece. inducens exercitũ ad lapidandũ palamedẽ. Deſertũ vt neſtora. vt in octauo Iliados narrat homerus: cũ neſtor vna cũ aliis grecis fulmine iouis territis fugere non poſſet q̄ vnus ex ipſius equis foret ab alexandro catapulta vulneratus: facile fuiſſet ab hectore opp̄ſſus: niſi re cognita diomedes et clara voce: vlyſſem ĩclamaſſet ad opem ſeni ferendam: et nihilominus illo fugiẽte ſolus ipſe neſtorem ab ĩpetu hectoris ꝓtexiſſet ac in ſuũ currũ recepiſſet. Proditus a ſocio eſt. ab vlyſſe fuit derelictus. qui aũt ſocios in pugna derelinquũt: vt proditores habent̄. Trepido. timido. Alludit aũt ad verba q̄ diomedi attribuit Home. Quo fugis inquit vlyſſes laerte fili? Cur terga vertis? Cur cõmittis vt tanq̄ ĩbellis ac timidus a tergo vulnereris? Mane hic mecũ. mane dũ a ſene amico trucẽ hectorem arceam⁹. Mortalia. res mortaliũ hec aũt ſententia eo pertinet: vt q̄ ferre opem noluit: ea indigere cogatur. En eget auxilio qui nõ tulit. hoc deundecimo Iliados libro ſumptũ eſt. naz vt ibi ſcribit Homerus cũ vlyſſes ſocum hipaſi filiũ interfeciſſet: troianorũ turba in illũ ſic impetũ fecit: vt et ſe retro ferre: et ſuorũ auxiliũ implorare ſit coactus: cũ iam ſoci haſta fuiſſet vulneratus. Aiax igit̄ a menelao admonit⁹ ſcuto illũ accurrens a vi hoſtiũ intrepide protexit. Vulnuſq̄ tuũ. nã latus illius haſta traiecerat ſocus. Hector adeſt. aduenit. Deos. deorũ ĩprimiſq̄ Iouis auxiliũ. nã vt ſcribit homerus: ſe iouis filiũ eſſe iactabat hector. Nõ tu tantũ. emphaſis eſt. intelligit̄ enĩ q̄d non exprimit̄. Non tantũ tu: qui es oĩm timidiſſimus terreris impetu hectoris. ſed etiã fortes. eſt aũt apoſtrophe contemptus plena. Tantũ trahit ille timoris. acclamatio eſt. Ingenti põdere. maximo ſaxo. nã vt in. xiiij. iliados volumĩe legit̄: cũ hector haſtã in aiacez ieciſſet neq̄ vulneraſſet: aiax ipſe ſublato maximo ſaxo pectus illi⁹ ita ꝑcuſſit: vt cũ ingenti armorũ ſtrepitu in terrã caderet. Hunc ego poſcentẽ. ꝓuocantem. id aũt ex. vii. iliados libro eſt notũ. ibi nãq̄ ſcribit̄ hector heleni vatis exhortatione grecos oẽs ad ſingulare certamen prouocaſſe: ac cũ hi nouem grecorum fortiſſimi agamẽnon. Diomedes. duo aiaces. Idomeneus. Meriones. Eurypylus euemenonis fili⁹. Thoas andremonides. vlyſſes neſtoris exhortatione ĩter ſe forẽt ſortiti q̄s ipoꝝ cũ hectore pugnare deberet. aiax ſorte ſe hectori obiecit. q̄ cũ aduẽiente nocte e pugna equali cũ honore diſcederent: ſe ĩuicez munerib⁹ ſunt ꝓſecuti. nã hector aiaci gladiũ. cõtra aiax hectori baltheũ dono dedit. Sortẽq̄ meã vouiſtis achiui. Hoc q̄z ab homero ſumptũ eſſe videt̄: q̄ ſcribit achiuos ſublatis ĩ altũ oculis manibuſq̄ his precibus ad iouem vſos fuiſſe. Iupiter pater da vt aut aiacis telamonij aut aiacis oilei aut agamẽnonis ſorti ſit locus atq̄ ita euenit: vt aiacis id quod maxime optabant: ſors proferret. Vouiſtis. .ĝ. voto optaſtis. tametſi nouiſtis fere legat̄. Et veſtre valuere p̄ces. nã vt optauerant: ſors aiacis prima ꝓlata eſt:

Prodere rem danaũ finxit. fictũq̄ probauit  
Crimen: et oſtendit quod iam p̄foderat aurũ.  
Ergo aut exilio vires ſubduxit achiuis:  
Aut nece. ſic pugnat. ſic eſt metuẽdus vlyſſes:  
Qui licet eloquio fidũ quoq̄ neſtora vincat:  
Haud tñ efficiet: deſertũ vt neſtora crimen  
Eſſe rear nullum: qui cũ imploraret vlyſſem:  
Vulnere tardus equi: feſſuſq̄ ſenilibus annis:  
Prodit⁹ a ſocio eſt. non hec mihi crimĩa fingi  
Scit bene tytides: qui nomĩe ſepe vocatum  
Corripuit: trepidoq̄ fugã exprobrauit amico.  
Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis.  
En eget auxilio: qui non tulit: vtq̄ reliquit:  
Sic linquendus erat. legẽ ſibi dixerat ipſe.  
Cõclamat ſocios. adſuz: videoq̄ trementem:  
Pallentẽq̄ metu: et trepidantẽ morte futura.  
Oppoſui molem clypei: texiq̄ iacentem:  
Seruauiq̄ animã. nimiũ eſt hoc laudis inertẽ  
Si perſtas certare: locũ redeamus ad illum.  
Redde hoſtes: vulnuſq̄ tuũ: ſolitũq̄z timorẽ:  
Poſt clypeũq̄z late: ⁊ mecũ cõtende ſub illo.  
At poſtq̄ eripui: cui ſtandi vulnera vires  
Non dederant: nullo tardatus vulnere fugit.  
Hector adeſt: ſecũq̄z deos in prelia ducit:  
Quaq̄z ruit: non tu tantum terreris vlyſſe:  
Sed fortes etiã. tantum trahit ille timoris.  
Hunc ego ſanguinee ſucceſſu cedis ouantem  
Eminus ingenti reſupinũ pondere fudi.  
Hunc ego poſcentẽ cũ quo cõcurreret: vnus  
Suſtinui: ſortẽq̄z meam vouiſtis achiui:  
Et veſtre valuere preces. ſi queritis huius  
Fortunam pugne: non ſum ſuperatus ab illo.

vt cum hectore pugnaret. Non ſum ſuꝑatus ab illo. pari nanqꝫ gloria vterqꝫ ex ea pugna receſſit. Ecce ferunt troes. hoc quoqꝫ in. xv. iliados deſcribit home. Iouēqꝫ. auxiliū iouis hectori fauentis. Nempe ego. ſolus aiax alijs grecorū ducibus perterritis claſſē ab ignibꝰ hoſtiū ꝓtexiſſe ab homero quoqꝫ ſcribit. Quod ſi vera licet. arrogāter nimiū contra artis oratorie precepta hec quoqꝫ dicunt. Conferat his itachus rheſū his geſtis meis cōparet vlyſſes: quē cū quodā contēptu ithacū aiax appellat. Rheſus aūt rex fuit thracie q̇ vt ſcribit home. cum in auxiliū troianorū cū candidiſſimis equis veniſſet: a diomede et vlyſſe ea ipſa nocte qua ad troiā peruenerat fuit interēptꝰ Imbellēqꝫ dolona. dolō (vt idē ſcribit homerus) eumedis preconis filius cū ſpeculator ad caſtra grecorū ab hectore miſſus eēt: a diomede ſimul ⁊ vlyſſe captus fuit et iterfectus. Priamidēqꝫ helenū. helenus priami fuit filius qui a diomede et vlyſſe captꝰ fata troianorū arcana grecis reuelauit. Rapta cū pallade. cū palladio: qđ vlyſſes vna cū diomede rapuit. Quo tn̄ hec ithacho. arma achillis incōmodo potius q̄ꝫ cōmodo vlyſſi futura oſtēdit aiax. Quo ad quid. ad quē finē. petunt aūt verbū eſt ſubaudiendū. Et furtis. dolis fraudibus inſidijs. Dulichius ver. vlyſſis caput. nā dulichiū inſula eſt ithace vicina. nec nō oneroſa. ordo eſt et ſenſus et pelias haſta nō pōt nō eſſe oneroſa ⁊ grauis ībellibus lacertis. Nec clypeus vaſti. ī clypeo achillis: vt ſcribit home. q̄ttuor elementa ſculpta videbant. Qđ tibi ſi populi. hoc q̄qꝫ cōtra artis precepta ab aiace dictū eſt. neqꝫ enim error iudicibus fuit obijciendus. Trahenti. proprie dixit. illa eniꝫ trahimus que geſtare nō poſſumus. Viri fortis. achillis. Vulgiqꝫ ſecutū vltima murmur erat. nam populus murmure ſuo aiacis dicta approbare eſt viſus. Aſtitit. ſurrexit. Atqꝫ oculos paulū tellure moratos. imitatur homerū Ouidius qui vlyſſem ſtetiſſe oculis in terrā defixis: imotoqꝫ ſceptro priuſq̄ꝫ illam eloquētie procellā effunderet ſcribit. Si mea cum veſtris. artificioſiſſima vlyſſi attribuit oratio: vt ꝑſone decorum ſeruetur. nā vlyſſes cū ab alijs tū ab homero inter eloquentiſſimos numerat: quare et affectus ſtatim in exordio mouet: et ſua ſine vlla arrogantia amplificat: et ab aduerſario obiecta ita refellit vt illū in maximū adducat contēptuꝫ ac deniqꝫ principibus ꝑſuadeat: ſe arma achillis q̄ꝫ aiax magꝭ meruiſſe. Principium autem a beniuolentia ſumptū eſt. ſe enim cū alijs grecis ſemper optaſſe ait ſalutem achillis: per quod ſignificat ſe vehemēter illius morte dolere q̇ grecis oibus gratiſſimus fuiſſet

Ecce ferunt troes ferrumqꝫ igneſqꝫ iouemqꝫ
In danaas claſſes. vbi tūc facundus vlyſſes:
Nēpe ego mille meo protexi pectore puppes
Spem veſtri reditus. date ꝓ tot naubꝰ arma.
Quod ſi vera licet mihi dicere: queritur iſtis
Quā mihi maior honos: ꝯiūctaqꝫ glīa nr̄a eſt.
Atqꝫ aiax armis. non aiaci arma petuntur.
Conferat his ithacus rheſuꝫ ībellēqꝫ dolona:
Priamidēqꝫ helenū rapta cū pallade captuꝫ.
Luce nihil geſtū eſt. nihil ē diomede remoto.
Si ſemel iſta datis meritis tam vilibus arma:
Diuidite: et pars ſit maior diomedis in illis.
Quo tn̄ hec ithaco: q̇ clam. q̇ ſemper inermis
Rem gerit: et furtis incautū decipit hoſtem:
Ipſe nitor galee claro radiantis ab auro
Inſidias prodet: manifeſtabitqꝫ latentem.
Sed neqꝫ dulichiꝰ ſub achillis caſſide vertex
Pondera tanta feret. nec nō oneroſa grauiſqꝫ
Pelias haſta poteſt imbellibus eſſe lacertis:
Nec clypeus vaſti celatus imagine mundi
Conueniet timide nateqꝫ ad furta ſiniſtre.
Debilitaturum quid te petis improbe munꝰ:
Quod tibi ſi populi donauerit error achiui:
Cur ſpolieris erit: non cur metuaris ab hoſte.
Et fuga qua ſola cunctos timidiſſime vincis:
Tarda futura tibi eſt geſtamina tāta trahēti.
Adde ꝙ iſte tuus tam raro prelia paſſus
Integer eſt clypeus. noſtro qui tela ferendo
Mille patet plagis: nouꝰ eſt ſucceſſor habēdꝰ.
Deniqꝫ q̄d verbis opus ē: ſpectemur agendo.
Arma viri fortis medios mittantur in hoſtes.
Inde iubete peti: ⁊ referentem ornate relatis.
Finierat telamone ſatus: vulgiqꝫ ſecutum
Ultima murmur erat: donec laertius heros
Aſtitit: atqꝫ oculos paulum tellure moratos
Suſtulit ad proceres: expectatoqꝫ reſoluit
Ora ſono: neqꝫ abeſt facundis gratia dictis.
Si mea cum veſtris valuiſſent vota pelaſgi:

Vlyſſis oratio.

t

Tuqꝫ tuis armis. potireris ac poſſideres: hac autē apoſtrophe ad achillem aios auditoꝝ ad fletū inclinat
Manuqꝫ ſimul. hec ex poete ꝑſona dicunt. ex arte aūt finxit ſe flere vlixes: quo facilius perſuaderet ſe moꝛ
te achillis graui doloꝛe fuiſſe affectū. Quā ꝑ quē magnus danais. hoc eſt ꝗ̄ is cuius opa achilles ad bellū
troianū deductus eſt. is aūt vlyſſes fuit. nā vt ipſe paulopoſt narrat: cū thetis mater achillis cognoſceret fi
liū in bello troiano periturū: illū virginis habitu oꝛnatū lycomedi ſcyri inſule regi vna cū filiabꝰ ipſius edu
candū cōmēdauit: vt tantiſper apud eū in virgineo habitu lateret: dū troia foꝛet deleta. cū vero ſine achille
troia capi non poſſet. nec vſꝗ̄ inueni-
retur: vlyſſes id quod erat ſuſpicatus
mercibus quibus femine capiunt gla
diū ſcutūqꝫ et galeam imiſcēs ad lyco
medē ſe cōtulit: vbi mercibus illis ex-
poſitis achilles gladiū ac ſcutum alia
negligens tractare cepit: ex quo cogni
tus achilles ad bellū troianum fuit de
ductꝰ. Huic mō ne ꝓſit. aduerſariū vt
ebetē ac ingenio tardū, oīqꝫ facūdia ca
rentē in contēptū adducit. Si qua eſt.
ex arte ſuam eloquentiā extenuat vlyſ
ſes: ne in ſe inuidiā odiumqꝫ auditoꝝ
trāſferat. Inuidia careat. nam aiax in
inuidiā vlyſſis eloquētiā adducere co
natus eſt: cum dixit. tutius eſſe fictis
verbis contendere ꝗ̄ manu pugnare.
Bona ſua. pꝛopꝛia vel natura data: vel
induſtria ꝯparata. Sed enim quia ret
tulit aiax eſſe iouis ꝓnepos. figurata
et poetica eſt hec locutio. in ſoluta nā-
ꝗ̄ oꝛatione accuſatiuo vteremur dice
remuſqꝫ aiax rettulit ſe eſſe iouis pꝛo-
nepotē. Acriſius illi. duo fuerunt no-
biles acriſij et hic iouis filius ac vlyſſis
auus et alter abantis argiuoꝝ regis fi
lius ac danaes pater. Neqꝫ in his quiſ
ꝗ̄ damnatus et exul. peleū achillis pa
trē notat vlyſſes qui phoco fratre iter
fecto ab eaco patre in exiliū fuit expul
ſus. Eſt quoqꝫ per matrē. anticlia ma
ter vlyſſis filia fuit pꝛimi ſinonis mer-
curij filij. Phthiam ſcyronqꝫ ferantur
phthiam ad peleū. ſcyron ad pirrhum
achillis filiū ex deianira lycomedis fi-
lia. Ergo operum quoniam. quoniam
inq̇t queſtio eſt ſola vter noſtrum plu
ribus ac maioꝛibus meritis grecoꝝ
exercituꝫ affecerit: nō omnia que geſſi
referre poſſum. Preſcia venturi. hinc
incipit merita ſua cōmemoꝛare ſine vl
la arrogantia vlyſſes. Genitrix nereia
thetis nerei filia materqꝫ achillis. Diſ
ſimulat cultu natum. hoc eſt habitu ſi-
mulat achillem non eſſe puerum ſed
puellam. In quibꝰ. inter quos. Arma
gladiū. haſtam: parmam. Pꝛoiecerat
depoſuerat.

Non foꝛet ambiguus tanti certaminis heres.
Tuqꝫ tuis armis: nos te potiremur achille.
Quē quoniā nō equa mihi vobiſqꝫ negarunt
Fata (manuqꝫ ſimul veluti lachꝛymātia terſit
Lumina) quis magno melius ſucceſſit achilli:
Quā per quē magnꝰ danais ſucceſſit achilles:
Huic mō ne ꝓſit: qd̄ vt eſt habes eſſe videtur:
Neue mihi noceat: quod vobis ſemper achiui
Pꝛofuit ingeniū: meaqꝫ hec facūdia: ſi q̄ eſt:
Que nunc pꝛo dn̄o. pꝛo vobis ſepe locuta eſt:
Inuidia careat. bona nec ſua quiſqꝫ recuſet.
Nam genus et pꝛoauos et q̄ non fecimus ipſi:
Vix ea noſtra voco: ſed enī quia rettulit aiax
Eſſe iouis ꝓnepos: nr̄i quoqꝫ ſanguis auctoꝛ
Iupiter eſt: totidemqꝫ gradus diſtamꝰ ab illo.
Nam mihi laertes pater eſt. acriſius illi.
Iupiter huic. neqꝫ in his quiſqꝫ dānatꝰ et exul.
Eſt quoqꝫ per matrē cyllenius addita nobis
Altera nobilitas. deus eſt in vtroqꝫ parente.
Sed neqꝫ materno ꝙ ſum generoſioꝛ oꝛtu:
Nec mihi ꝙ pater eſt fraterni ſanguinis īſons
Pꝛopoſita arma peto. meritis expēdite cām.
Dūmodo ꝙ fratres telamon peleuſqꝫ fuerūt.
Aiacis meritum non ſit. nec ſanguinis oꝛdo:
Sed virtutis honoꝛ ſpoliis queratur in iſtis.
Aut ſi pꝛomixitas pꝛimuſqꝫ requiritur heres:
Eſt genitoꝛ peleus. eſt pyrrhus filius illi.
Quis locus aiaci: phthiam hec ſcyrōqꝫ ferāt.
Nec minus eſt iſto teucer patruelis achilli.
Non petit ille tamē. num ſi petat auferat illa:
Ergo operū quoniā nudū certamen habetur:
Plura quidē feciqꝫ: que compꝛendere dictis
In pꝛōptu mihi ſit. rerum tamē oꝛdine ducar.
Pꝛeſcia venturi genitrix nereia leti
Diſſimulat cultu natum: ⁊ deceperat omnes:
In quibus aiacem: ſumpte fallacia veſtis.
Arma ego femineis animum motura virilem
Mercibus īſerui. neqꝫ adhuc ꝓiecerat heros

Ad fortia.ſubaudiamus gerenda. Ergo opera illius mea ſunt. colligit vlyſſes omnia quecūqꝫ geſſit achilles ſibi eſſe aſcribēda:cū illum latitantē deprehenderit ad bellūqꝫ troianū adduxerit: a cauſa enī effectus ſeparari non poteſt.Ego telephon haſta.telephus herculis filius ex auge nympha rex fuit lycie q̄ cū reſiſteret grecis ab achille in femore fuit ꝑcuſſus:ac deide iterato vulnere:vt in ſuꝑioribus diximus:ſanatus. Ao thebe cecidere meū eſt.de thebis cilicie patria andromaches intelligendū eſt.nā eas diripuit achilles.Me credite leſ bon.leſbos inſula eſt clara alcei carmībus et ſapphus. Cryſēqꝫ et cillā.chryſe vrbs eſt troadis ꝓ

Virgineos habitus:cū parmā haſtāqꝫ tenenti
Nate dea:dixi:tibi ſe peritura reſeruant
Pergama.q̄d dubitas īgentē euertere troiā:
Iniecique manum:fortēqꝫ ad fortia miſi.
Ergo opera illiꝰ mea ſūt.ego telephon haſta
Pugnantē domui.victum orantemqꝫ refeci.
Qo thebe cecidere meū eſt.me credite leſbon
Me tenedon chryſenqꝫ ⁊ cillā apollinis vrbes
Et ſyrum cepiſſe.mea concuſſa putate
Procubuiſſe ſolo lyrneſia menia dextra.
Utqꝫ alios taceam:qui ſeuum perdere poſſet
Hectora nempe dedi.ꝑ me iacet iclytꝰ hector.
Illis hec armis:quibus eſt inuentus achilles:
Arma peto. viuo dederam.poſt fata repoſco.
Ut dolor vnius danaos peruenit ad omnes:
Aulidaqꝫ euboicam complerūt mille carine:
Expectata diu nulla aut contraria claſſi
Flamīa ſunt:dureqꝫ iubēt agamēnona ſortes
Immeritam ſeue natam mactare diane.
Denegat hoc genitor:diuiſqꝫ iraſcitur ipſis.
Atqꝫ in rege tamen pater eſt.ego mite parētis
Ingenium verbis ad publica cōmoda verti.
Nunc equidē fateor:faſſoqꝫ ignoſcat atrides:
Difficilem tenui ſub iniquo iudice cauſam.
Hunc tamen vtilitas populi fraterqꝫ datiqꝫ
Sūma mouꝫ ſceptri:laudē vt cū ſāguīe pēſet.
Mittor ⁊ ad matrē:que nō hortanda ſed aſtu
Decipienda fuit:quo ſi telamonius iſſet:
Orba ſuis eſſent etiam nunc lintea ventis.
Mittor et iliacas audax orator ad arces
Viſaqꝫ et intrata eſt alte mihi curia troie:
Plenaqꝫ adhuc erat illa viris. interritus egi:
Quā mihi mādarat cōmunis grecia cauſam.

pe lēnū apollini ſacrata quā expugnauit achilles cū ꝓ troianis ſentiret. ſūt tn̄ et alie vrbes hoc noie et loca.eſt enī vrbs in helleſpōto iter ophrynīū ⁊ abidū. eſt etiā ꝓmōtoriū leſbi in tenedū vergēs.eſt et bithynie vrbs ⁊ carie.cilla q̄qꝫ vrbs eſt troadis apollini ſacra a grecis direpta. Et ſyruꝫ. ſyros abſqꝫ c inſula eſt ionie cū vrbe eiuſdē noīs. nā ſcyros ꝑ c.patria ē lycomedis. Tam ⁊ ſi ſeſton forſitā nō inepte legeret.eſt eī ſeſtus vrbs helleſponti notiſſima.Lyrneſia menia.Lyrneſus vrbs fuit troadis vn̄ briſeida rapuit achilles. Seuū hectora.magnū.terribilē.illū enī ex arte laudat vlixes: vt idē maior achillis qui eum ſuꝑauit gloria cognoſcat.Viuo dederā arma.cū ea mercibꝰ inſerui tūc enī ꝑmū arma tractare cepit achilles.hic aūt eſt epylogus primi meriti vlyſſis quo achillē ī bellū miſit. Poſt fata.poſt mortē.Ut dolor vnius.ſecūdum exponit meritū vlyſſes quo probat ſe armis achillis digniorem eſſe q̄ꝫ aiax.nā cū mille grecorū naues ad aulida cōueniſſent inde tēpeſtatibus ipediti ſoluere non poterant. quare cōſulti vates reſpōderūt dianā ſanguīe filie agamēnonis eſſe placādā.nā agamēnon illius ceruā imprudēs necarat.cū vero pat̄ filiā īmolari nollet vi eloquētie vlyſſis expugnatus eſt: vt publicā vtilitatem ꝑuate anteponeret caritati. miſſus quoqꝫ ad clytemneſtrā nō minore arte ab ea filiā abduxit.que niſi ꝑfeciſſet vlyſſes claſſis grecorū nunq̄ꝫ ab aulide ꝓfecta fuiſſet.Ut dolor vnius.poſtq̄ꝫ dolor vnius menelai quē ex helena vxore ſibi ablata capiebat omnes grecos cōmouit. Aulidaqꝫ euboicam.aulis beotie vrbs eſt iuxta chalcidem portum habens ampliſſimum cōuentu mille nauiū grecoꝝ nobiliſſima Atqꝫ in rege tamē pater ē.paterna caritas.Tenui.obtinui.Difficilē cauſaꝫ. propter iniquum iudicem. nā agamēnon magis priuata caritate q̄ꝫ publica vtilitate moueri videbat̄.Sūma.poteſtas.Laudē vt cū ſanguīe penſet.gloriā.hec aūt oīa ab vlyſſe fuerūt agamēnoni cōmemorata:publica vtilitas:menelaus frater:ac ſumma poteſtas illi data. Mittor et iliacas. vlyſſes vt homerus quoqꝫ ſcribit:vna cū menelao ad helenā repetendā orator ad priamū miſſus eſt. Et intrata eſt.participiū contra grāmatices rationem poetica licentia formatū. Plenaqꝫ adhuc erat illa viris.ſignificat ſe non noctu ſed interdiu cum adhuc curia viris eſſet plena ſe intrepide regem priamum adiiſſe.

Predamq;. predā appellat que vna cum helena aſportauerat paris. Priamoq; antenora iunctum. nā ante nor ſemper cēſuit helenā menelao eſſe reddendā. Sub illo. in illo tp̄e. Spacioſi belli. diuturni ac longi ⁊ in decimum vſq; annum protracti. Poſt acies primas. poſt prima prelia. Demum. ſolū. Quis tuus vſus erat que tua grecis vtilitas erat? Ecce iouis monitu. aliud cōmemorat in grecos meritū vlyſſes. nam vt Home. in ſecūdo iliados narrat: iupiter p̄ ſomnū agamēnonē admonuit vt toto exercitu cum troianis cōfligeret. futurum enim vt victoriā adipiſceretur. agamēnō vero vt ſuorum animos temptaret cōuocatis ad contionez grecis finxit ſe in ſomnis a ioue admonitum vt greciā cū toto exercitu repeteret. troiā eni nulla ratione capi poſſe quare cum omnes deducerent naues: vt redirent in patriā vlyſſes id diſſuadere pricipibus cepit: tantūq; eloquētia valuit vt oēs mutare ſententiā coegerit. Auctore. iouis auctoritate. Non ſinat hoc aiax. pl'chra ironia qua ſignificat vlixes aiacem nulla preditum eloquentia illud prohibere non potuiſſe Det. edat. dicat aliquid. proponat aliquod conſilium quod turba ſequatur. Non erat hoc nimiū: aiaci inquit magna ſemper iactāti hoc nimiū nō erat Quid quod ⁊ ipſe fugit? fugere voluit Inhoneſta vela. inhoneſte ac turpiter nomē enim pro aduerbio poſitum eſt. vela autem legendū eſt: non bella vt fere in exēplaribus eſt depravatū. Quid facitis. hec ex ea oratione ſumpta ſunt quā homer⁹ artificioſiſſimā vlyſſi attribuit. Cōcitat dimittere. vt dimittatis in ſoluta oratione diceret. Captā troiam. nō que revera capta eſſet. ſed que in eo erat vt facile capi poſſet. nā apd̄ homerū colligit vlyſſes futurum eſſe: vt troia decimo anno quo volebant recedere omnino capiatur. In que. ad q̄ Dolor ipſe deſertum. ex arte eloquentiam ſuam vlyſſes in dolorē refert: quo arrogantiā vitet: et magis ſibi grecos cōciliet: quorum dedecore ſe maximo affectuz fuiſſe dolore ait. Profuga de claſſe. ad fugiendum parata. Conuocat atrides. agamēnon. hoc quoq; de homero eſt ſumptū. Telamoniades. aiax telamonis filius. Inceſſere. prouocare. Dictis. conuitijs. vt in ſecūdo iliados libro patet. Terſites quo nemo deformior. nemo lingua p̄teruior in grecorum exercitu fuiſſe ab Homero ſcribitur cum agamēnonem quoq; cōuitijs iceſſiſſet ab vlyſſe ſceptro grauiter fuit percuſſus. Refundo. in animos eorū remitto. Reparo. reſtituo. Quis in quibuſdam exemplaribus repoſco legatur. Tempore ab hoc. eleganter colligit vlyſſes: quecunq; aiax fortiter fecit: poſteaq; eum cum alijs a fuga reuocauit: ſibi eſſe aſcribenda.

Accuſoq; parin: predāq; helenamq; repoſco:
Et moueo priamū: priamoq; antenora iūctū.
At paris et fratres et qui rapuere ſub illo
Vix tenuere man⁹ (ſcis hec menelae) nefādas
Primaq; lux noſtri tecū fuit illa pericli.
Longa referre mora eſt: que cōſilioq; manuq;
Vtiliter feci ſpacioſi tempore belli.
Poſt acies primas vrbis ſe menibus hoſtes
Continuere diu: nec aperti copia martis
Vlla fuit. decimo demum pugnauimus anno.
Quid facis interea: qui nihil niſi prelia noſti?
Quis tuus vſus erat? nam ſi mea facta req̄ris
Hoſtibus inſidior. foſſas munimie cingo.
Conſolor ſocios: vt longi tedia belli
Mente ferāt placida. doceo quo ſimus alēdi
Armandiq; modo. mittor quo poſtulat vſus.
Ecce iouis monitu deceptus imagine ſomni
Rex iubet incepti curam dimittere belli.
Ille poteſt auctore ſuam defendere vocem.
Non ſinat hoc aiax: delendaq; p̄gama poſcat.
Quodq; pōt pugnet. cur nō remorat̄ ituros?
Cur nō arma capit? det qd̄ vaga turba ſequat̄
Non erat hoc nimiū nūq; niſi magna loquēti.
Quid? q; et ipſe fugit? vidi: puduitq; videre.
Cum tu terga dares: īhoneſta q; vela parares.
Nec mora. quid facitis? que vos demētia dixi
Concitat o ſocii captam dimittere troiam?
Quidve domū fertis decimo niſi dedec⁹ āno.
Talibus atq; aliis: inqz dolor ipſe diſertum
Fecerat: auerſos profuga de claſſe reduxi.
Conuocat atrides ſocios terrore pauentes.
Nec telamoniades etiam nunc hiſcere quicq̄
Audet: et auſus erat reges inceſſere dictis
Terſites etiā: per me haud impune p̄teruus
Erigor: et trepidos ciues exhortor in hoſtes:
Amiſſamqz mea virtutem voce refundo.
Tempore ab hoc quodcūqz pōt feciſſe videri
Fortiter iſte: meum eſt: qui dātē terga retraxi.

Deniq; de danais quis te laudatve petitve:
At ſua tydides mecum cōmunicat acta.
Me probat: et ſocio ſemper confidit vlyſſe.
Eſt aliquid de tot graiorum milibus vnum
A diomede legi. nec me ſors ire iubebat.
Sed tamen et ſpreto noctiſq; hoſtiſq; periclo
Auſum eadē: q̄ nos: phrygia de gente dolona
Interimo: non ante tamen q̄ cuncta coegi
Prodere: et edidici quid ꝑfida troia pararet
Omnia cognorā: nec quid ſpecularer habebā:
Et iam promiſſa poteram cum laude reuerti.
Haud contentus eo petii tentoria rheſi:
Inq; ſuis ipſum caſtris comiteſq; peremi:
Atq; ita captiuo victor votiſq; potitus
Ingredior curru letos imitante triumphos.
Cuiꝰ equos ꝑciū ꝓ nocte popoſcerat hoſtis:
Arma negate mihi: fueritq; benignior aiax.
Quid lycii referam ſarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo: cum multo ſanguine fudi
Ceranon iphitiden alaſtoraq; chromiumq;
Alcandrūq; haliumq; memona prytaninq;:
Exitioq; dedi cum pheridamante thoona
Et charopē: fatiſq; imitibus ennomon actū:
Quiq; minꝰ celebres noſtra ſub menibꝰ vrbis
Procubuere manu. ſūt et mihi vulnera ciues
Ipſo pulchra loco: nec vanis credite verbis.
Aſpicite en (veſtēq; manu diduxit) ⁊ hec ſunt
Pectora ſemper ait veſtris exercita rebus.
At nihil impendit per tot telamonius annos
Sanguinis ī ſocios: et hȝ ſine vulnere corpꝰ.
Quid tamē hoc refert: ſi ſe pro claſſe pelaſga
Arma tuliſſe refert contra troaſq; iouemq;:
Confiteorq; tulit. neq; enī benefacta maligne
Detractare meū eſt. modo ne cōmunia ſolus
Occupet: atq; aliquē vobꝫ quoq; r̄ddat honorē
Repulit actorides ſub imagine tutus achillis

Eſt aliquid. modeſte loquit̄ vlyſſes. innuit aūt pulchꝝū ac glorioſum eſſe a preſtanti viro ſocium eligi. nam diomedes vnū ex oībus grecorū optimatibus vlyſſem ſociū delegit ad ſpeculandū troianorū caſtra iturus vt apte in decimo ſcribit home. Nec me ſors ire iubebat. ſignificat ſe ſponte ſociū diomedi iuiſſe ad ſpeculandū quid hoſtes in caſtris agerent. qua nocte et dolonē q̄ et ipſe ad grecorū caſtra ſpeculator veniebat interemerunt: et rheſū thracie regē qui auxiliū troianis tulerat: vna cū comitibus interfecerunt. ac equos candidos in ſua caſtra priuſq; q̄cq; pabulorū troie guſtarēt abduxerūt: vt ex homerico virgilianoq; carmie notiſſimū eſt. Auſum eademq; nos. nā ⁊ iſpe ſpeculator ad caſtra grecoꝝ fuerat miſſus. Perfida troia. ꝑfidi troiani. ē enim metonymia. nā cōtinens pro cōtento poſitū eſt. Specularer. explorarem. īquirerē. Cuius equos preciū. dolon noctu ad ſpeculādū q̄d hoſtes agerēt miſſus: equos achillis ſibi pro mercede dari ſi troiani vicerēt depopoſcit. eſt aūt ordo. arma mihi eius viri negate: cuius equos hoſtis dolon ꝓ nocturna ſpeculatione popoſcerat. illa vero ironia vlyſſes arma achillis ⁊ aiaci negāda et ſibi adiudicāda eſſe oñdit. Benignior. beneficētior. gratior. ironicos aūt hec quoq; dñr. Quid lycij referā ſarpedonis. ſarpedon filius fuit iouis ex europa ac minois frater. hic cū rex eſſet lycie troianiſq; faueret multis ex eius ſocijs ab vliſſe ceſis a patroclo tādem fuit īterfectus. Cerenō iphitidē. iphiti filiū: fere aūt eos q̄ hoc loco ab vlyſſe enūerant̄ ⁊ ſarpedonis ſocios fuiſſe ⁊ ab vlyſſe īterfectos ī iliados q̄nto ſcribit home. entho gekiranu ilen alaſtora te chromiōte: alkā dronothalion te noimonate printanite. Veſtēq; manu diduxit. remouit a pectore. diuiſit. h̄ aūt ex poete ꝑſona ē dictū. Quid tn̄ hoc refert. ac ſi diceret nihil. ꝯfutat enī vlyſſes id quod iactauerat aiax ſe ſolū faces troianorū a grecorum claſſe repuliſſe. nam alij quoq; inq̄t in primiſq; patroclus armis achillis īdutus reſtitit hoſtibus: naues noſtras incendere volentibus. Iouemq;. iupiter nāq; hectori troianiſq; fauebat. Neq; enim benefacta maligne. ex arte vlyſſes que aduerſario honeſte negare nō pōt ita ꝯcedit vt cum alijs tamē ea eſſe cōmunia aſſeueret. Maligne detractare. cū quadā malignitate et vituperatiōe detrahere. Modo ne cōmunia ſolus. dū modo inquit aiax ea que ꝯmunia ipſi vobiſcuȝ ſunt: ſibi ſoli nō arroget. qua quidem oratione vlyſſes et aiacē in inuidiam adducit et ſibi principū grecorum beniuolentiam conciliat. Repulit actorides. patroclus actoris nepos q̄ armis achillis indutus ab hectore tādem fuit interfectus. Cum enim achilles agamēnoni iratus in aciem aduerſus hoſtes deſcēdere nollet: precibus amicorum conceſſit patroclo vt ſuis armis indutus troianorum impetum retardaret.

Troas ab arſuris cum defenſore carinis.
Auſum etiã hectoreis ſolum concurrere telis
Se putat oblitus regiſqꝫ duciſqꝫ meiqꝫ:
Nonus in officio: et prelatus munere ſortis.
Sed tamen euentus veſtre fortiſſime pugne
Quis fuit? hector abit violatus vulnere nullo.
Me miſerũ: quãto cogor meminiſſe dolore
Temporis illius: quo graium murus achilles
Procubuit nec me lachryme luctuſqꝫ timorqꝫ
Tardarũt: quin corpus humo ſublime referrẽ
His hũeris. his inqꝫ hũeris ego corpꝰ achillis
Et ſimul arma tuli: q̃ nũc quoqꝫ ferre laboro.
Sunt mihi que valeant in talia põdera vires.
Eſt animus certe veſtros ſenſurus honores.
Scilicet idcirco pro nato cerula mater
Ambitioſa ſuo fuit: vt celeſtia dona
Artis opus tante rudis ⁊ ſine pectore miles
Indueret: neqꝫ enim clypei celamina nouit.
Oceanum ⁊ terras: cumqꝫ alto ſidera celo
Pleiades hyadeſqꝫ immunẽqꝫ equoris arctõ
Diuerſaſqꝫ vrbes: nitidumqꝫ orionis enſem.
Poſtulat: vt capiat que non intelligit arma.
Quid? q me duri fugientẽ munera belli
Arguit incepto ſerum acceſſiſſe labori?
Nec ſe magnanimo maledicere ſentit achilli.
Si ſimulaſſe vocas crimẽ: ſimulauimus ãbo.
Si mora pro culpa eſt: ego ſum maturior illo.
Me pia detinuit cõiunx. pia mater achillem.
Primaqꝫ ſunt illi data tẽpora. cetera vobis.
Haud timeo: ſi iam nequeã defendere crimẽ
Cum tanto commune viro. deprenſus vlyſſis
Ingenio tamen eſt ille. at non aiacis vlyſſes.

Troas cum defenſore. hectore. troianorũ nãqꝫ defenſor fuit hector. Auſum etiam hectoreis. Aiax vt narrat Homerus cum hectore ſingulari certamine pugnauit: cũ id ei ſorte cõtigiſſet. qua ex pugna vterqꝫ ſine vulnere diſceſſit ab altero pciosis donatus muneribus. hector quidẽ balitheo quo ligatus circum ilij menia fuit tractus. aiax vero gladio in quẽ incũbens ſeipſum interfecit. Regis. agamẽnonis. Ducis. menelai. Et prelatus munere ſortis. colligit vlyſſes nõ virtute ſed ſorte aiacem cum hectore cõtendiſſe. cũ eni nouẽ vt diximus ſe pugnaturos cum hectore ꝓfiterent: cõſilio neſtoris factũ eſt vt ſortẽ quiſqꝫ ſuam in galeã deijceret: ac cuius pma educta foret: is in certamẽ cũ hectore deſcenderet. Et platꝰ antepoſitus alijs nulla re alia q̃ ſorte. Sed tñ euentꝰ. cũ quadã illuſione inſultat aiaci vlyſſes q̃ iactauerat ſe ſolũ cũ hectore ſingulari certamĩe cõgredi auſum fuiſſe. Fortiſſime. ironicos ẽ dictũ Qui tibi videris fortiſſimus. cũ nõ ſis Me miſerũ. hec lachrymãs videt pronũciaſſe vlyſſes. Quãto dolore. cũ prepoſitio ſubaudiat: vt cũ quãto dolore intelligat. Graiũ murꝰ. grecorũ ꝓpugnaculũ. eſt aũt metaphora: qua maxime achilles cõmẽdat. Referrẽ. reportarẽ corpus humo ſublatũ. hoc aũt facto ſe maxime dignum achillis armis vlyſſes oſtẽdit. His humeris. indicãs humeros ſuos hec dicit vlyſſes. ẽ aũt pulchra anadiploſis: qua manifeſte et ab aiace obiecta diluit. et ſe aptũ eẽ ad ea gerenda arma oſtendit. Laboro. exopto. ſtudeo. enitor. Senſurus. cogniturus. itellecturus. Veſtros honores celaturã armorũ ſũmo. cũ honore mihi a vobis adiudicatorũ. Scꝫ idcirco. ironia qua aiacẽ in cõtemptũ vlyſſes adducit. Cerula mater. thetis que cũ hector patroclo interfecto armis achillis foret potitus rogauit vulcanũ: vt filio ſuo ſcutũ galeã tibialia ac thoracẽ decẽtia fabricaret. ille vero cũ alia tũ ſcutũ ea arte expoliuit vt in eo celũ cum quattuor elementis ſpectaret. eorũ aũt artificiũ nõ intellectũ iri ab aiace vlyſſes ait. cũ et ĩgenio careat et omni doctrina. Sine pe. ingenio. Celamina. celaturã et ſculpturã. Oceanũ ⁊ terras. celaturam clypei deſcribit Qui. ab homero ſũptam. Pleiades hyadeſqꝫ. ſic home. plijadas thiadas te toreſtenos orionos. Immunẽqꝫ equoris arcton. arctos minor eſt vrſa vt ſuperius quoqꝫ diximus. q̃ currus q̃qꝫ vt homerus ſcribit cognoiat arkton thinke amaxã epi'kliſin kaleuſin. id eſt vrſamqꝫ quã et currũ cognomẽ vocant. ſolũ aũt ex oĩbus hoc ſidus nunqꝫ occidit: ac idcirco ab homero quoqꝫ equoris exps dicit eſſe. ij dam mros eſtiloe troonoke anio: id eſt hec aũt ſola exps lauacrorũ oceani. Diuerſaſqꝫ vr. in ſcuto achillis due diuerſe vrbes a vulcano: vt narrat homerus celate fuerũt: quarũ altera pace frui altera bello et obſidione premi videt. nã in altera nuptie atqꝫ conuiuia celebrant: iudiciaqꝫ exercent. alterã duo exercitus et quidem inter ſe diſſidentes obſidere videntur. Quid quod me duri. ſic ab aiace ſibi obiecta refutat vlyſſes vt illum in odium contemptũqꝫ adducat. nam obiecta ſibi eſſe cum achille cõmunia oſtendit. Ego ſum ma. il. Ego citius q̃ achilles ad bellum veni. Cum tanto viro. quantus vlyſſes fuit.

Ne ve in me ſtolide conuicia fundere lingue:
Admiremur eum. vobis quoqꝫ digna pudore
Obiicit. an falſo palameden crimine turpe eſt
Accuſaſſe mihi: vobis damnaſſe decorum:
Sed neqꝫ naupliades facinꝰ defendere tantū:
Tāqꝫ patens valuit: nec vos audiſtis in illo
Crimina. vidiſtis: precioqꝫ obiecta patebant.
Nec peantiaden qꝫ habet vulcania lemnos:
Eſſe reus merui: crimen defendite veſtrum.
Conſenſiſtis enim nec me ſuaſiſſe negabo:
Ut ſe ſubtraheret belliqꝫ vieqꝫ labori:
Temptaretqꝫ feros requie lenire dolores.
Paruit: et viuit. non hec ſententia tantum eſt
Fida: ſed et felix cum ſit: facit eſſe fidelem:
Quem qm̄ vates dolēda ad pgama poſcunt:
Ne mandate mihi. melius telamonius ibit:
Eloquioqꝫ virum morbis iraqꝫ furentem
Molliet: aut aliqua preducet callidus arte.
Ante retro ſimois fluet: et ſine frondibus ide
Stabit: et auxilium promittet achaia troie:
Qꝫ ceſſante meo pro veſtris pectore rebus
Aiacis ſtolidi danais ſollertia proſit.
Sis licet infeſtus ſociis: regiqꝫ mihiqꝫ
Dure philoctete. licet execrere: meūqꝫ
Deuoueas ſine fine caput: cupiaſqꝫ dolenti
Me tibi forte dari: noſtrūqꝫ haurire cruorem:
Te tñ aggrediar: mecūqꝫ reducere nitar.
Utqꝫ tui mihi: ſic fiat tibi copia noſtrum.
Tamqꝫ tuis potiar (faueat fortuna) ſagittis:
Quam ſum dardanio: quē cepi: vate potitus.
Quam reſponſa deum: troianaqꝫ fata retexi.
Quā rapui phrygie ſignū penetrale minerue
Hoſtibus e mediis. et ſe mihi comparat aiax.

Ne ve in me ſtolide. Aiacem in contēptū adducit: q̄ tanta ſit ſtulticia: vt ea dixerit q̄ in iudicū pudorez recidere poſſint. nā ſi inq̄t mihi turpe eſt accuſaſſe palamedē: turpe itidem vobis eſt eū dānaſſe. Hec eni duo ſe inuicē ꝯfirmāt: ac ſub eandē rōnem cadūt. vt Ci. tradit An falſo palamedē. hoc enthymemate oſtendit vlyſſes nō minus principibus grecis turpe fuiſſe palamedē dānare qꝫ ſibi accuſare. Eſt autem antithe tu quò maxime enthymemata exornanf. Sed neqꝫ naupliades. palamedes nauplij filiꝰ. Se aūt vlyſſes ita purgat vt oſtendat palamedē in manifeſta ꝓditione fuiſſe deprehenſum: id qꝺ principibus q̄ȝ grecis gratū eſſe ſciebat: ne inocentē dānaſſe iniqꝫ viderenf Precio. auro: qꝺ in tentorio Palamedis fuit deprehenſum: cum illuc opera vlyſſis foret iportatū. Nec peantiaden que de philocteta ſibi ſunt obiecta refellit vlyſſes: ac ſe cōſenſu principū in lēno inſula illū reliquiſſe ait. Eſſe reus merui. debeo accuſari. cōſenſiſtis ei vt illum in lēno relinquerē curandū. Feros dolores. acerbos cruciatus. Quez qm̄ vates. in fatis erat troiam ſine herculis ſagittis q̄ philoctete tradite fuerant: capi non poſſe. idcircoqꝫ oportebat philoctetē cum ſagittis ipſis bello troiano intereſſe. Melius telamonius ibit. pulchra ironia: qua aiacez deridet vlyſſes: vt inertē atqꝫ ingenio eloquentiaqꝫ carentē. Eloq̀oqꝫ. eloquētia qua prorſus caret. Aliqua arte. aliq̄ fraude cū tardus ſit ⁊ hebes. hec nāqꝫ oīa ironice dicūf. Ante retro ſimois fluet. añ rerū natura mutabif: qꝫ vobis aiacis igeniū ꝓdeſſe poſſit. Et ſine frōdibus. arboribꝰ. a parte nāqꝫ totū intelligimꝰ Achaia. grecia Meo pectore. mea prudeetia. Sollertia. īgenij acumen. Sis licet infeſtus. apoſtrophe ad philoctetē: q̄ ſignificat ſe vlyſſes eloquētia ſua multū grecorū rebus prodeſſe poſſe: ac ſe philoctetē q̄ʒlibet ſibi iratū placaturū: ac ſecū ad troianū bellū adducturuz pollicef. Socijs. grecis. Regiqꝫ. agamēnoni. Meūqꝫ deuoueas ſine fine caput. hoc ē q̄ʒuis aſſidue mihi magna imp̄ceris: atqꝫ ea oīa facias: q̄ ſolent a capitalibus iimicis fieri et optaris: te tñ eloquētia mea placabo. Te tñ aggrediar. verbis ⁊ orōne. hoc eſt alloq̄r Tāqꝫ tuis potiar ſagittis. ſic i poteſtate mea tuas ſagittas hēbo: vt habui ⁊ helenū vatē egregiū. ⁊ palladiū qꝺ niſi hoſtibꝰ abſtuliſſez: troia nunq̄ʒ capi potuiſſet. Ex arte autē vlyſſes ea repetit merita: q̄ exercitui grecoꝝ gratiſſima fuerunt Faueat fortuna. dūmodo ſubītelligaf. Dardanio vate. periphraſis eſt heleni vatis egregij. nā helenus priami fuit filiꝰ: vaticinādi arte inſignis: vt ex carmie quoqꝫ virgiliano eſt notū: q̄ ab vlyſſe captus oīa troianoꝝ fata reuelare coactꝰ eſt. Retexi. aperui. Signū penetrale phrygie mynerue. palladiū qꝺ vlyſſes vna cū diomede ceſis ſūme cuſtodibꝰ arcis rapuit: cū oraculū eſſet capi troiā non poſſe q̄ʒdiu in ea palladiū ip̄m ſeruaretur. Et ſe mihi cōparat aiax. Affectui et indignationi ſeruit illa et copula.

Nempe capi troiam. artificioſe in cōmemoratione palladij ablati immoratur vlyſſes: cum ſine illo troia capi non poſſet: nec ſine maximo periculo troianis auferri. Per excubias. per vigilias et cuſtodias hoſtium. Ex arte aūt exaggerat hoc factum vlyſſes: vt oſtendat ſe auctorem fuiſſe troie capiunde. Sua ede. ſuo templo Leua. manu ſiniſtra. Tauroꝝ tergora ſeptem. hoc eſt ſcutum ſeptem corijs boum tectum. Illa nocte mihi. ſe rapiendo palladium vlyſſes colligit auctorē fuiſſe victorie troiane. Tydidē meū. diomeden mihi amicum In illo. palladio a nobis rapto. Minorem. inferiorem. Sapiente. eloquēte. omnis eī eloquens ſapiens eſſe exiſtimatur. Pro claſſe. pro claſſis defenſione. Indomite dextre. viribus rōne carentibus ac temeritati. Ipſe quoqꝫ hec peteret. arma achillis. Moderatior aiax. Oilei filius qui inter fortes ab Homero numeratur. Ex arte aūt ſibi iudices cōciliat vlyſſes: illos tum a modeſtia: tum a virtute laudādo. Eurypyluſqꝫ ferox. eurypyli duo ad bellū troianū ꝓfecti ſunt. alter herculis filius ex Co inſula augurio inſignis. alter euemonis filius ex Ormenio vrbe: qui vt ſcribit homerus: cū quadraginta nauibus in expeditionē troianā agamenona eſt ſecutus. is cum viribus plurimū poſſet. arma tñ achillis non popoſcit. Claroqꝫ andremone natus. periphraſis thoantis. nā vt in. ij. narrat Homerus: thoas andremonis filius pꝛīceps etoloꝝ ad bellū troianū cū quadraginta nauibus eſt ꝓfectus. Nec minus idomeneus. nec non etiā. idomeneū auteꝫ lictiū fuiſſe ac cretenſibus iperaſſe i expeditioneqꝫ troiana vna cū merione: q̄ auriga vtebatur: fortiſſime ſe geſſiſſe: et homeri et virgilij carminibus notiſſimū eſt. Patria eadeꝫ. ambo nāqꝫ lictij fuerūt. Peteret maioris frater atride. menelaus agamēnonis frater. Nec ſunt tibi marte ſecundi. nec te ſunt pugnādo inferiores Cōſilijs meis. mee prudētie. Ingeniū qđ eget moderamine noſtro. ſed cōiunctio ſubintelligitur. Vires enī corporis aiaci cōcedit vlyſſes. Ceterū feroci ingenio qđ ſuo regimīe indigeat: illū preditū eſſe ait. Sine mente. ſine ingenio et prudentia. Eſt aūt pulchra cōparatio: qua ſe vlyſſes aiace multo p̄ſtantiorem eſſe oſtendit. Mihi cura futuri. ego inqt proſpicio futura: qđ nemo niſi prudētia pollens: facere pōt Temperat. regit et gubernat. Pectora potiora manu. ingenij acumina viribus corporis meliora. Vigor omis in illis. oīs inqt virtus in igenij acumīe cōſiſtit. At vos o ꝓceres. artificioſe in ꝑoratiōe vlyſſes et q̄dam ex p̄ſtantioribus meritis ſuis ꝯmemorat: et iudices rogat vt ſe habeant cōmendatū ſibiqꝫ achillis arma velint adiudicare. Vigili veſtro. ei q̄ pro vobis libenter vigilare cōſueuit. Tot annorum. decem enī annos pro grecis ſollicitus fuerat vlyſſes. Hunc titulū. hunc honorem. Iam labor in fine eſt. Scite. nam finito labori premiū debetur. Obſtantia fata remoui. ex arte id qđ maximū eſt iterum cōmemorat vlyſſes: vt oſtendat ſe auctorem fuiſſe vt Troia capi poſſit. Poſſe capi

Nempe capi troiam ꝓhibebant fata ſine illo.
Fortis vbi eſt aiax: vbi ſunt ingentia magni
Verba viri: cur hic metuit: cur audet vlyſſes
Ire per excubias: et ſe committere nocti.
Perqꝫ feros enſes non tantum menia troum:
Verū etiam ſummas arces intrare: ſuaqꝫ
Eripere ede deaꝫ: raptāqꝫ auferre per hoſtes:
Que niſi feciſſem: fruſtra telamone creatus
Geſtaſſet leua taurorum tergora ſeptem.
Illa nocte mihi troie victoria parta eſt.
Pergama tunc vici: cū vinci poſſe coegi.
Deſine tydiden: vultuqꝫ et murmure nobis
Oſtentare meum. pars eſt ſua laudis in illo:
Nec tu cū ſocia clypeū pro claſſe tenebas:
Solus eras. tibi turba comes. mihi ꝯtigit vnus
Qui niſi pugnacem ſciret ſapiente minorem
Eſſe: nec indomite deberi premia dextre:
Ipſe quoqꝫ hec peteret. peterꝫ moderatior aiax
Eurypiluſqꝫ ferox: claroqꝫ andremone natus.
Nec minus idomeneus: patriaqꝫ creatus eadeꝫ
Meriones. peteret maioris frater atride.
Quippe manu fortes: nec ſūt tibi marte ſcđi.
Conſiliis ceſſere meis. tibi dextera bello
Vtilis. ingeniū eſt qđ eget moderamīe noſtro
Tu vires ſine mente geris. mihi cura futuri.
Tu pugnare potes. pugnandi tempora mecū
Eligit atrides. tu tantū corpore prodes.
Nos aio: quātoqꝫ ratem qui temperat anteit
Remigis officium. quāto dux milite maior:
Tantum ego te ſupero. necnon in corpore nr̄o
Pectora ſunt potiora manu. vigor oīs ī illis.
At vos o proceres vigili date premia veſtro:
Proqꝫ tot annorū curis: quos anxius egi:
Hūc titulum meritis penſandū reddite nr̄is.

capi faciendo. vt capi poſſent i ſoluta diceretur oratione. Perq̨ deos oro. p palladē: cuius ſimulacrū troia nis abſtulerat. Siquid adhuc supeſt. reſtat. Siquid adhuc audax. in quo cōficiūdo audacia opus ſit. Ex p̄ci pitiq̨ petendū. ex periculoſo loco ſumendū. Fatis troie. fatis phibētibus ne troia capiaꝛ. Huic date. digito et manu palladiū: qđ troianis abſtulerat vlyſſes indicauit. Mota manus procerū eſt. cōmota ꝛ pſuaſa fuit p̄ncipū grecorū multitudo vlyſſis orōne. Et quid facundia poſſet tunc patuit. tūc inquit manifeſtū fuit quā tum eloquentia valeat i animis hoīm flectendis. Tulit. habuit. greci nāq̨ achillis fortiſſimi viri arma vlyſſi potius ob facundiā q̄ꝫ fortitudinē ad= iudicarunt. Inuictūq̨ virū vicit dolor ſtulte dictū eſſe videꝛ. quo nāq̨ modo cū dolor vincat q̇ vinci non pōt? Sed aut ante: aut alioq̇ eſt ſubaudiendum: vt intelligamus: alioq̇ ante ve inuictū aiacē a dolore et indignatōne fuiſſe ſu peratū. Et meus hic certe eſt. illa ꝛ co= pula maxima ſignificat indignatione aiacē fuiſſe vexatū. Tum demum. tūc ſolū. Qua patuit. quatenus patuit et ceſſit ferro. Educere. extrahere. De oe balio vulnere. de ſanguine hyacinthi oebalij: q̇ vt in decimo narrauit poeta: in florē purpureū ab apolline amato= re fuit cōuerſus. Littera cōmunis. i fo lijs inq̇t illius floris in quē aiax fuit cō uerſus: littera cōmunis eſt ꝛ hyacinthi pueri q̄relis et nomini aiacis. nā in illo flore vt i decio q̄ꝫ diximꝰ: iſcripte videꝛ he due littere grece ai. q̇ in dipthon= gū coagmētate et q̄rimonie ſunt indi= ces: et in hoc nomine aiax prime. hinc aūt illud q̊ꝫ apte colligiꝛ eos magnope decipi qui putant hya i decimo eſſe le= gendū eaſq̨ litteras in flore inſcriptas Hec noīs. aiacis. Illa querele. hyacin= thi qui gemens ac clamans ai ai extin ctus eſt. Victor ad hypſipyles. hecube i canē metamorphoſin apte cū ſupio= ribus cōnectit poeta. Naꝫ vlyſſes poſt adeptā armorū achillis victoriā in lē= num ad philoctetē cū herculis ſagitt! adducendū miſſus fuit. Quo aducto ac troia tandem icenſa cū greci claſſeꝫ in thraciā appuliſſent: polyxenam pria mi atq̨ hecube filiā manibus achillis eā poſcētibus imolarūt: cuius corpus lotura cū ad litus hecuba acceſſiſſet: forte polydori filij a polymeſtore thra cie rege interēpti cadauer ibi cōſpicata

Iam labor in fine eſt. obſtantia fata remoui:
Altaq̨ poſſe capi faciendo pergama cepi.
Per ſpes nunc ſocias: caſuraq̨ menia troiꝫ:
Perq̨ deos oro: quos hoſti nuper ademi:
Et ſi quid ſupereſt: qđ ſit ſapienter agendum.
Si quid adhuc audax ex p̄cipitiq̨ petēdū eſt.
Si troie fatis aliquid reſtare putatis:
Eſte mei memores: aut ſi mihi nō datis arma
Huic date. et oſtendit ſignum fatale mineruę.
Mota manꝰ p̄cerū eſt. et quid facūdia poſſet:
Tunc patuit: fortiſq̨ viri tulit arma diſertus.
Hectora qui ſolus: q̇ ferrūq̨ ignēq̨ iouēq̨
Suſtinuit totiens: vnam non ſuſtinet iram.
Inuictūq̨ virū vicit dolor. arripit enſem:
Et meꝰ hic certe ē. an ꝛ hūc ſibi poſcit vlyſſes:
Hoc ait vtendū eſt in me mihi: quiq̨ cruore
Sepe phrygū maduit: dn̄i nūc cede madebit:
Ne quiſq̨ aiacem poſſit ſuperare: niſi aiax.
Dixit: et in pectus tum demum vulnera paſſū
Qua patuit ferro: letalem condidit enſem.
Nec valuere manus infixum educere ferrum.
Expulit ipſe cruor. rubefacta ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem:
Qui prius oebalio fuerat de vulnere natus.
Littera cōmunis mediis pueroq̨ viroq̨
Inſcripta eſt folíis. hec nominis. illa querele.
Victor ad hypſipyles patriā clariq̨ thoantis:
Et veterum terras infames cede virorum
Vela dat: vt referat tyrinthia tela ſagittas:

Aiax i hia cinthum

vlciſci tantū ſcelus decreuit. nā priamus polymeſtori tanq̄ꝫ amico belli euentū ignorans cum multis pecu= nijs polydorum natu minimū filioꝝ cōmendarat: vt ſi quid vrbi accideret: ſuorum aliquis ſupereſſet. He= cuba igitur accerſitum ad ſe Polymeſtora ſub ſpe theſauri indicandi vna cum alijs mulieribus captiuis ex cecauit. quare cū thraces ipſam lapidibus inſectarentur: in illos latrare cepit: voluntate deorū in canem cō= uerſa. Victor. vlyſſes in certamine armorum achillis victor. Vela dat. nauigat. Ad hypſipyles patriam. pe= riphraſis eſt lēni inſule. nam hypſipyle filia thoantis lēniorum regis in lēno regnauit. Et veterum terras i= fames. Lēnie mulieres cū venerem in adulterio deprehenſam: cum marte contēnerent: in ſe dee iram con= citarunt. nam Venus hircino odore illis immiſſo effecit: vt a maritis ſpernerentur. Quare de illis cum ad bella aduerſus Thraces gerenda profecti eſſent interficiendis: cū primum rediſſent: vxores conſilium inie= runt. Quod quidem cum relique feciſſent: ſola hypſipyle thoanti patri pepercit. Tirynthia tela. ſagittaruꝫ herculis eſt expoſitio.

Domino.philoctete cui moriens hercules donauerat ſagittas. Manꝰ vltima.finis. Externas auras. externum aerē.nam hecuba in thracia in canem fuit transformata. Longus helleſpōtus.mare eſt helleſpontus anguſtū ac longū aſiam ab europa diſterminans. Dictus eſt aūt helleſpōtus ab helle phrixi ſorore:q̄ in illo ſubmerſa eſt. Qua clauditur in anguſtū.vbi cogit̄ in anguſtū et ſtrictū. Anguſtatur aūt maxime helleſpontus illic vbi olim fuerunt Seſtos ⁊ Abydos.ad helleſpōtum aūt vſqꝫ troas vbi fuit iliū:protendit̄. Conſederat.ceſſauerat.extinctus erat. Iouis ara.ad quā priamus ipſe fuerat interfectus:vt carmīe qꝫ Uirgiliano eſt notum. Exiguum cruorem.in ſenibus parū eſſe ſanguinis phyſici aiūt. Antiſtita.caſſandra phebi ſacerdos. Signa.ſtatuas.ſimulacra. Tenentes.colentes. Inuidioſa premia.predā inuidie plenā. Mittit̄ aſtianax illis.aſtianax hectoris ex andromache fuit filius ſic dictus:ꝙ vrbi videret̄ imperaturus.nā aſti vrbs.anax rex īterpretatur. Is ab vlyſſe poſt troie direptionē ex altiſſima turri fuit ꝑcipitatus. Tenentē defendentē. Carbaſa mota ſonant.vela a ventis cōmota ſtrepunt. Uentis.ventorum cōmoditate. Troia vale.ordo eſt.troades et mulieres troiane clamant. Troia vale. rapimur et vi abducimur. Prenſantē tumulos.amplectētē filioꝝ ſepulchra hecubā. Dulichie traxere manus.vlyſſes.nā hecuba illi ſorte obtigerat. Hauſit.accepit. Hectoris in tumulo.anadiploſis ad miſerationē accōmodata. Canū de vertice crinē.reciſum ſubaudiamus. Inferias inopes.ſacrificia inopū et pauperiorum. Eſt vbi troia fuit. Thraciam e regione troadis eſſe ait. Contraria.ex aduerſo atqꝫ e regione poſita. Biſtoniis viris.thracibus.naꝫ biſtonia vrbs eſt thracie a biſtone martis ⁊ calliroes filio cognomīata.vñ ⁊ biſtones ⁊ biſtonii thraces dicunt̄. Thracia aūt helleſponto a phrygia ſeparat̄. Polymeſtoris illic. Polymeſtor rex fuit thracie auaricia ⁊ polydori cede famoſiſſimus. Hec aūt de eurypidis hecuba ab Ouidio ſumpta eſſe vident̄. Conſilium ſapiens.acclamatio eſt:qua priami prudentia cōmendatur. Irritamen.prouocationem. Iugulo.in iugulum. Exanimem.mortuū.cadauer aūt polydori i mare iecit polymeſtor. Sui alūni.polydori quem a patre alendum nutriendūqꝫ ſuſceperat. Quo petiit agamēnona.quo tempore ob briſeidem raptam in agamēnonem ſtrinxit enſem achilles:vt in primo iliados narrat homerꝰ Religarat.religari iuſſerat.

Hecuba ī canem

Polydori cedes

Que poſtqꝫ ad graios dño comitāte reuexit:
Impoſita eſt ſero tandē manus vltima bello.
Troia ſimul priamuſqꝫ cadūt.priameia coniux
Perdidit infelix hominis poſt omnia formā:
Externaſqꝫ nouo latratu terruit auras.
Longus in anguſtū qua clauditur helleſpōtꝰ.
Ilion ardebat:neqꝫ adhuc conſederat ignis:
Exiguūqꝫ ſenis priami iouis ara cruorem
Combiberat:tractiſqꝫ comis antiſtita phebi
Non profecturas tēdebat ad ethera palmas.
Dardanidas matres patriorum ſigna deorū:
Dū licet amplexas:ſuccenſaqꝫ tēpla tenētes
Inuidioſa trahunt victores premia graii.
Mittitur aſtyanax illis de turribus:vnde
Pugnantem pro ſe:proauitaqꝫ regna tuētem
Sepe videre patrē monſtratū a matre ſolebat.
Iāqꝫ viam ſuadet boreas:flatuqꝫ ſecundo
Carbaſa mota ſonant.iubet vti nauita vētis.
Troia vale.rapimur clamāt.dant oſcula terre
Troades:et patrie fumantia tecta relinquūt.
Ultima conſcendit claſſem(miſerabile viſu)
In mediis hecube natoꝝ inuenta ſepulchris:
Prēſantē tumulos atqꝫ oſſibus oſcula dantē
Dulichie traxere manus.tñ vnius hauſit:
Inqꝫ ſinu cineres ſecū tulit hectoris hauſtos:
Hectoris in tumulo canū de vertice crinem:
Inferias īopes crinem lachrymaſqꝫ reliquit.
Eſt vbi troia fuit:phrygie cōtraria tellus
Biſtoniis habitata viris.polymeſtoris illic
Regia diues erat:cui te commiſit alendum
Clā polydore pr̄:phrygiiſqꝫ remouit ab armiſ
Conſiliū ſapiens:ſceleris niſi ꝑmia magnas
Adieciſſet opes:animi irritamen auari.
Ut cecidit fortuna phrygū:capit ipius enſem
Rex thracū:iuguloqꝫ ſui demiſit alumni.
Et tanqꝫ tolli cū corpore crimina poſſent:
Exanimem ſcopulo ſubiectas miſit in vndas.
Littore threicio claſſem religarat atrides:

Referebat.repreſentabat.pre ſe ferebat. Petiit.aggreſſus eſt.inuaſit. Immemoreſq; mei. Achillis vmbra grecos igratitudinis accuſat. Obruta.ſepulta. Ne facite.ne ſitis i me ingrati. Utq; meū non ſit ſine honore ſepulchrum.hoc eſt vt meū honoretur ſepulchrū. Mactata polyxena.imolata. Polyxena vero que multorum hoſpita interpretatur:filia fuit priami ex hecuba:quā achilles et viuus amauit:et mortuus ſibi imolari efflagitauit. Parentibus.obedientibus. Immiti vmbre.crudeli:que ſibi virginem imolari volebat. Ad tumulum.ad ſepulchrum achillis:qđ in ſigeo promontorio erat. Diro buſto.ſepulchro crudelium ⁊ dirorū manium qui ſibi virginem imolari iubebant.

Dum mare pacatum.dū ventus amicior eſſet.
Hic ſubito quātus:cum viueret:eſſe ſolebat:
Exit humo late rupta:ſimiliſq; minanti
Temporis illius vultum referebat achilles:
Quo ferus iniuſto petiit agamennona ferro.
Immemoreſq; mei diſceditis inquit achiui:
Obrutaq; eſt mecū virtutis gratia noſtre:
Ne facite:vtq; meū nō ſit ſine honore ſepulcrū
Placet achilleos mactata polyxena manes.
Dixit.et immiti ſociis parentibus vmbre
Rapta ſinu matris:quā iaz ꝓpe ſola fouebat.
Fortis et infelix et pluſq; femina virgo
Ducitur ad tumulum:diroq; fit hoſtia buſto.
Que memor ipſa ſui:poſtq; crudelibus aris
Admota eſt:ſenſitq; ſibi fera ſacra parari:
Utq; neoptolemū ſtantem ferrūq; tenentem:
Utq; ſuo vidit figentem lumina vultu:
Utere iam dudun generoſo ſanguine dixit.
Nulla mora eſt.aut tu iugulo vel pectore telū
Conde meo.iugulūq; ſimul pectuſq; retexit.
Scilicet haud vlli ſeruire polyxena vellem.
Haud per tale factū numen placabitis vlluz.
Mors tantū vellē matrē mea fallere poſſet.
Mr̄ obeſt:minuitq; necis mihi gaudia:q̄uis
Non mea mors illi:verū ſua vita gemēda eſt.
Uos modo:ne ſtygios adeā nō libera manes:
Eſte procul:ſi iuſta peto:tactuq; viriles
Uirgineo remouete manus.acceptior illi
Quiſquis is eſt:quē cede mea placare patis:
Liber erit ſanguis.ſi quos tn̄ vltima noſtri
Uerba mouent oris:priami vos filia regis.
Nūc captiua rogat:genitrici corpus inemptū
Reddite:neve aūro redimat ius triſte ſeplcri:
Sz lachrimis.tūc cū poterat:redimebat ⁊ auro

Que memor ipſa ſui.ſue generoſitatis. Poſtq; crudelib⁹ aris admota eſt.poſtq; crudeliter ad aras fuit adducta.Eſt enim hypallage. Fera ſacra. crudelia vtpote quibus ipſa interficiebatur. Neoptolemum. pyrrhum Achillis ex deadamia filiū: qui neoptolemus fuit appellatus: q̄ iuuenis admodum ad bellum troianum eſt profect⁹. neos nāq; iuuenis nouuſq;. ptolemos qui frequētius polemos dicitur bellum interpretatur. Pyrrhus aūt a ruffis capillis fuit cognominatus.pirron nāq; greci ruffum appellant. Ferrum.enſem:quo ipſa erat iugulanda. Utere iādudum. Quā forti animo polyxena eſſet:hinc facile colligit᷑:q̄ pyrrhum hortatur:vt ſe cito velit imolare. Iādudum.cito. Generoſo ſanguine. meo ſanguine: que ſunt generoſa. generoſi vero dicuntur qui a nobilibus maioribus genus ducunt. Nulla mora eſt.in me ſubaudiatur. Cōde. conijce. immitte. Iugulūq; ſimul.hec a poeta dici notius eſt:q̄ vt ſit admonendum. Scilicet haud vlli.nulli certe iquit ſeruire vellem cum ſim polyxena priami regis filia. Scilicet.certe aſſeuerantis eſt aduerbium. Haud vlli.nulli. Polyxena.emphaſis eſt:ac ſi diceret.priami regis filia hectoriſq; ſoror. Per talem factum.per meā cedem. Figurata aūt oratione vtitur polyxena: qua itametſi nihil de morte curare videatur: innuit tamen cede ſua nullum numen iri placatum:eoq; ſe non eſſe immolandam. Fallere.latere. Se aūt polyxena i matrem piam oſtendit:cū de illa ſola ſe dicat eſſe ſollicitam. hec vero ex hecuba Eurypidis ſumpta eſſe videtur. Mater obeſt.dolor quo mater afficit᷑ morte mea aim meuz cruciat. Uos modo ne ſtygios. rogat polyxena ne quiſq; virorum ſe tangat:vt inuiolata ad inferos deſcendat. Ne non libera.vt libera moriar. Acceptior.gratior. Quiſq̄s is eſt.ſiue deus ſiue heros.ignorat eni polyxena:quem cede ſua ſint placaturi. Si quos tamen vltima noſtri.pathetica et affectus plena oratio polyxene attribuitur:qua non amici modo:verum hoſtes quoq; lachrymare coguntur. Ius ſepulchri.facultatem ſepeliendi. Tunc cum poterat redimebat et auro. Quādo inquit mater mea poterat non lachrymis ſolum:ſed etiam auro filiorum cadauera ab hoſtibus redimebat.

Poliſxene imolatio

Quas illa tenebat. Mira puelle conſtantia exprimitur: que tam intrepide mortem exciperet. Prebita. exhibita. Defecto poplite. deficientibus genibus. Ad fata nouiſſima. vſq; ad mortem. Tũc quoq; cura fuit. hoc idem et eurypides ſcribit: quã curam iulio q̃z ceſari fuiſſe narrat tranquillus: vt togaz ad pedes demitteret: quo a coniuratoribus vulneratus honeſtius caderet. Partes tegendas. pudendas. Troades excipiunt. ſuſcipiunt iacens polyxene cadauer. Recenſent. recognoſcunt. enumerãt. Quid cruoris. quãtuz ſanguinis. nã priamide omnes fuerant interfecti. Teq; gemunt virgo. apoſtrophe ad polyxenam atq; hecubam: que pauloante Aſie regina vocabatur. Deplorat aũt illius calamitatem poeta: quaz omnes captiuam ꝓpter ſenectutem aſpernabantur. Nunc etiam prede mala ſors. ſed vel aũt taliſve cõiunctio ſubaudiatur. ita ſenſu exigente. nam hecuba pauloante quidem erat regia coniunx. regia parens. aſie florẽtis imago nunc aũt eſt etiaz prede mala ſors: quã omnes aſpernabantur. Niſi q̃d tamen hectora partu ediderat. ratio qua motus vlyſſes eam accepit captiuã. Anime tam fortis inane. tam cõſtanti aĩa vacuum. Oſculaq; ore tegit. parua polyxene ora. eſt enĩ ab ore diminutiuum hoc loco oſculum. Plangit. percutit. Conſueta. plangi et percuti filiorum cedibus. Caniciem ſuam. caput ſuum canum. Solebant aũt priſci in maximis doloribus caput puluere deturpare. Concreto. coagulato. Vertens. voluens. Nata tue. pathetica oratio maxime querelis doloribuſq; accõmodata. Nata iaces. repetitio lugenti hecube: que ex tam feliciſſimo ſtatu in tantam ceciderat miſeriam: maxime conueniens. Tuum pectus. vulnere tranſfixuz ſubaudiatur. Mea vulnera. meos dolores. Orbator noſtri. qui nos liberis orbauit atq; ſpoliauit. Paridis phebiq; ſagittis. dirigente nãq; paridis ſagittas apolline: vt et Homerus ꝛ Virgilius ſcribunt: achilles fuit interfectꝰ Mi. mihi. In genus hoc. in genus noſtrum. Vellicatur aũt hoc loco Ouidius a ſcauro apud Senecam: ꝙ neſciat relinquere q̃d bene ceſſit. Cũ enim inquit Polyxena eſſet adducta tumulo achillis immolãda: hecuba dixit: Cinis ipſe ſepulti ĩ genus hoc ſeuit. Poterat eſſe contentus. adiecit tumulo q̃z ſenſimus hoſtem. Nec hoc cõtentus adiecit. Eacide fecũda fui. aiebat ſcaurus non minus magnam virtutem eſſe ſcire deſinere q̃ ſcire diſcere. Sed hoc oratori magiſq; poete preceptum eſt. Tumulo q̃z ſenſimus hoſtem. in tumulo et ſepulchro exiſtentem. Eacide fecunda fui. ad Achillis voluptatem multos peperi filios. Euentu graui. exitu pnicioſo. Sed finita tamen ſtulte hoc dictum eſſe videtur. Si eni finita ſunt pergama: quomodo reſtant? An deleta quidem ſunt. ſed hecube reſtare videntur: q2 hoſtes perinde in eam ſeuiunt ac ſi pgama ipſa ſtarent. Soli. mihi. nã perinde in me ſeuiũt hoſtes atq; ſi finis non eſſet impoſitus bello.

Dixerat. ꝛ populꝰ lachrymas: q̃s illa tenebat:
Non tenet. ipſe etiam flens ĩuituſq; ſacerdos
Prebita coniecto rupit precordia ferro.
Illa ſuper terram defecto poplite labens
Pretulit intrepidos ad fata nouiſſima vultꝰ.
Tunc quoq; cura fuit: partes velare tegẽdas:
Cum caderet: caſtiq; decus ſeruare pudoris
Troades excipiunt: deploratoſq; recenſent
Priamidas: et qui dederit domꝰ vna cruoris.
Teq; gemũt virgo: teq; o modo regia cõiunx.
Regia dicta parens. aſie florentis imago.
Nũc etiã prede mala ſors. quã victor vlyſſes
Eſſe ſuam nollet: niſi ꝙ tñ hectora partu
Ediderat. dominũ matri vix repperit hector.
Que corpus cõplexa anime tam fortis inane:
Q̃s totiẽs pr̃ie dederat natiſq; viroq;. (fũdit
Huic quoq; dat lacrymas. lacrimas ĩ vulnera
Oſculaq; ore tegit: conſuetaq; pectora plãgit.
Caniciẽq; ſuam concreto in ſanguĩe vertens:
Plura quidẽ: ſed et hec laniato pectore dixit.
Nata tue (q̃d ei ſupereſt?) dolor vltime matris.
Nata iaces: videoq; tuũ mea vulnera pectus.
Et ne perdiderim quenq̃ ſine cede meorum
Tu quoq; vulnus habes. at te q2 femia rebar
A ferro tutam. cecidiſti et femina ferro.
Totq; tuos idem fratres. te perdidit idem
Exitium troie noſtriq; orbator achilles.
At poſtq̃ cecidit paridis phebiq; ſagittis:
Nũc certe (dixi) non eſt metuendus achilles.
Nũc quoq; mi metuẽdꝰ erat. cinis ipſe ſepulti
In genꝰ hoc ſeuit. tumulo quoq; ſẽſimꝰ hoſtẽ
Eacide fecunda fui. iacet ilion ingens:
Euentuq; graui finita eſt publica clades.
Sed finita tñ ſoli mihi pergama reſtant:

In curſuqꝫ meus dolor eſt. mõ maxima reruꝫ
Tot generis natiſqꝫ potens nuribuſqꝫ viroqꝫ
Nũc trahor exul. inops. tumulis auulſa meoꝝ
Penelope munus: que me data pẽſa trahẽteꝫ
Matribꝰ oſtẽdẽs ithacis. hec hectoris illa eſt
Clara parens. hec eſt dicet priameia coniunx.
Poſtqꝫ tot amiſſos tu nunc: que ſola leuabas
Maternos luctus: hoſtilia buſta piaſti.
Inferias hoſti peperi. quo ferrea reſto:
Quid ve moror: quo me ſeruas ãnoſa ſenectꝰ:
Quo dii crudeles. niſi quo noua funera cernã:
Viuacem differtis anum: quis poſſe putaret
Felicem priamum poſt diruta pergama dici:
Felix morte ſua eſt. nec te mea nata peremptã
Aſpicit. et vitam pariter regnumqꝫ reliquit.
At puto funeribus dotabere regia virgo:
Condeturqꝫ tuũ monumentis corpus auitis:
Non hec ẽ fortuna domꝰ. tibi munera matris
Contingẽt fletus: ꝑegrineqꝫ hauſtus harene.
Omnia perdidimus. ſupereſt cur viuere tp̃s
In breue ſuſtineam: proles gratiſſima matri:
Nunc ſolus quondã: minimus de ſtirpe virili:
Has datus iſmario regi polidorus in oras.
Quid moror ĩterea crudelia vulnera lymphis
Abluere: et ſparſos immiti ſanguine vultus:
Dixit: et ad littus paſſu procedit anili
Albentes lacerata comas. date troadas vrnã
Dixerat infelix: liquidas hauriret vt vndas.
Aſpicit eiectum polydori in littore corpus:
Factaqꝫ threiciis ingentia vulnera telis.
Troadas exclamant. obmutuit illa dolore.
Et pariter vocẽ lachrymaſqꝫ ĩtrorſus obortas
Deuorat ipſe dolor: duroqꝫ ſimillima ſaxo
Torpet: et aduerſa figit modo lumina terra.
Interdum toruos extendit ad ethera vultus.
Nunc poſiti ſpectat vultũ. nunc vulnera nati.
Vulnera precipue: ſeqꝫ armat: ⁊ inſtruit ira:
Qua ſimul exarſit: tanqꝫ regina maneret:
Vlciſci ſtatuit. peneqꝫ in imagine tota eſt.
Vtqꝫ furit catulo lactente orbata leena
Signaqꝫ nacta pedũ ſeq̃t quẽ nõ videt hoſtẽ:
Sic hecube poſtqꝫ cum luctu miſcuit iram:
Non oblita animorum. annorum oblita ſuorũ

In curſu. in ꝑſeuerẽtia. Neqꝫ enĩ finit. Modo maxima rex. ex qua felicitate in q̃s miſerias reciderit. flebiliter hecuba ꝯmemorat. Tot generis natiſqꝫ potens. hecuba priamo ſeptẽ filias ⁊ duodecĩ filios peperiſſe ſcribit. ex alijs nã-qꝫ mulieribus reliquos ad quĩquaginta vſqꝫ priamus ſuſcepit. Nũc trahor. Diſſolutũ eſt maxime querimonijs cõueniẽs. Leuabas. diminuebas: leues reddebas. Hoſtilia buſta. hoſtiũ ſepulchra et manes. Piaſti. placaſti. eſt aũt apoſtrophe ad polixenã ꝯmiſeratiõis plena. Quo ferrea reſto. ad quẽ vite exituꝫ dura ego ac in meipſam crudelis reſeruor. Quid ve moror: expecto. Differtis. in longũ tp̃s ꝓducitis. Viuacẽ anũ. me vetulã diu viuẽtẽ. Nec te mea nata. rõnibus colligit hecuba priamũ inter felices numerãdũ. At puto funeribus dotabere. exeq̃arũ honoribus ornaberis. eſt aũt ironia qua ſig̃t hecuba polyxenã ⁊ funeris ⁊ ſepulture honore cariturã. Hauſtꝰ. acceptio atqꝫ iiectio. terra nãqꝫ mortuis inijciebat. Supeſt cur viuere tp̃s. de tot filijs ĩquit meis hecuba ſolus reſtat polydorꝰ polymeſtori regi cõmẽdatus. ſed decipit hecuba. iam enĩ a polymeſtore fuerat interfectus. Datus. miſſus. Iſmario regi. polymeſtori thracie regi. naꝫ iſmarus thracie mons eſt. de hoc aũt polydoro ſic et Virgiliꝰ in tertio eneidos ſcribit. Hũc polydorũ auri quondã cũ pondere magno Infelix priamus furtim mãdarat alẽdũ Threijcio regi: cũ iam diffideret armis Dardanie: cingiqꝫ vrbẽ obſidione videret. Ille vt opes fracte teucrũ: et fortuna receſſit: Res agamẽnonias victriciaqꝫ arma ſecutus Fas oẽ abrũpit. Polydorũ obtruncat ⁊ auro vi potitur. q̃d non mortalia pectora cogis auri ſacra fames: Et ſpſos ſan-guine. infectos ſanguine. cadauera autem antiqui abluebãt. Introrſus obortas. intꝰ natas. Deuorat. ꝯſumit. Modo. interdum. Aduerſa terra. in troade vbi fuit troia e regione tracie ſita: Toruos vultus. triſticia efferatos. Poſiti. iacentis. Maneret. eſſet. In imagine in imaginatione et cogitatione pene q̃ polymeſtorem afficere poſſet. Vtqꝫ furit. ſeuit. hac aũt ſimilitudine oñdit poeta quantã irã idignationẽqꝫ concepit hecuba aduerſꝰ polimeſtorẽ filij queꝫ educãdũ ſuſcepat interfectorẽ. Hoſtẽ. catuli raptorẽ. Animorum. magnitudinis ac preſtantie animi ſui.

Nam ſe monſtrare.ait vel ſimile verbū quod eleganter pretermittitur eſt ſubaudiendū. Latens.occultum
Odryſius.polimeſtor thracius.nam odryſe vt in ſuperioribus ſcripſimus populi ſunt thracie ⁊ odryſa vrbs
eorum. Spectat truculenta.indignata.toruum pre ſe ferens aſpectum. nam truculentus dicitur aſpectu fe=
rox atqꝫ terribilis quales tauri ſunt. Falſa iurantem.peierantem. Tumida ira.ab effectu que tumidos et in
flatos hoīes reddit. Correpto.comprehenſo polymeſtore. In perfida lumina.in perfidi polymeſtoris ocu=
los.eſt enim hypallage. Expilat.extrahit.eruit. Facit ira valentem.parentheſis tacite obiectioni occurrens
Sanguine ſonti.ſanguine nocentis ac
ſcelerati polymeſtoris. Lumē.oculos
Supereſt.ſaluum eſt. Haurit.percutit
aperit. Troada.hecubam troianā. In
ceſſere.irritarī.ꝓuocare.īuadere. Rau
co cum murmure.cum voce canina.iā
enim in canem fuerat conuerſa. Et ex
re nomen habet. nā kyoſſima appella
tur.id eſt canis ſepulchrum.eſt autem
in cherſoneſo thracia iuxta abidum:vt
Strabo refert. Per ſithonios agros.
thracios.nā ſithonia ꝑs eſt thracie. Il
lius troaſqꝫ ſuos: hec ad cōnectendaꝫ
memnonis cinerum in aues cum ſupe
riore metamorphoſin a poeta inſeruntur
Ut et ipſa iouis. iuno que troianorꝫ
adeo atrox erat inimica. Non vacat au
rore.memnon titoni atqꝫ aurore filius
cum in bello troiano ab achille fuiſſet
īterfectus mater iouem rogauit vt ali
quo eum afficeret honore. iupiter au=
tem fauillas rogi ipſius congrega=
tas eiuſqꝫ ſocios in aues commutauit:
que memnonides a memnone vocate
ſingulis quibuſqꝫ annis ad ſepulchrū
illius acriter inter ſe pugnantes duci
ſuo parentare videntur. Quanqꝫ iiſdē
fauerat armis. propter titonū maritū
qui laomedontis fuerat filius:ac pria
mi frater. Lutea mater.aurora ipa mē
nonis mater rutila ac rubicunda. Non
ſuſtinuit.nō potuit. Parēs. cauſa cur
nō ſuſtinuerit ſpectare q: parens. Om
nibus inferior.in ſoluta oratione omni
um infima diceret. Aureus ether.ſplē
didum celum. Nam mihi ſunt.paren=
theſis cauſam ꝯtinens cur aurora om
nium dearum ſit infima.

Polymeſtoris excecatio.

Hecuba i canem.

Memnonis cineres i aues

Uadit ad artificem dire polymeſtora cedis:
Colloquiumqꝫ petit.nam ſe mōſtrare relictuꝫ
Uelle latens illi:quod nato redderet aurum.
Credidit odryſius:predeqꝫ aſſuetus amore
In ſecreta venit.tum blando callidus ore:
Tolle moras heccube dixit.da munera nato.
Omne fore illius qđ das.quod ⁊ ante dediſti:
Per ſuperos iuro.ſpectat truculenta loquētē
Falſaqꝫ iurantem:tumidaqꝫ exeſtuat ira.
Atqꝫ ita correpto captiuarum agmina matrū
Inuocat:et digitos in perfida lumina condit.
Expilatqꝫ genis oculos(facit ira valentem)
Immergitqꝫ manus:fedataqꝫ ſanguine ſonti
Non lumē (neqꝫ eni ſupeſt) loca luminis haurit.
Clade ſui tracum gens irritata tyranni
Troada telorum lapidumqꝫ inceſſere iactu
Cepit.at hec miſſum rauco cū murmure ſaxū
Morſibus īſequitur: rictuqꝫ ad verba parato
Latrauit conata loqui.locus extat:⁊ ex re
Nomē habet:veterūqꝫ diu memor illa malorꝫ
Tū quoqꝫ ſithonios vlulauit meſta ꝑ agros.
Illius troaſqꝫ ſuos hoſteſqꝫ pelaſgos.
Illius fortuna deos quoqꝫ mouerat omnes:
Sic omnes:vt ⁊ ipſa iouis coniunxqꝫ ſororqꝫ
Euentus hecubam meruiſſe negauerit illos.
Non vacat aurore: qꝫqꝫ iiſdem faueat armis:
Cladibus et caſu troieqꝫ hecubeqꝫ moueri.
Cura deā propior luctuſqꝫ domeſticus angit
Memnonis amiſſi:phrigiis quē lutea cāpis
Uidit achillea pereuntem cuſpide mater.
Uidit. et ille color:quo matutina rubeſcunt
Tempora:palluerat:latuitqꝫ in nubibꝰ ether.
At non impoſitos ſupremis ignibus artus
Suſtinuit ſpectare parens.ſed crine ſoluto
Sicut erat:magni genibus procūbere non eſt
Dedignata iouis:lachrymiſqꝫ has addere vo
Omnibus īferior:q̄s ſuſtinet aureus ether: (ces.
(Nam mihi ſūt totū rariſſima tēpla ꝑ orbem)

Diua tamen veni. non vt delubra dieſqꝫ
Des mihi ſacrificos calituraſqꝫ ignibꝰ aras.
Si tamen aſpicias: quantū tibi femina preſtē:
Tum cum luce noua noctis confinia ſeruo:
Premia dāda putes. ſed nō ea cura: neqꝫ hic ē
Nūc ſtatꝰ aurore: meritos vt poſcat honores.
Memnonis orba mei venio: qui fortia fruſtra
Pro patruo tulit arma ſuo: primiſqꝫ ſub ānis
Occidit a forti (ſic dii voluiſtis) achille.
Da precor huic aliquē ſolatia mortis honorē
Summe deuꝫ rector: maternaqꝫ vulnera leni.
Iupiter annuerat: cū memnonis arduus alto
Corruit igne rogus: nigriqꝫ volumina fumi
Infecere diem: veluti cum flumina natas
Exhalant nebulas: nec ſol admittitur infra.
Atra fauilla volat: glomerataqꝫ corpus in vnū
Denſatur: faciemqꝫ capit: ſumitqꝫ colorem:
Atqꝫ animuꝫ ex igni leuitas ſua prebuit alas.
Et primo ſimilis volucri. mox vera volucris
Inſonuit pennis. pariter ſonuere ſorores
Innumere: quibus eſt eadem natalis origo.
Terqꝫ rogum luſtrāt: et cōſonus exit in auras
Ter plangor. quarto ſeducunt caſtra volatu.
Tunc duo diuerſa populi de parte feroces
Bella gerunt: roſtriſqꝫ et adūcis vnguibꝰ iras
Exercent. alaſqꝫ aduerſaqꝫ pectora laſſant:
Inferieqꝫ cadunt cineri cognata ſepulto
Corpora: ſeqꝫ viro forti meminere creatas.
Prepetibus ſubitis nomē facit auctor ab illo
Memnonides dicte. cuꝫ ſol duodena peregit
Signa: parentali moriture more rebellant.
Ergo aliis latraſſe dymantida flebile viſū eſt.
Luctibus eſt aurora ſuis intenta: piaſqꝫ
Nūc quoqꝫ dat lachrymas: ⁊ toto rorat ī orbe
Non tamen euerſam troie cum menibus eſſe
Spē quoqꝫ fata ſinūt. ſacra et ſacra altā patrē
Fert hūeris venerabile onꝰ cythereius heros
De tantis opibus predam prius eligit illam:
Aſcaniumqꝫ ſuū: ꝓfugaqꝫ per equora claſſe
Fertur ab antādro: ſcelerataqꝫ littora thracū
Et polydoreo manātem ſanguine terram
Liquit: et vtilibus ventis eſtuqꝫ ſecundo
Intrat apollineam ſociis comitātibus vrbē.

Dies ſacrificos. i. in qbus mihi ſit ſacrificādū. Ignibus. ſacrificijs. Aſpicias. ꝯſideres. Quātū tibi femīa preſtē. quātū tibi ꝓſim: qꝫuis femina ſim. Noctis ꝯfinia ſeruo. hoc ē cuſtodio ne nox ſuos fines trāſeat. niſi eni aurora vigilās eſſet nox ſp videret duratura. Orba. ꝓuata. Fruſtra. qr ipſe fuit interfectus ⁊ troia euerſa. Pro patruo ſuo. p̀amo A forti achille. interfectꝰ. ꝑcuſſus. ſimi leve ꝑricipiū ſubaudiatꝛ. Maternaqꝫ vulnera leni. maternos dolores mitiga Volumina. reuolutiōes. Infecere. obſcurauere. denigrauere. Exhalāt. emittūt. Infra. nebulas ſubaudiēdū. Glomerataqꝫ. cōgregata. Faciēqꝫ capit. figurā ac formā accipit. Atqꝫ aiꝫ ex igni ſcite. aia nāqꝫ vt flāma ſp eſt in motu. vñ philoſophorū qdā dixerūt aiam eē ignē. Leuitas ſua ꝑbuit alas. i. ꝓpria fauille leuitas alas effecit. Quibus eſt eadē natalis origo. nā ⁊ ipſe ex fauillis ſunt orte. Luſtrāt. circūuolant. Plangor. clāgor. Seducūt caſtra. ſeꝑant caſtra ⁊ diuidūt ſe in duas ꝑtes. Diuerſa de ꝑte. ex ꝑtibꝰ aduerſis. Cognata. ſimul nata. Prepetibus ſubitis. ſubito natis alitibus. Auctor. mēnon earū origo. mēnonides eni a mēnone fuerunt cognoīate vt pauloāte diximus: ⁊ ipſe poeta apte teſtatꝛ. More parentali. more eorū q inferis parētāt. parētalia vero ꝓprie dñr ſacrificia q manibus fiūt Rebellāt. bellū iterū inter ſe ſuſcipiūt. Dymātida. hecubā dymātis filiā: qꝫqꝫ alij in ꝑmiſqꝫ euripides ac Vir. ciſſei regis thracie filiā fuiſſe ſcribant. Rorat. rorē fundit. Non tñ euerſam. anij apollinis delij ſacerdotis filiarū metamorphoſin in colūbas deſcripturus poeta enee pietatē prius ad delūqꝫ nauigationē cōmemorat: quo aptius fabule cōnectantꝛ. Sacra et ſacra altera patrem eneas ex incendio troiano ⁊ ſacra dee veſte et patrē anchiſen abſtuliſſe: aſcaniūqꝫ abduxiſſe: carmine quoqꝫ virgiliano eſt notū. Et ſacra altera. neqꝫ eni minus pium eſt parentibꝰ qꝫ ſacris auxiliū ferre. Cythereiꝰ heros. eneas veneris: q et cytherea dicitꝛ filius. Predaꝫ illā. ſacra ⁊ patrē. Fertꝛ ab antādro antandrus vrbs eſt ſub ida ab entādro duce cognoīata. ariſtoteles aūt ſcribit illā prius edonida fuiſſe vocatam. quo tempore a cimmeriis inhabitabatur. Liquit. qꝫuis ibi iam vrbē eniꝫ edificaſſet: vt Vir. narrat. Apollineam vrbem. delum apollinis oraculo inſignē

Enee in italiā nauigatio.

Hunc anius. hunc deli regem fuiſſe apolliniſq́ʒ ſacerdotem etiā Virgilius ſcribit. Rex anius. rex idem hominū phebiq́ʒ ſacerdos. Quo rege homines. vtebantur eſt ſubaudiendū. Delubraq́ʒ nota. clara propter oraculum. Duas ſtirpes. apollinem et dianam. Retentas. alludit ad fabulam. nam iuno ira latonam dicitur ꝑſecutā vt nuſq́ʒ quieſcere poſſet. cum vero delon conſcendiſſet: apollinem peperit atq́ʒ dianam. Thure dato flammis. hoc eſt ſacrificijs perfectis. Fibris crematis. extis combuſtis. morem autem piorum hominum exprimit poeta qui ante omnia deos ſolent venerari: vt Virgilius quoq́ʒ precipit. In primis venerare deos. Poſitis tapetibus. ſtratis tapetibus. illos autem cenaſſe ait. Tunc pius anchiſes. inquit verbum simileve ſubaudiendum facile conſtat. Cum primum quando primuʒ. Munera cerealia. cibos. Biſq́ʒ duas natas. anius quattuor habuit filias. quibus bacchus conceſſit: vt quicquid tangerent in frumētum vel vinum vel oleum commutaretur. eas cum agamēnon vi ducere vellet in expeditionem troianam vt exercitum alerent: bacchi auxilio in columbas fuiſſe conuerſas fabulantur. Vidiſti parētem. me ſubaudiamus. Pene orbum. fere carentem filijs. Tanta incōſtantia. inſtabilitas fortune. eſt autem acclamatio ſenis grauitati maxime conueniens. Quod enim mihi filius abſens auxiliū: nulli inquit ſibi eſſe auxilio filiū abſentem: q̄uis ſit viuus Andros habet. andros inſula eſt vna ex cycladibus ab andro anij filio vt ſcribit Ouidius. vt alij eurymachi denominata. Augurium. auguriorū ac vaticinandi peritiā. Voto maiora fideq́ʒ. hoc ē maiora q̄ʒ quis expetere aut credere debeat. Laticemq́ʒ meri. vinum. Baccamq́ʒ minerue: oliuā. pallas eni oliuam extulit in lucem. Diues vſus. opulenta vtilitas. Troie populator atrides. agamēnon troie depredator. Ne non putes. vt putes. Euboea duabus. euboea inſula eſt beotie adiacens admodum longa. vnde et macris fuit quondam appellata. et macra id eſt lōga: vt tradit Plinius. ſed calchodotis et calchis: ere ibi primū reperto: et abātias et aſopis. Pietas. andri fratris in ſorores. Cōſortia corpa. ſorores. Per quos. quorum virtute. Captiuis lacertis. captiuarum brachijs.

Anij filie ī colūbas

Tacta ab anij filiabus in frumētū oleum vinū.

Hūc anius: quo rege homīes. antiſtite pheb⁹
Rite colebatur: temploq́ʒ domoq́ʒ recepit:
Vrbemq́ʒ oſtendit: delubraq́ʒ nota: duaſq́ʒ
Latona quondā ſtirpes pariente retentas.
Thure dato flammis vinoq́ʒ in thura profuſo
Ceſarumq́ʒ boum fibris de more crematis:
Regia tecta petunt: poſitiſq́ʒ tapetibus altis
Munera cū liquido capiunt cerealia baccho.
Tunc pius anchiſes. o phebi lecte ſacerdos
Fallor: an et natum: cū primū hec menia vidi.
Biſq́ʒ duas natas (quātū remiſcor) habebas:
Huic anius niueis circundata tempora vittis
Concutiens et triſtis ait. non falleris heros
Maxime. vidiſti natorum quinq́ʒ parentem:
Quē nunc (tāta hoīes rerū incōſtantia verſat)
Pene vides orbum. qđ eni mihi filius abſens
Auxiliū: quem dicta ſuo de nomine tellus
Andros habet ꝑ patre locūq́ʒ ⁊ regna tenētē:
Delius augurīu dedit huic. dedit altera liber
Feminee ſtirpi voto maiora fideq́ʒ
Munera. nam tactu natarum cuncta mearum
In ſegetem laticemq́ʒ meri baccāq́ʒ minerue
Transformabantur: diueſq́ʒ erat vſus in illis.
Hoc vbi cognouit troie populator atrides:
Ne non ex aliqua veſtram ſenſiſſe procellam
Nos quoq́ʒ parte putes: armorū viribus vſus
Abſtrahit inuitas gremio genitoris: alantq́ʒ
Imperat argolicam celeſti munere gentem.
Effugiunt quo queq́ʒ poteſt. euboea duabus:
Et totidem natis andros fraterna petita eſt.
Miles adeſt: et ni dedantur bella minatur.
Victa metu pietas conſortia corpora pene
Reddidit: et timido poſſes ignoſcere fratri.
Non hic aeneas. non qui defenderet andron
Hector erat: ꝑ quos decimū duraſtis in annū.
Ianq́ʒ parabantur captiuis vincla lacertis.
Ille tollentes etiam nunc libera celo
Brachia: bacche pater fer opē dixere: tulitq́ʒ

Miro more. mirando modo. Perdere. deſtruere. delere. Ferre vocatur opē. ac ſi diceret anius perdere miro modo non eſſe opem ferre. Tue cōiugis. veneris. nā veneri colūbe ſunt dicate. Abiere. cōuerſe fuere. Talibus atq; aliis. hec idcirco a poeta narranť: vt aptius ſequentē metamorphoſin cum ſuperiore cōnectat. nā thebani cū peſtilentia laborarēt oraculū acceperunt eā eſſe ceſſaturam ſi ſe due virgines ꝓ populo deuouerent. due aūt echionis filie cū ſe imolādas tradidiſſent iāq; cremarenť duo iuuenes: qui ſtephani hoc eſt corone ſunt vocati de rogi fauilla viſi ſunt exire exequiaſq; matrū celebrare. Antiquā matrē. italiā. vnde dardanus in phrigiā fuerat ꝓfectus. ſic ⁊ Uir. Dardanide duri que vos a ſtirpe parentū Prima tulit tellus: eadē vos vbere leto Accipiet reduces: antiquā exquirite matrē. Hic domus enee cunctis dominabiť annis: Et nati natorū et qui naſcenť ab illis. Nepoti. aſcanio Iſmenius. thebanus. ab iſmeno beotie fluuio. Alcon mileus. nō milei fili⁹ ſed a patria ſic cognoīatus. mile nāq; nomē eſt duarū vrbiū quarū altera eſt in ſicilia altera in theſſalia. duo aūt fuerunt alcones clari. hic argentarius faber: et alter crethenſis arte ſagittandi inſignis. Longo argumēto. ꝓlixa materia. Urbs erat. in illo cratere celata. Thebe aūt beotie fuerāt ſculpte. He pro noīe erant. nā ſeptem porte ſignificant eas eſſe thebas beotias. thebe eñ beotie ſeptē portas habuiſſe dicuntur Effuſeq; comas. diffuſas ⁊ ſparſas comas et pectora apta habentes. eſt enī ſynecdoche poetica. Lābunt arentia ſaxa. herbe nāq; oēs aruerant. Natas ab echione. filias echionis thebani. Non femineū. timidū: ſed virile ⁊ audax. Coronas. latie dixit. nā apud grecos ſtephani vocanť. Sūmus. in ſummitate. Hactenus antiquo. ſigna inq̇t hactenus enumerata in antiquo ere ſculpta erant. ſed crateris ſūmitas in aurato achanto cingebať. Signis. ſimulachris. Erat aſper. celatus. nā vaſa celata aſpera ſunt. Inaurato achantho. achantus frutex eſt ſpinoſus ſemper florens. Uirgi. in geor. et bacchas ſemper florentis achanti. Leuiora. minora. Remittunt. retribuunt. Inde recordati teucros. apollinis oraculū non percipiētes troiani in cretā nauigarūt primā enim originem ſe putabant ducere a teucro ſcamādri cretēſis filio: q̇ in phrigiā profect⁹ arceꝫ troianā edificauit. ſed ante eum dardanus iam ea loca ceperat habitare. Iouem. aerem. nā vt ſcribit Uir. peſtilentia laborare ceperunt. Centumq; relictis vrbibus. creta inſula hecatonpolis ab homero vocať: ꝙ centū vrbibus fuerit ornata.

Muneris auctor opem: ſi miro perdere more
Ferre vocatur opem: nec qua ratione figuram
Perdiderint potui ſcire: aut nūc dicere poſſū
Sūma mali nota eſt. pennas ſumpſere tueq;
Coniugis inuolucres niueas abiere colūbas.
Talibus atq; aliis poſtq; conuiuia dictis
Impleuerunt: menſa ſomnum petiere remota.
Cūq; die ſurgunt: adeuntq; oracula phebi.
Qui petere antiquā matrem cognataq; iuſſit
Littora. proſequitur rex: et dat munus ituris.
Anchiſe ſceptrū. chlamidē pharetrāq; nepoti
Craterem enee: quem quondam miſerat illi
Hoſpes ab aoniis therſes iſmenius oris.
Miſerat hunc illi terſes. fabricauerat alcon
Mileus: et longo celauerat argumento.
Urbs erat: ⁊ ſeptem poſſes oſtendere portas.
He pro noīe erant: et que foret illa docebant.
Ante vrbem exequie tumuliq; igneſq; rogiq;:
Effuſeq; comas et aperte pectora matres
Significant luctū. nymphe quoq; flere vidēť:
Siccatoſq; queri fontes. ſine frōdibus arbor
Nuda riget. lambunt arentia ſaxa capelle.
Ecce facit medius natas ab echione thebis.
Hanc nō femineum iugulo dare pectus apto.
Illam demiſſo per fortia pectora telo
Pro populo cecidiſſe ſuo: pulchriſq; per vrbē
Funeribus ferri: celebriq; in parte cremari.
Tum de virginea geminos exire fauilla:
Ne gen⁹ intereat: iuuenes quos fama coronas
Nominat: et cineri materno ducere pompam.
Hactenus antiquo ſignis fulgentibus ere
Summus inaurato crater erat aſper acātho.
Nec leuiora datis troiani dona remittunt.
Dantq; ſacerdoti cuſtodem thuris acerram.
Dant paterā claramq; auro gēmiſq; coronā.
Inde recordati teucros a ſanguine teucri
Ducere principium cretam tenuere: lociq;
Ferre diu nequiere iouem: centumq; relictis

Duo iuuenes e rogi fauilla.

Auſonios.italos.auſonia nanqȝ italia ab auſonibus populis fuit cognominata. Strophadumqȝ receptos. ſtrophades inſule ſunt in mari ionio due iuxta zacyntū apo tis ſtrophis.hoc eſt a ↄuerſione zete et calais dicte.nam illuc vſqȝ harpyias ↄſecuti retro rediere. Aello.nomē eſt vnius harpyiarū.que tres eſſe fingunt neptuni et terre filie. Aello.ocypite et celeno. Et iam dulichios portus.dulichiū.itacha.ſamus iſule ſunt in ionio mari quibus imperauit vlyſſes. Samus quidē inſula eſt in mari ionio tetrapolis:hoc eſt quattuor vrbiū e quibus vna ſame vocatur.vnde Vir.iam medio apparet curſu nemoroſa zacynthos Dulichiūqȝ ſameqȝ ꝛ neritos ardua ſaxis. Tametſi vt ſtra. narrat:vrbs quoqȝ interdū ſamos vocetur.eſt etiam ſamos inſula carie adiacens clariſſima: que prius et parthenia et dryuſa et anthemuſa et melamphylos fuit appellata. ſciendū eſt aūt ſamos a priſcis grecis editiora et altiora loca arcibus ſtruendis apta conſueſſe vocari:vt idē ſtrabo inquit. Neritiaſqȝ domos. neritus et mons eſt in ithaca inſula eſt vrbs:vt Stra. refert. que et leucas appellatur. vñ neritius poſſeſſiuum. Certatam lite deorū ambraciaȝ. ambracia vrbs eſt epiri ab ambrace telproti filio dicta: vel vt alij dicunt:ab ambracia egei filia: quā auguſtus apud actiū promontorium victo antonio amplificauit vna cum templo apollinis actiaci: eāqȝ nicopolim appellauit.hoc eſt victorie vrbem.ab ambracia vero ſinus dicitur ābracius anguſtis admodum faucibus ſpacioſum equor accipiens. Certatā. participiuȝ contra grāmatices rōnem formatum de qua dij certarunt. qui vero fuerint dij illi ac iudex qui in ſaxum fuit mutatus non memini me legiſſe. Ab apolline.ob apollinis actiaci templū.illuc eī ad quinquēnales ludos multi populi confluebant. Actiaco. qui apud actiū colebat.actiū ſane et vrbis ꝛ templi et ꝓmontorij nomē eſt.vñ actiacum declinatur.

Iudex in ſaxum.

Filij moloſſi in aues.

Scylla in monſtruȝ.

Vrbibus auſonios optāt contingere portus.
Seuit hyems iactatqȝ viros:ſtrophadūqȝ receptos
Portib⁹ infidis exterruit ales aello.
Et iam dulichios portus itacamqȝ ſamumqȝ
Neritiaſqȝ domos regnum fallacis vlyſſei
Pretereunt vecti certatam lite deorum
Ambraciā: verſiqȝ vident ſub imagine ſaxum
Iudicis:actiaco que nūc ab apolline nota eſt:
Vocalemqȝ ſua terram dodonida quercu.
Chaonioſqȝ ſinus:vbi nati rege moloſſo
Impia ſubiectis fugiere incendia pennis.
Proxima pheacum felicibus obſita pomis
Rura petunt.epiros ab his:regnataqȝ vati
Butrotos phrigio:ſimulataqȝ troia tenetur.
Inde futurorum certi:que cuncta fideli
Priamides helenus monitu predixerat:ītrāt
Sicaniā.tribus hec excurrit in equora linguis.
E q̄bus ibriferos verſa ē pachyn⁹ ad auſtros.
Mollib⁹ expoſitū zephiris lilybeō.ad arctos
Equoris expertes ſpectat boreamqȝ pelorus.
Hanc ſubeunt teucri.remis eſtuqȝ ſecundo

Terram dodonida.dodone vrbs eſt epyri. vnde iupiter dodoneus.dicta eſt autem a dodone nympha:vel a dodono iouis et europe filio. Sua quercu.nā in nemore querno dodone vicino columbas dediſſe reſponſa ex ſententia dodoneorū antiſtitū herodotus ſcribit:qui aſſeruere geminas ex egypto columbas euolaſſe.vtrāqȝ nigrā.vnam quidē in aphricam:alteram vero ad ipſos que fago inſidens humana voce locuta ſit:eo loci iouis oraculū condi debere. et ſe interpretatos eſſe: quod ipſis annūciaret diuinitus fieri.et ob id ſe ita feciſſe.dodoneū aūt oraculū omniū grecie oraculorū fuit vetuſtiſſimū. Chaonioſqȝ ſinus.chaones populi ſunt epiri.vñ et chaonia:vt ſcribit Pli.fuit dicta.quāuis Virgilius aſſerat a chaone troiano fuiſſe cognominatā. Vbi nati rege moloſſo.hec fabula mihi eſt ignota.ſignificat autē poeta moloſſi filios in aues fuiſſe conuerſos. Proxima pheacum.enee nauigationē deſcribit poeta.quo in ſiciliam tandem perueniat.vbi acis iuuenis in fluuium ſui nominis fuit conuerſus. Pheacum. pheaces populi corcyte inſule dicti a pheace filio neptuni et cercyre aſopi filie:a qua etiā inſula cercyra fuit cognominata.nam antea drepane et ſcheria vocabat. Epiros ab his.poſt hec.nā in italiam nauigantibus a corcyra occurrit epirus regio in qua eſt buthrotus olim romanorum colonia. nam epiros et proprium eſt regionis et generale nomen:ſignificatqȝ continentem. terra enim in tres epiros et cōtinentes dicitur diuiſa aſiam.europam affricā. Buthrotos autem vrbs eſt haud longe a corcyra diſtās. a primo habitatore ſic dicta. Phrigio vati.heleno priami filio. Sicaniam.ſiciliam.que tria habet promontoria.pachinum. lilybeū et pelorum. Tribus linguis.tribus promontorijs.quorum pachynus greciam.lilybeum aphricam.pelorus italiam ſpectat. E quibus pachinus verſa eſt. Figurata eſt locutio.verſa enī ad linguā refert non ad pachinum. Ad auſtros.ad meridiem vnde flat auſter. Mollibus zephiris.molliter ac ſuauiter flantibus. lilybeū autē et vrbs eſt ſicilie et promontoriū in occidentē verſus vnde flat zephirus ſpectans. Ad arctos.ad ſeptentrionem.pelorus aūt dictus eſt a peloro claſſis hannibalis gubernatore ibi ſepulto.

Acis i fluuium.

Zanclena harena.zancle vrbs eſt ſicilie a zanclo gigāte:vel a zancle fonte dicta:vt ſcribit hecateus.alij aūt ꝙ ibi ſaturnus occultauit falcē qua patris teſticulos amputauit.nā ſiculi falcē zanclon vocant:vt ſtephan⁹ de claris vrbibus tradit.Strabo aūt ſcribit eandē eſſe cum meſſena a meſſenijs cōditoribus ſic vocata.zanclem vero antea vocatā ꝙ in curuo littore ſita foret.zanclia nanq; vocari curua. Scylla latus dextrum:due fuerunt ſcylle a poetis decantate:quarū altera niſi filia in auem fuit commutata.altera phorci filia in monſtrum:qḋ in freto ſiculo nauigantibus inſidiat:cuius fabulam in pricipio libri ſequētis plene poeta exponit

Sūb noctem potitur zanclea claſſis harena.
Scylla latus dextrū.leuū irreq̄eta charybdis
Infeſtāt.vorat hec raptas reuomitq; carinas
Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum
Virginis ora gerens:et ſi non omnia vates
Ficta reliquerunt:aliquo quoq; tēpore virgo.
Hanc multi petiere proci:quibus illa repulſis
Ad pelagi nymphas pelagi ḡtiſſima nimphiſ
Ibat:et eluſos iuuenum narrabat amores:
Quā dū pectēdos prebet galathea capillos:
Talibus alloquitur referens ſuſpiria dictis.
Te tamen o virgo genus haud immite virorū
Expetit:vtq; facis:potes his impune negare
At mihi:cui pater eſt nereus.quā cerula doris
Enixa eſt:que ſum turba quoq; tuta ſororum:
Non niſi per luctus licuit cyclopis amorem
Effugere.et lachryme vocē īpediere loquētis
Quas vbi marmoreo deterſit pollice virgo:
Et ſolata deam eſt:refer o gratiſſima dixit:
Neve tui cauſam tege (ſum tibi fida) doloris.
Nereis his cōtra reſecuta cratheide natā eſt.
Acis erat fauno nymphaq; ſimethide cretus:
Magna quidē patriſq; ſui matriſq; voluptas.
Noſtra tamē maior.nam me ſibi iunxerat vni
Pulcher:et octonis iterum natalibus actis
Signarat teneras dubia lanugine malas.
Hunc ego.me cyclops nullo cū fine petebat.
Nec ſi queſieris:odium cyclopis:amor ne.
Acidis in nobis fuerit preſtantior edam.
Par vtrūq; fuit.proh quanta potentia regni
Eſt venus alma tui.nēpe ille immitis:ꝛ ipſis
Horrendus ſiluis:et viſus ab hoſpite nullo
Impune.et magni cū diis ꝯtemptor olympi:
Quid ſi amor ſentit:noſtriq; cupidine captus
Vritur oblitus pecorum antrorumq; ſuoruꝫ.
Iāq; tibi forme:iāq; ē tibi cura placēdi. (los
Iam rigidos pectis raſtris polypheme capil-
Iam libet hirſutam tibi falce recidere barbā.

Carybdis vero vetula fuit voraciſſima que cum herculi bouez furata eſſet ab illo in fretū proiecta in monſtrū marinum fuit cōuerſa:qḋ adhuc priſtinam retinet rapiendi naturā.nā illac tranſeuntes naues ad ſe rapit:deuoratq; ac reuomit.vnde Seneca in thyeſte. Qḋ rapax hauſit r̄uomit charybdis. Quā dū pectēdos.galathea nerei ꝛ doridis fuit filia que amore acidis capta polyphemū ciclopē ſe amātē fugiebat. ſed cum ciclops eam in gremio acidis reſidentē deprehendiſſet:ira correptus ingens ſaxū in illos cōiecit:quo acis obtritus (nā galathea aufugerat) in fluuium ſui nominis fuit conuerſus. Et lachryme vocē impediere loquētis. elegāter poeta mollis nymphe mores effingit. Marmoreo pollice. cādidis digitis. Virgo.ſcylla. Deam. galatheaꝫ Nereis.galathea nerei filia. His reſecuta.his verbis reſpondit. Cratheide natam.ſcyllā phorci ꝛ cratheidis nymphe filiā.crathis aūt fluuius eſt calabrye cuius filia mater ſcylle fuiſſe videtur. Nympha ſimethide. ſimeti fluuij filia. Et octonis.ſexdecim annos natum acim fuiſſe ſignificat. Dubia lanugine.adeo tenui vt vix videretur in dubioq; eſſet vtr̄ pubeſcere cepiſſet acis Nullo cum fine. ſine fine. id eſt vehementer. Nec ſi queſieris. vtrū maiori odio ciclopē.an amore acidem proſequeretur ignorat. Nec edam.nec edere et dicere poſſim. Preſtātior.maior.vehementior. Par vtrunq; fuit. equale vtrunq; fuit ꝛ odium quo cyclopem.ꝛ amor quo acidem proſequebatur ſcylla. Impune.ſine pena. omnes enī ad ſe venientes interficiebat polyphemus Raſtris.pulchra emphaſis qua capillorum polyphemi et magnitudo et dēſitas innuitur: vt qui non pectinibus ſed raſtris pecterentur.

Et componere vultus. gratos efficere vultus et iucūdos: vt amice poſſit placere. Telephus interea. telephus quidem legitur. ſed telemus legendum eſſe facile ex theocrito colligitꝛ. nam telemus eurymi filius inter cyclopas vates fuit egregius qui poliphemo predixit oīa quecunqꝫ ab vlyſſe paſſus eſt Quē nulla fefellerat ales. auguriorū peritiſſimū telemū fuiſſe oſ̄dit. Altera iam rapuit. galathea. ad id aūt alludit qđ ceci fingūtꝛ eſſe amantes. Sic. huiuſmodi dictis. Degrauat. deprimit Prominet in pontum. topographia. Deſcribit enī ꝓmontoriū poeta in qđ ſe polyphemus recepit. Prominet. ꝓcurrit. Cuneatus collis. in cunei ſimilitudinem factus. Vtrunqꝫ latus. et dextrū et ſiniſtrū. Huc. illuc in illum collem. Mediuſqꝫ reſedit. in medio. qđ enim loci eſt: ad hominē eſt relatū. Lanigere pecudes. pecora et oues. Cui poſtqꝫ pinus. ꝑ emphaſim quantꝰ fuerit poliphemus poeta oſtendit pinum pro baculo ei geſtandā attribuēs: ex q̃ malus nauis cōmode fieri potuiſſet. Paſtoria ſibila. paſtorales cātꝰ. Hauſi. audiui. Notaui. memorie cōmendaui. Candidior folio. cantilena ciclopis laudes galathee cōtinens tam apte deſcribitꝛ a poeta vt nihil expoſitione indigere videatur. ſumpta autē ex theocrito eſſe videtꝛ. Niuei liguſtri. candidi floris. eſt aūt liguſtrū viole genus candidiſſime. Procerior. longior atqꝫ rectior. Alno. alnus arbor eſt in ripis fluminū in magnā altitudinē creſcēs. Leuior. leuigator. terſior. politior. Seuior indomitis. hactenus galatee virtutes fuerunt enumerate. nunc vicia referūtur. Seuior. ferocior. Annoſa quercu. vetere multorū annorū. Fallacior vndis. mari quod in temporis momenta mutatꝛ. Lentior. flexibilior. mutabilior Aſperior tribulis. tribulꝰ herba eſt ſpinoſa ſegetibus inimica. Truculentior terribilior. Feta vrſa. vrſa que peperit Calcato hydro. preſſo ſerpēte: qui maxime calcatus ſeuire ſolet. Demere. eripere. Fugacior. velocior ad fugiendū. At bene ſi noris. me ſubaudiamꝰ. enumerat autē polyphemus omnia quecunqꝫ ſibi adſunt bona: quo galateam in ſuum pelliciat amorem. Labores. ſtudeas ac nitaris.

Poliphemi cantilena.

Et ſpectare feros in aqua: et cōponere vultus.
Cedis amor feritaſqꝫ ſitiſqꝫ immenſa cruoris
Ceſſant: et tute veniūt abeuntqꝫ carine.
Telemus interea ſiculum delatus in equor.
Telemꝰ eurymides: quē nulla fefellerat ales:
Terribilē polyphemō adit: lumēqꝫ qđ vnum
Fronte geris media: rapiet tibi dixit vlyſſes.
Riſit: et o vatum ſtolidiſſime: falleris: inquit.
Altera iam rapuit. ſic fruſtra vera monentem
Spernit: et aut gradiens ingenti littora paſſu
Degrauat: aut feſſꝰ ſub opaca reuertitꝛ antra.
Prominet in pōtum cuneatus acumine lōgo
Collis. vtrunqꝫ latus circūfluit equoris vnda.
Huc ferus aſcēdit cyclops: mediuſqꝫ reſedit.
Lanigere pecudes nullo ducente ſecute.
Cui poſtqꝫ pinus: baculiqꝫ prebuit vſum:
Ante pedes poſita eſt antemnis apta ferēdis:
Sumptaqꝫ arūdinibus ꝯpacta eſt fiſtula cētū:
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.
Senſerunt vnde. latitans ego rupe meiqꝫ
Acidis in gremio reſidēs ꝓcul auribus hauſi
Talia dicta meis. auditaqꝫ verba notaui.
Candidior folio niuei galatea liguſtri
Floridior prato. longa procerior alno.
Splendidior vitro. tenero laſciuior hedo.
Leuior aſſiduo detritis equore conchis.
Solibus hibernis. eſtiua gratior vmbra.
Nobilior pomis. platano conſpectior alta.
Lucidior glacie. matura dulcior vua.
Mollior et cygni plumis: et lacte coacto.
Et ſi non fugias: riguo formoſior horto.
Seuior indomitis eadem galatea iuuencis.
Durior annoſa quercu. fallacior vndis.
Lentior et ſalicis virgis et vitibus albis.
His īmobilior ſcopulis. violentior amne.
Laudato pauone ſuperbior. acrior igni.
Aſperior tribulis. feta truculentior vrſa:
Surdior equoribus. calcato īmitior hydro.
Et quod precipue: ſi poſſem: demere vellem:
Non tantum ceruo claris latratibus acto:
Verum etiā ventis volucriqꝫ fugacior aura.
At bene ſi noris: pigeat fugiſſe: moraſqꝫ
Ipſa tuas damnes: ⁊ me retinere labores.

Sunt mihi pars mõtis. viuo pendentia ſaxo
Antra: quibus nec ſol medio ſentitur in eſtu.
Nec ſentitur hyẽs. ſũt poma grauãtia ramos.
Sunt auro ſimiles longis in vitibus vue.
Sunt et purpuree. tibi et has ſeruamꝰ ⁊ illas.
Ipſa tuis manibus ſilueſtri nata ſub vmbra
Mollia fraga leges. ipſa autũnalia corna:
Prunaqꝫ non ſolum nigro liuentia ſucco:
Verũetiã generoſa: nouaſqꝫ imitantia ceras:
Nec tibi caſtanee me cõiuge. nec tibi deerunt
Arbutei fetus. omnis tibi ſeruiet arbor.
Hoc pecꝰ oẽ meũ eſt. mlͭe quoqꝫ vallibꝰ errãt.
Multas ſilua tegit. multe ſtabulant in antriſ.
Nec ſi forte roges: poſſem tibi dicere: qͦt ſunt
Pauperis ẽ numerare pecus. de laudibꝰ haꝝ
Nil mihi credideris. p̄ſens potes ipſa videre.
Ut vix circũeat diſtentum cruribus vber.
Sunt fetura minor tepidis in ouilibus agni.
Sunt quoqꝫ par etas aliis in ouilibus hedi.
Lac mihi ſemꝑ adeſt niueũ. pars inde bibẽda.
Seruatur. partez liquefacta coagula durant.
Nec tibi delicie faciles vulgataqꝫ tantum
Munera contingent: dame leporeſqꝫ capreqꝫ:
Parqꝫ colũbarũ: demptuſve cacumĩe nidus.
Inueni geminos: qui tecum ludere poſſint
Inter ſe ſimiles: vix vt dignoſcere poſſis:
Villoſe catulos in ſummis montibus vrſe.
Inueni: et dixi: domine ſeruabimus iſtos.
Iam modo ceruleo nitidũ caput exere ponto.
Iam galatea veni. nec munera deſpice noſtra.
Certe ego me noui: liquideqꝫ in imagine vidi
Nuper aque: placuitqꝫ mihi mea forma vidẽti
Aſpice ſim quantus. non eſt hoc corꝑe maior
Iupiter in celo. nam vos narrare ſoletis
Neſcio quẽ regnare iouẽ. coma pluria toruos
Prominet ĩ vultꝰ. humeroſqꝫ vt lucꝰ obũbrat.
Nec mea ꝙ duris horrent denſiſſima ſetis
Corpa: turpe puta. turpis ſine frõdibꝰ arbor.
Turpis equus: niſi colla iube flauentia velẽt.
Pluma tegit volucres. ouibꝰ ſua lana decori
Barba viros hirteqꝫ decent ĩ corꝑe ſete. (eſt.
Vnũ eſt in media lumẽ mihi fronte. ſed inſtar
Ingentis clypei. quid: non hec omnia magno

Pendentia atra. ſuſpenſe et alte ſpelũce. Sunt poma grauantia ramos. deꝑmentia. pomorũ aũt magnitudinem ſignificat polyphemus: q̃ tanta ſunt vt ramos degrauent. Auro ſimiles. albe. bene mature. tunc eni ſunt aurei coloris. Mollia fraga. ſuauia. Leges. colliges. Autũnalia. autũni tp̄e matureſcẽtia. Corna aũt ſunt bacce rubicunde ĩ medio nucleũ duriſſimũ habentes. vñ Vir. lapidoſaqꝫ corna. Verũetiã gñoſa. aurei ac crocei coloris nouiſqꝫ ceris ſimillima. Arbutei fetus. arbuti fructꝰ Eſt aũt arbutꝰ humilis arbor poma ferens rubicũda. Hoc pecus oĩe meũ. he oẽs mee ſunt oues. Circũeat. circũdet. Diſtentum vber. plena vbera. Significat aũt ingreſſum ouiũ magnitudine vberũ impediri. Aliis in ouilibus hedi. in aliis ſtabulis q̃ a capris caꝑlia vt ab ouibus ouilia vocant. Durant. condẽſant ĩ caſeũ. Delicie faciles. q̃ facile haberi poſſunt. Vulgata munera. vulgaria dona. q̃les ſũt dame. lepores capre. colũbe. Demptuſqꝫ cacumĩe nidus. de arboris ſummitate acceptus. Inueni geminos. hec ſunt illa munera: q̃ non eſſe vulgaria polyphemꝰ ait. Dñe. amice. amatores nãqꝫ amicas appellare dñas ſolent. Tibullus. Quã iuuat. imitis ventos audire cubantẽ. Et dñam tenero continuiſſe ſinu. Exere. emitte. Certe ego me noui. ſe q̊ꝫ formoſum eſſe colligit polyphemus. Quantus. q̃ꝫ magnus. Neſcio quez regnare iouem. cũ quodam contemptu hoc ait polyphemus. vt qui ab omĩ religione eſſet alienus. Nec mea ꝙ duris horrẽt denſiſſima ſetis. hypallage eſt. nã dura corpora denſiſſimis ſetis intelliguntur horrere. Colligit aũt multis ſimilibus polyphemus pilos ⁊ ſetas potius ſibi decori q̃ꝫ dedecori eſſe. Velent. tegant Hirte ſete. erecte. Unum eſt media lumen mihi fronte. Hipophore et obiectioni q̃ fieri poſſet occurrit polyphemus: faterurqꝫ ſe vnũ quidem dũtaxat oculuz habere: ſed ita magnum vt par duobus eſſe poſſit. Sed inſtar. ad magnitudinẽ et ſimilitudinem magni ſcuti. Quid: non hec omnia magno. exemplo ſolis polyphemus oſtendit vnicuz oculum ſibi ornamento eſſe: cũ ſol qui omnia videt: vno ſit oculo contentus.

Meus genitor.neptunus. In veſtro equore.vbi vos viuitis o nereides.Tibi ei ſuccūbimus vni.ſubijcimus nos tibi ſoli.Sperne.contēne.Nerei.galatea nerei filia.eſt enī vocādi caſus.Huius contēptus.quo me ſpernis.Patiētior.tolerantior. Placeatqꝫ ſibi.pulcher ſibi videať:ſuaqꝫ forā ſuperbꝰ ſit. Modo copia detur.modo ip̄m comp̄hendere poſſim. Hec aūt cū maxima indignatōne a polyphemo iactata fuere.Sentiet eſſe mihi.hoc eſt cognoſcere me pro menſura tā magni corporis vires habere.Trahaz.extrahā. Diuulſa.diſcerpta.Si ſe tibi miſceat. ſi tecuz coeat atqꝫ concūbat.Vror.crucior.Leſus ignis.offenſus amor.Exeſtuat.feruet.inflāmať. Acrior. acrius et vehementius.nomen enī pro aduerbio poniť.Cū ſuis viribus.cū ſuis ignibꝰ.Vires enī etne incēdia ſunt aſſidua.Moueris.cōmoueris ad miſericordiam vt mihi morē geras.Ferus.terribilis. Ignaros.neſcios nos videri: eoqꝫ ſecuros.Veneris veſtre.veſtre voluptatis. Veſtris regnis.in veſtra aquaꝝ regna Quāuis extremus angulus.ꝗꝫuis vltima pars anguli. Hinc vero colligitur ꝗꝫ magnū fuerit illud ſaxuz:qđ in acin polſphemus iecit.Obruit.texit.cooperuit. Per fata.permittentibꝰ fatis.Vires auitas.vires ſimethi fluuij:vt ī fluuiū conuerteret.Tum moles tacta dehiſcit.tum rupes percuſſa aperiť:Properataqꝫ ſurgit arūdo. p̄perata quidez legiť:ſed procera hoc eſt recta et longa arundini magis cōuenire videtur.Tametſi p̄perata. p̄perāter ac feſtinanter nata itelligi poſſit.Extitit.extra ſtetit. Incinctus iuuenis flexis.Sic quidem legitur.Sed inflexis forſitan et cinctꝰ ſic eſt legendum:vt vtrūqꝫ in alterius locum transferať:hoc modo. Inflexis iuuenis cinctus noua cornua cannis. nā fluuioꝝ dīi cornua habere finguť: qđ boum ſimiles eſſe dicuť: ⁊ p̄pter ſtrepitū ⁊ p̄pter circunflexiones:quas cornua vocant.Cincta aūt cornua cannis idcirco habere finguntur: ꝙ fere ī ripis fluminū arūdines naſcuť.Cerulus.niger.

Sol videt e celo:ſolis tamen vnicus orbis.
Adde:ꝙ in veſtro genitor meꝰ equore regnat.
Hunc tibi do ſocerum.tantū miſerere:p̄ceſqꝫ
Supplicis exaudi.tibi enī ſuccumbimus vni.
Quiqꝫ iouē⁊ celū ſp̄no:⁊ penetrabile fulmen:
Nerei te vereor.tua fulmine ſeuior ira eſt.
Atqz ego contēptus eſſem patientior huius:
Si fugeres omnes.ſed cur cyclope repulſo
Acin amas:preferſqꝫ meis amplexibus acin
Ille tamen placeatqꝫ ſibi:placeatqꝫ licebit:
Qđ nollem:galatea tibi:modo copia detur:
Sentiet eſſe mihi tanto pro corpore vires.
Viſcera viua trahā:diuulſaqꝫ mēbra p̄ agros:
Perqꝫ tuas ſpargā:ſi ſe tibi miſceat vndas.
Vror enī:leſuſqꝫ exeſtuat acrior ignis.
Cūqꝫ ſuis videor tranſlatam viribus etnam
Pectore ferre meo.nec tu galathea moueris.
Talia nequicquā queſtus(nā cuncta videbam)
Surgit:et vt taurus vacca furibūdus adēpta
Stare nequit:ſiluaqꝫ et notis ſaltibus errat:
Cum ferus ignaros nec quicquā tale timētes
Me videt atqꝫ acin.videoqꝫ exclamat: et iſta
Vltima ſit:faciam veneris concordia veſtre.
Tantaqꝫ vox:quantā cyclops iratus habere
Debuit:illa fuit.clamore perhorruit etna.
Aſt ego vicino pauefacta ſub equore mergor.
Terga fuge dederat cōuerſa ſimethiꝰ heros.
Et fer opem galatea p̄cor.mihi ferte parētes.
Dixerat.et veſtris periturū admittite regnis.
Inſequiť cyclops:partēqꝫ e monte reuulſam
Mittit:et extremus quāuis p̄uenit ad illum
Qui viret:et templũ romani regis obũbrat.
Paret:et in terram pictos delapſa per arcus
Herſiliam iuſſis compellat vocibus iris.
Illa verecundo vix tollens lumina vultu.
O dea nãq; mihi nec que ſis dicere prõptũ eſt:
Et liquet eſſe deam duc o duc inquit et offer
Coniugis ora mihi: quẽ ſi modo poſſe videre
Fata ſemel dederit:celum accepiſſe videbor.
Nec mora.romulos cum virgine thamantea
Ingreditur colles.ibi ſidus ab ethere lapſum
Decidit in terras:a cuius lumine flagrans
Herſilie crinis cum ſidere ceſſit in auras.
Hanc manibus notis romane conditor vrbis
Excipit:et priſcum pariter cum corpore nomẽ
Mutat:orãq; vocat q̃ nũc dea iũcta q̃rino eſt.

## P. Ouidii Naſonis metamorphoſeos liber quindecimus.

Queritur interea quis tãte pondera molis
Suſtineat:tantoq; queat ſuccedere regi.
Deſtinat imperio clarum prenuncia veri
Fama numam non ille ſatis cognoſſe ſabine
Gentis habet ritus.animo maiore capaci
Concipit:et que ſit rerum natura requirit.
Huius amor cure patria curibuſq; relictis
Fecit:vt herculei penetraret ad hoſpitis vrbẽ
Grata quis italicis auctor poſuiſſet in oris
Menia querenti:ſic e ſenioribus vnus

Raphaelis regij in quintumdecimum metamorphoſeos Ouidij librũ enarrationes.

Queritur interea.quo commodius et librum libro et metamorphoſin metamorphoſi coniungat poeta:eorum ſequitur opinionem qui ſentiunt numam pompiliuꝫ in magnam greciam iuiſſe vt pythagoricis dogmatibus inſtrueretur. quã quidem opinionem liuius compluribus refellit argumentis ſed hoc potiſſimũ q᷑ pythagoras tempore nume non fuit. Tante molis.tanti imperij per tranſlationem tanto regi quantus fuit romulus. Claruꝫ numã. nobilẽ ſua iuſticia atq; integritate notũ numa enĩ pompilius curibus in ſabinis ortus vir iclita iuſticia et religione conſultiſſimuſq; vt in illa quiſq; etate eſſe poterat omnis diuini atq; humani iuris:viſus eſt ſenatui populoq; romano dignus: qui romulo in regno ſuccederet. Ritus.mores. Requirit.inquirit ſcrutatur. Huius amor cure. cupiditas perdiſcende rerum nature. Curibuſq; ſabinis.cures vt numa pompilius ad pythagorã ſtrabo narrat opulentiſſima fuit ſabinorum vrbs ex qua euocati ſunt. T. Tatius et numa pompilius reges.vnde romani quirites fuere cognomiati.ſic enim ab ijs appellantur qui conciones ad populum habent. Penetraret.cuꝫ difficultate iret. per varios nanq; populos illum tranſire oportuit. Herculei hoſpitis. crotonis.nam croton redeũtem ex hiſpania herculem cũ gerionis armentis hoſpicio ſuſcepit.a quo etiã didicit futurum tẽpus quo illic ciuitas inſignis noie

Rettulit indigenis veteris non inſcius eui.
Diues ab oceano bobus ioue natus hiberis
Littora felici tenuiſſe lacinia curſu
Fertur. et armento teneras errante ꝑ herbas
Ipſe domũ magni nec ĩhoſpita tecta crotonis
Intraſſe: et requie longum releuaſſe laborem.
Atqꝫ ita diſcedẽs auo dixiſſe nepotum.
Hic locus vrbis erit: promiſſaqꝫ vera fuerunt
Nam fuit argolico generatus alemone q̃daꝫ
Micylus illius diis acceptiſſimus eui.
Nũc ſuper incũbẽs preſſuꝫ grauitate ſoporis
Clauiger alloquitur. lapidoſas eſaris vndas
I pete diuerſi. patrias age deſere ſedes.
Et niſi paruerit: multa ac metuẽda minatur.
Poſtea diſcedunt pariter ſomnuſqꝫ deuſqꝫ.
Surgit alemonides: tacitaqꝫ recentia mente
Viſa refert: pugnatqꝫ diu ſententia ſecum.
Numen abire iubet. ꝓhibent diſcedere leges.
Penaqꝫ mors poſita ẽ patriã mutare volẽti.
Cãdidus oceano nitidũ caput abdiderat ſol.
Et caput extulerat denſiſſima ſiderum nox.
Viſus adeſſe idem deus eſt: eademqꝫ monere
Et niſi paruerit: plura et grauiora minari.
Pertimuit: patriũqꝫ ſimul transferre parabat
In ſedes penetrale nouas. fit murmur in vrbe
Spretarũqꝫ agitur legũ reus: vtqꝫ peracta eſt
Cauſa prior: crimenqꝫ patet ſine teſte ꝓbatũ:
Squallidus ad ſupos tẽdẽs re⁹ ora manuſqꝫ:
O cuius celum bis ſex fecere labores:
Fer ꝑcor inquit opẽ. nã tu mihi criminis auctor
Mos erat antiquis niueis atriſqꝫ lapillis
His damnare reos. illis abſoluere culpa.
Tunc quoqꝫ ſic lata eſt ſententia triſtis: ⁊ oĩs
Calculus immitem dimittitur ater in vrnam.
Que ſimul effudit numerãdos verſa lapillos:
Omnibus e nigro color eſt mutatus in albuꝫ:
Candidaqꝫ herculeo ſententia numine facta.
Soluit alemoniden. grates agit ille parẽti
Amphitrioniade: ventiſqꝫ fauentibus equor
Nauigat ionium: lacedemoniumqꝫ tarentum

illius cõderetur qð et verum fuit. nam micylus quidã alemonis fili⁹ in ſomnis ab hercule eſt admonitus. vt patria relicta (argolicus nãqꝫ erat) ſe ꝯferret ad eſari fluuij hoſtia ibiqꝫ vrbẽ edificaret. Is cuꝫ ſarcinulas colligere cepiſſet reus eſt factus ꝙ contra leges cõmigrare vellet mors enĩ illi propoſita erat: q̇ patriam deſerere temptaſſet. cum vero ferenda ſentẽtia foret: et aut ſuffragijs nigris cõdẽnandus aut albis abſoluẽdus: ſibi timens. herculem cui paruerat rogauit: vt ſibi auxilio eſſet. ſtatĩqꝫ calculi oẽs ex nigris facti ſũt albi. q̃re abſolutus micylus in loco ſibi ab hercule monſtrato. vrbem edificauit: quã de nomĩe crotonis ibi ſepulti crotonẽ appellauit. Non ĩſcius eui veteris. priſcarum hiſtoriarum peritus. Ioue natus. hercules. Bobus hiberis. hiſpanis. geryone interfecto abactis. hiberia nãqꝫ eſt hiſpania ab hibero fluuio cognoĩata. Littora lacinia. lacinũ promontorium eſt italie inter adriaticum mare et ionium a lacinio latrone queꝫ hercules interfecit dictum. in eo templum fuit iunonis lacine. vnde Virgilius. Attollit ſe diua lacinia cõtra. Lõgum laborem. longi itineris defatigationem. Acceptiſſimus. gratiſſimus. Nunc ſuper incumbẽs. anaſtrophe ẽ. illa nanqꝫ prepoſitio ſuper que preponi deberet poſtponitur. Preſſum grauitate ſoporis. hoc eſt graui ſomno oppreſſum. Clauiger. hercules. Eſaris diuerſi. remoti. longe poſiti. Eſt enim fluuius calabrie iuxta crotonem labẽs. I pete. ad petendũ et querendũ vade. Recentia viſa. Noua inſomnia. Pugnat. diſſidet. Dẽſiſſima. obſcuriſſima. Caput ſidereũ. ſideribus ornatũ. Viſos adeſſe. hec ꝑticula cum eſt ſubaudienda. Idem deus. hercules. Patriũ penetrale. paternũ domicilũ. Agitur reus. accuſatur. peragere autem reum damnare eſt. Spretarum legum. contemptarum. Sine teſte. ipſe nanqꝫ cõfeſſus eſt ſe cõmigrare decreuiſſe. Fecere celum. aperuere acquiſiuere. Nã tu mihi criminis auctor. nam tu mihi perſuaſiſti vt cõmigrarẽ. Lata eſt ſententia triſtis. ab effectu. cõdẽnatus nãqꝫ fuerat micylus. ꝓprie aũt ſententia a iudicibus ferri dicitur: ꝗuis in exemplaribus fere data corrupte legaẽ. Cãdida ſententia. ad candidos calculos alludit. Lacedemoniũ tarentum. a lacedemonijs conditum. nam tarẽtum vrbs eſt calabrie. que et taras a grecis appellatur: a tara neptuni filio edificata. a parthenijs vero lacedemoniorum duce phalanto amplificata: vt et Iuſtinus: et Plutarchus copioſe ſcribunt.

Lapilli nigri in cãdidos

Et ſybari.ſybaris vrbs eſt et fluuius calabrie.vrbs aũt poſtea thurion fuit cognominata:q̄ a crotoniatis fuit capta.Salenthinũq; nerethũ.nerethũ quidē legit̃ ſed corrupte:vt ex ſtrabone collegimus:q̄ ait neethũ ſalētinorũ eſſe fluuiũ:a nauiũ enee cõflagratione dictũ.Quare hic q̄z neethũ legamus.Salentini autē populi ſunt a ſalentia vrbe dicti.Thurinoſq; ſinus.Thurij vrbs eſt calabrie q̄ et thuria et thurion dicta ē a thuria fonte.Hec priꝰ ſybaris.nouiſſime copie fuerunt appellate.vñ thurinꝰ declinat̃.Temeſemq;.Temeſe vrbs eſt calabrie.Et iapygis arua.Japygia vrbs ē calabrie a iapyge heroe dicta. Fatalia ora.hoſtia fatis ⁊ iuſſu herculis q̄ſita. Tumulũ.ſepulchrum. Juſſa terra.ab hercule.Et nomen tumulati traxit in vrbē. nā croton a crotone heroe fuit dicta.vñ crotoniate declinant̃.Eſt et alia vrs eodem nomine thuſcie olim metropolis.Primordia. principia.Poſite vrbis.crotonis.Uir fuit hic ortu ſamius.piphraſis eſt pythagore.nā pythagoras ſamius fuit:q̄ odio tyrãnoꝝ patriā relinquens crotonē venit:vbi philoſophiā ꝓfiteri cepit vñ etiam phi italici fuerũt cognoīati. Pythagoras aũt p̄mus oīm metēpſichoſin. hoc ē aīaꝝ de corꝑibꝰ ī corpora tranſitũ inuexit:eoq; metuit ne carnibꝰ hoīes veſcerent̃:q̄ faciliori victui aſſueſcerēt:ſpoq; cibos ꝑabiles haberēt. hic ei et ſanitatē corꝑi ⁊ īgenio acumē acq̄ri aiebat. Multas aũt metamorphoſis ex pythagorici dogmati poeta deſcribit.Hic. ꝓ illic crotoni:q̄ ſe cõtulit numa põpilius:vt pythagorā audiret. Ortu.origine. Et dños. terãnos. Mēte.mētis ꝯtēplatione.Deos adiit celeſtia ac diuina ſcrutatus eſt.Oculis pectoris.ingenio.Hauſit.ꝑcepit.intellexit.Uigili cura.diligenti ſtudio. Dabat.ꝓponebat.Cetũq; ſilentũ.alludit ad morē pythagoreorũ:q̄bus ad certũ vſq; tp̄s.vt gellius ſcribit:ꝓ eſtimato captu ſolertie ſilētiũ iniũgebat̃. Dictaq; mirantũ.verba pythagore ob ſummā grauitatē admirātũ.tāta nāq; fuiſſe auctoritate pythagoras tradit̃: vt diſcipuli etiā ſi nullā dictorũ rationē aſſignaſſet maximā adhiberent̃ fidē:rogatiq; alicuius dicti rõem:reſpõderēt atoſepht.hoc ipſe dixit:pythagorā īuētes:exiſtimarentq; ſe dei vocem audire.pythagoras quidē fuit appellatus q̄ð nõ minꝰ q̄ pythius vera loq̄ret̃.Magni p̄mordia mundi.de q̄bus varie ſunt philoſophoꝝ opiniones:vt in i primo diximus.Et rerũ cauſas.in q̄bus īueniendis maxime phi laborant.Et quid natura.ſit verbũ ſubaudiat̃.Natura autem ab ariſtotele definit̃ eſſe principiũ motus ⁊ q̄etis.Hec aũt oīa a phiſicis tractant̃.Quid deus.q̄ nā ſit dei definitio.deũ aũt ſcribit plato eſſe ſummũ bonũ oīmq; bonorũ auctorē.Unde niues.qua ex cā niues generent̃:vt aũt ſcribũt phiſici:ex pluuia frigore condēſata niues generant̃.Que fulmīs eſſet origo.ex colliſione nubiũ fulmē exp̄mi putat̃.Jupiter an venti.q̄ cauſa tonitru foret.Alij nāq; tonitru eſſe aiũt aeris vehementē ſtrepitũ.Alij aũt eruptionē ventoꝝ e fracta nube cũ maximo īpetu exeuntiũ.Quid quateret terras.q̄d faceret terremotus.vēti aũt in ſubterraneis cauernis recluſi:neq; exitũ habentes in cā terremotuũ eſſe dñr.Qua ſidera lege mearent.Alia nāq; ſiderũ cũ mũdo.alia cõtra mũdũ meare dñr.Et q̄ðcũq; latet.oīa inq̄t hoībꝰ alioq̄n icognita docebat pythagoras.Arguit.reꝑhēdit.ſ3 arcuit ꝑ c rectiꝰ legeret̃.hoc ē vetuit.Parcite mortales.grauiſſima pythagore orō qua hoībus diſſuadet ne carnibus veſcant̃.Hec aũt de empedocle q̄ pythagore dogmata carminibus cõplexus eſt:ſũpta eſſe videnť id q̄ð facile ex ijs q̄ de pythagora ſcribit gellius ꝑcipi põt. Tantũ vero ab vſu carniũ pythagoras abhorruiſſe a diogene ſcribit̃:vt are delij apollinis genitoris:quē ſolũ colebat:frumēta hordeũ:ac placentes ſine vllo igne īpoſuerit:nec vlla vnq̄ ſocinora vt in deliorũ rep. Ariſtoteles teſtatur.

Preterit:et ſybarim ſalentinũq; neethum
Turinoſq; ſinus temeſenq; ⁊ iapygis arua.
Uixq; perratis que ſpectant littora:terris
Jnuenit eſarei fatalia fluminis ora.
Nec ꝓcul hic tumulũ:ſb quo ſacrata crotoniſ
Oſſa tegebat humus:iuſſaq; ibi menia terra
Condidit:et nomen tumulati traxit i vrbem.
Talia conſtabat certa primordia fama
Eſſe loci:poſiteq; italis in finibus vrbis.
Uir fuit hic ortu ſamius:ſed fugerat vna
Et ſamon et dominos:odioq; tyrãnidis exul
Sponte erat:iſq; licet celi regione remotus
Mente deos adiit.et que natura negabat
Uiſibus humanis:oculis ea pectoris hauſit.
Cũq; animo et vigili perſpexerat omnia cura.
Jn medium diſcenda dabat:cetũq; ſilentum
Dictaq; mirantum:magni primordia mundi
Et rerum cauſas:et quid natura docebat.
Quid deus.vnde niues.q̄ fulminis eſſet origo
Jupiter an venti diſcuſſa nube tonarent.
Quid q̄teret terras.qua ſidera lege mearent:
Et q̄ðcũq; latet:primuſq; animalia menſis
Arguit imponi.primus quoq; talibus ora
Docta quidē ſoluit.ſed non et credita verbis.
Parcite mortales dapibꝰ temerare nefandis

Pithagoras ſamiꝰ

Pithagore dogma

Parcite temerare.nollite violare.Deducentia.inclinātia.Tumide.ſucci plene.Lacteus humor.periphraſis eſt lactis.Molliri.mollia fieri et coqui.Thymi.herba eſt apibus gratiſſima thymus. Prodiga tellus.que omnia copioſe effundit.Suggerit.ſubminiſtrat.Et pecudes.oues.Armentaqꝫ.boues. Ingenium.natura. Heu quantum ſcelus eſt.a turpi diſſuadet pythagoras hominibus: ne carnibus veſcantur. In viſcera. in ventrem et inteſtina.Viſcera.carnes.Animantem.hominem.Ritus cyclopum.qui carnibus humanis crudiſqꝫ veſcebantur.Diſſuadet autem ab inhoneſto. Turpe nanqꝫ eſt homini imitari et feras et ſeuos cyclopum mores.Male morati.malis moribus prediti. Hec autem cum interrogatione et ironia legenda ſunt. Cui fecimus aurea nomen.figurata eſt locutio quam auream.appellamus.a felicitate vero auree etatis ſumptum eſt hoc argumentum. Fetibus arboreis.fructibus arborum. Fortunata. felix et beata. Polluit.inquinauit. Mouere pennas.volauerunt. Tute. ſecure.ſine periculo. Neqꝫ enim tunc illis retia tendebantur.Impauidus.intrepidus.Sine vllo timore. Victibus facilitati viuendi.Quiſquis fuit.ignoratur nāqꝫ quiſnam fuerit.Tametſi iouem fuiſſe ſcribnnt poete. Corporeas dapes.epulas ex corpore et carne confectas.Fecit iter.aperuit viam. Sceleri.cedibus et homicidiis. Idqꝫ ſatis fuerat. vt feras interſiceremus. Noſtrūqꝫ petentia letum.feras quidem nobis pernicioſas interficiendas eſſe ait:ſed earum carnibus non eſſe veſcēdum.Inde.a cede ferarum deuentum eſt ad cedem cicurum: ac manſuetorum animalium:et quod peius eſt: hominuꝫ quoqꝫ.Pando.recuruo.Eruerit.ſubuerterit. Sus autem cereri immolari ſolebat:vt caper baccho. Spē anni.ſegetem et frumentum. Morſa.corroſa.Nocuit ſua culpa duobus. Concedit pythagoras ſuem quidem et caprum merito fuiſſe iugulatos.verum oues et boues nihil prorſus vnq̄ꝫ mali commiſiſſe: ac potius humano generi maximopere prodeſſe:eoqꝫ nō eſſe interficiendos.

Pithagore ſermo

Corpora.ſunt fruges.ſunt deducentia ramos
Pondere poma ſuo:tumideqꝫ in vitibus vue.
Sunt herbe dulces.ſunt q̄ miteſcere flamma
Molliriqꝫ queant.nec vobis lacteus humor
Eripitur.nec mella thymi redolentia florem
Prodiga diuitias alimentaqꝫ mitia tellus
Suggerit atqꝫ epulas ſine cede ⁊ ſāguie p̄bet.
Carne fere ſedent ieiunia.nec tn̄ oīes. (uūt
Quippe equ⁹ ⁊ pecudes armētaqꝫ gramie vi/
At quibus ingeniū eſt imanſuetūqꝫ ferūqꝫ:
Armenie tigres iracundiqꝫ leones:
Cūqꝫ lupis vrſi dapibus cū ſanguie gaudent.
Heu quantū ſcelus eſt in viſcera viſcera cōdi:
Cōgeſtoqꝫ auidū pigueſcere corpore corpus:
Alteriuſqꝫ animantē animantis viuere leto.
Scilicet in tātis opibus:quas optima matruꝫ
Terra creat:nil te niſi triſtia mandere ſeuo
Vulnera dente iuuat: rituſqꝫ referre cyclopū.
Nec niſi perdideris alium:placare voracis:
Et male morati poteris ieiunia ventris:
At vetus illa etas:cui fecimus aurea nomen:
Fetibus arboreis.⁊ q̄s humus educat herbis
Fortunata fuit:nec polluit ora cruore.
Tūc et aues tute mouere per aera pēnas.
Et lepus īpauidus mediis errauit in aruis.
Nec ſua credulitas piſcem ſuſpēderat hamo:
Cūcta ſine inſidiis nullāqꝫ timentia fraudem:
Plenaqꝫ pacis erāt.poſtq̄ꝫ non vtilis auctor
Victibus iuidit:quiſquis fuit ille deorum.
Corporeaſqꝫ dapes auidā demerſit in aluum:
Fecit iter ſceleri:primoqꝫ e cede ferarum
Incaluiſſe putes maculatum ſanguine ferrū.
Idqꝫ ſatis fuerat:noſtrūqꝫ petentia letum
Corpora miſſa neci ſalua pietate fatemur.
Sed q̄ꝫ danda neci:tam nō epulanda fuerunt.
Longius inde nefas abiit:et prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori:qꝛ ſemina pando
Eruerit roſtro:ſpemqꝫ interceperit anni.

Duobus. ſui et capro. Nectar. lac ſuauiſſimum. ex arte autem commoda: que ex ouibus habentur: amplificat pythagoras: quo facilius ab illis occidentis homines deterreantur. Tolerare ad tolerandum. Immemor. ingratus. Demum. affectui ſeruit hoc loco demum quēadmodum et tandem aliquando. Ruricolam. bouem quo rura et arua coluntur. Qui tria labore. interpretatio eſt. idem enim dicit per diuerſa verba. Eſt autem ordo. qui percuſſit ſecuri illa colla quibus totiens durum aruum trahendo aratrum renouauerat. Tunc autem renouatur aruum. cum aratro proſcinditur. Numen ſupernum. Iouem. ſiquidem ioui ſacrificant iuuencum. Uictima labe carens. vicio ac morbo. In cede vero et imolatione boum deſcribenda commoratur Pythagoras: quo facilius ab illis interficiendis homines dehortetur. Ad id autem alludit poeta: quod pauloante dixi pythagoram non victimas: ſed placentas in deorum ſacrificijs obtuliſſe. Cruentas nāqꝫ hoſtias dijs offerri vetabat: ſolāqꝫ aram que ſine ſanguine eſſet adorandam cenſebat. Nam placuiſſe nocet. niſi enim placeret non imolaretur. Et auro. auratis cornibus. Quas colui fruges. mola nāqꝫ falſa que ex farre et ſale conſtabat: imponebatur victimarum fronti. Inſpiciunt. inde haruſpices ſunt dicti ab harugis. hoc ē victimis inſpiciēdis. Scrutantur. inquirunt. Uetitorum ciborum. prohibitarum carnium. Veſci. carnibus veſci homines proprie dicuntur: quod greci kreophagin dicunt. Ueſtros colonos. nam boues vt coloni arua colunt. Et quoniam deus ora mouet. apollo me hortatꝛ vt loq̄r. Delphos meos. apollis delphici. quē vnū colo. Oracula Auguſte mentis. diuine. Maximam autem excitat attentionem: cum pollicetur ſe diuinis: que nulli alij vnqꝫ inueſtigata fuerunt diſputaturum. Ire per alta aſtra. inueſtigare celeſtia. Inerti ſe. immobili terra. Pallantes. errantes. Deſpectare. deorſum a celo ſpectare.

Uite caper morſa bacchi mactatus ad aras
Dicitur vltoris. nocuit ſua culpa duobus.
Quid meruiſtis oues placidū pecꝰ inqꝫ tuēdos
Natū homīes: pleno que fertis ī vbere nectar
Mollia que nobis veſtras velamina lanas
Prebetis: vitaqꝫ magis: q̃ꝫ morte iuuatis:
Quid meruere boues: aīal ſine fraude doloqꝫ
Innocuū. ſimplex. natum tolerare labores:
Immemor eſt demū: nec frugū munere dignꝰ
Qui potuit curui dempto mō pondere aratri.
Ruricolam mactare ſuum. qui trita labore
Illa: quibus totiens durū renouauerat aruū.
Tot dederat meſſes: percuſſit colla ſecuri.
Nec ſatis eſt: ꝙ tale nephas committitꝛ: ipſos
Inſcripſere deos ſceleri: numēqꝫ ſupernum
Cede laboriferi credunt gaudere iuuenci
Uictima labe carens et preſtantiſſima forma
Nam placuiſſe nocet vittis preſignis ⁊ auro.
Siſtitur ante aras: auditqꝫ ignara precātem:
Imponiqꝫ ſue videt inter cornua fronti:
Quas coluit fruges: pcuſſaqꝫ ſanguīe cultros
Inficit in liquida preuiſos forſitan vnda.
Protinus ereptas viuenti corpore fibras.
Inſpiciunt: menteſqꝫ deū ſcrutantur in illis.
Unde fames homini vetitorū tanta ciboꝝ eſt:
Audetis veſci genus o mortale quod oro
Ne facite: et monitis aīos aduertite noſtris.
Cūqꝫ bouū dabitis ceſorum membra palato.
Mādere vos veſtro ſcite: et ſentire colonos.
Et qm̄ deus ora mouet: ſequar ora mouentē
Rite deū: delphoſqꝫ meos ipſumqꝫ recludam
Ethera: et auguſte reſerabo oracula mentis
Magna. nec ingeniis inueſtigata priorum:
Queqꝫ diu latuere canam. iuuat ire per alta
Aſtra iuuat terris et inerti ſede relicta
Nube vehi: validiqꝫ humeris inſiſtere atlanti
Pallanteſqꝫ homines paſſim ac rōnis egēteſ
Deſpectare pcul: trepidoſqꝫ obitūqꝫ timētes

Sic exhortari:ſortēq; euoluere feri.
O genus attonitū gelide formidine mortis
Quid ſtyga:q̄d tenebra et noīa vana timetis
Materiam vatum falſiq; pericula mundi
Corpora ſiue rogus flāma.ſeu tabe vetuſtas
Abſtulerit.mala poſſe pati nonvlla putetis.
Morte carent anime:ſemperq; priore relicta
Sede nouis domib⁹ viuūt:habitātq; recepte.
Ipſe ego:nā memini:troiani tempore belli
Panthoides euphorb⁹ erā:cui pectore quōdā
Cognoui clypeū leue geſtamina noſtre:
Nuper abanteis templo iunonis in argis.
Omīa mutantur.nihil īterit.errat:et illinc
Hucvenit.hic illuc:⁊ quoſlibet occupat artus
Spiritus:eq; feris humana in corpora trāſit:
Inq; feras noſter.nec tempore deperit vllo.
Utq; nouis facilis ſignatur cera figuris:
Nec manet vt fuerat:nec formā ſeruat eādem:
Sed tn̄ ipſa eadem eſt:aīam ſic ſemp eandem
Eſſe:ſed in varias doceo migrare figuras.
Ergo ne pietas ſit victa cupidine ventris:
Parcite vaticinor cognatas cede nefanda
Exturbare aīas:ne ſanguine ſanguis alatur.
Et qm̄ magno feror equore:plenaq; ventis
Uela dedi:nihil eſt toto quod perſtet in orbe.
Cuncta fluūt:oīſq; vagans formatur imago.
Ipſa quoq; aſſiduo labuntur tempora motu:
Non ſecus ac flumen.neq; ei cōſiſtere flumen:
Nec leuis hora pōt. ſȝ vt vnda īpellitur vnda:
Urgeturq; eadem veniens:vrgetq; priorem:
Tēpora ſic fugiūt pariter:pariterq; ſequunt
Et noua ſunt ſemp.nā q̄ȝ fuit ante relictū eſt:
Fitq; q̄ȝ haud fuerat:momētaq; cūcta nouāt
Cernis et emenſas i lucem tendere noctes:

Sortē fati.naturā atq; ꝯditionē fati. O ge.atto. Immortales aīas eſſe pythagoras ait variaſq; ſubire corpa oſtendit. Hanc vero metempſichoſin.hoc eſt aīe de corpore in corpus cōmigrationem ab egyptijs ſumptā eſſe innuit herodotus in euterpe ſcribens. Egyptios primo extitiſſe q̄ dicerent aiam hoīs eſſe imortalem: q̄ȝ mortuo corpore ſubinde in aliud atq; aliud corpus:vt quodq; gigneretur imigraret:atq; vbi per omīa ſe circūtuliſſet terreſtria.marina.volucria.rurſus in aliquod genitū hōis corpus introiret:atq; hunc ab ea introitū fieri intra annorū tria milia. Hanc orōnem ſumit e grecis qui vſurpauerunt tanq; ſuaȝ.alij prius.alij poſterius:quorū ego noīa ſciens nō duco ſcribenda. Humeris va.atlā. qui celū ſuſtinere fingit. Pollicetur autez pythagoras ſe noua de aīorum imortalitate eſſe cōmemoraturū. Materiā vatū.poetarū qui multa de inferis ſcribunt quos nullos eſſe pythagoras ſentit:cū aīe de corporibus in corpora trāſeant. Falſi mūdi.fallacis. Tabe.morbo.corruptiōe. Nonvlla.nulla. Morte carent aīe.ratio eſt et cauſa cur homines nulla mala patiant. Nouis domibus.nouis corporibus. Hec aūt eſt pythagore metempſichoſis. Ipſe ego panthoides euphorbus eram. Exemplo ſui oſtēdit pythagoras aīas de corporibus in corpora tranſire.naȝ tēpore belli troiani ait ſe fuiſſe euphorbū pāthoni filiū:cuius etiā clypeū cognouit in templo iunonis argiue locatū. Abāteis argis. Argos clariſſima vrbs ē pelopōneſi:in qua abas regnauit.vn̄ abātei argi dicunt. Tametſi ab alijs legat agris abanteis exponaturq; euboicis. Abantes animi populi euboie fuerūt. Nihil interit.ex ſententia oīm philoſophorū hec dicunt:qui ſentiunt quidez oīa poſſe reſolui in quatuor elementa: vel in materiā primā:vt ſentit ariſtoteles.Sed minime in nihilū redigit.vn̄ perſi⁹. De nihilo in nihil in nihiluȝ nil poſſe reuerti. Utq; no.fa.hac ſilitudie colligit pythagoras ſbam varias quidem ſuſcipere formas nunq; tn̄ interire. Facilis cera.mollis. Sed tn̄ ipſa eadem eſt.quo ad ſubſtantiam ſiquidem ſubſtantia q̄uis varias ſuſcipiat qualitates et formas:tn̄ nunq; ipſa mutat. Ergo ne pietas ſit victa.ne igit pietas inquit violet:nolite aīas e corporibus cū perturbatione quadā expellere:ea i terficiendo. Parcite.exturbare. nolite expellere. Cognatas aīas. cognatoruȝ veſtrorum aīas. Et qm̄ magno feror equore.in profundiſſima verſor q̄ōne. Cuncta aūt eſſe in continuo fluxu ait. Quod perſtet.quod permaneat a mutationeq; ſit alienum. Uagans.fluxa.mutabilis. Ipſa q̄ȝ aſſiduo.exemplo tempus colligit pythagoras omnia eſſe in cōtinuo fluxu. Et iubar hoc nitidū.hunc ſolis ſplendorem. Media quiete.media nocte. Album aūt celi eſſe colorem in media nocte colligit:album i crepuſculo:quando lucifer lucere deſinit. Primus vero pythagoras:vt ſcribit Diogenes: eundem ſtellam luciferum heſperūq; appellauit.

Aie imortalitas

Pithagoras in euphorbum

Acarni bores ab ſtinendū

Oīa continuo eſſe motu

Inficit.tingit colore rubicundo. Pallantis.aurora pallantis gigantis filia. Ipſe dei clypeus.ipſe ſolis orbis. Solem aũt eundem non manere colligit. In ſummo.in celi ſummitate. Nocturne diane.lune:q̃ ſemper aut creſcit:aut decreſcit:nec vnq̃ in eodem permanet ſtatu. Si contrahit orbem.ſi circulũ abbreuiat.hoc eſt ſi decreſcit. Luna ei ſi creſcit:hodie minor eſt q̃ ſit futura cras. Sin decreſcit:hodie maior eſt q̃ ſit cras futura. In ſpecies quattuor.partes.ver.eſtatem.autũnum.hyemem.que quidẽ ſibi inuicem cedunt. Etatis noſtre.annũ etates hoĩs referre ſcribit.nã vt q̃ttuor ſunt ãni partes:ita ex pythagore ſententia:q̃ttuor ſunt hominis etates. Pueritia que viginti annos implet. Adoleſcentia viginti:iuuẽta viginti. Senect⁹ viginti. pueritia aũt veri ſimilis videt. Adoleſcentia eſtati. iuuenta autũno. Senectus hyemi. Nã tener.ver puericie.eſtatem iuuente.autũnum prime ſenectuti.hyemem decrepitati ſimilez eſſe ait. Roboris expers firmitate carẽs. Turget.tumeſcit ſuccorũ copia. Inſolida.infirma. Et ſpe dele.agre. Agricolas.ſperant ei ſe fruges omnis generis collecturos. Alm⁹ ager.ab alendo almus dicitur ager q̃ hoĩes ſuis fructibus alat. Ludit.ludere videt ⁊ luxuriare. Neq̃ adhuc viri⁹ in frondibus vlla eſt. tellene nãq̃ tpe veris ſunt frõdes: vt puerorũ corpora ſine vllo robore ⁊ firmitate. Tranſit in eſtatem.veri ſuccedit eſtas. Robuſtior ann⁹.pars anni robuſtior. Fitq̃ valẽs iuuenis.valẽti fortiq̃ ac robuſto iuueni fit ſimilis. Nec vbe.fecundior. Ardeat.ferueat varijs cupiditatibus. Excipit autũ.eſtatẽ ſubſequit autũnus qui viridi primeq̃ ſenectuti ſimilis videt. Sparſus q̃z tpa canis.tpa canis capillis ſparſa habens.nã tpa prima caneſcere ĩcipiunt Senilis hyems.ſenectuſ hyemi ſilis Alba capil.canos habens capillos.eſt ei ſinegdoche poetica etiã pueris nota. Noſtra q̃z ipſorꝫ.noſtra etiã corpora in cõtinuo eſſe fluxu colligit pythagoras. Vertunt.mutãt. Fuit illa di.illud fuit tp̃s quo ſemina tantũ q̃ ſpermata a grecis dñr fuimus. Semen vero eſſe pythagoras definit ſtillam a cerebro ꝓuenientẽ q̃ in ſe calidũ cõtineat vaporẽ. Sentit aũt pythagoras ad gñationẽ hoĩs ſemen maris: ac femine cõuenire.a q̃ quidẽ ariſtoteles diſſentit:ſoliuſq̃ maris ſpma eſſe:idq̃ ĩ vtero mulierꝭ foueri ait. Speſq̃ hoĩs primo.primũ inq̃t ſpes hoĩm fuimus. Ex ſpmate nãq̃ in vterũ mulieris ꝓiecto hoĩes natũ iri ſperantur. Aluo. vtero. Aluus nãq̃ eſt p quẽ defluunt ſordes. Vterus aũt in q̃ mulieres cõcipiũt:q̃ ⁊ loci a doctis ſcriptorib⁹ appellant.ab imperito aũt vulgo matrix vocatur:cũ matrix ſit femĩa fetus gr̃a cõparata. Columella de gallinis loquẽs.nã et octies ãno pullos educat:ſi ẽ bona matrix. Admouit.adhibuit. Primũ nãq̃ embrya efficit:q̃s embryones iperiti medici vocant. Et angi.ſuffocari. Diſtente matris.grauide ventreq̃ diſtentũ ac repletũ habentis. Et domo.ex vtero.

Et iubar hoc nitidum nigre ſuccedere nocti:
Nec color eſt idem celi:cum laſſa quiete
Cuncta iacent media:cũq̃ albo lucifer exit
Clarus equo:rurſuſq̃ alius cũ preuia lucis
Tradendũ phebo pallantias inficit orbem.
Ipſe dei clypeus terra cũ tollitur ima
Mane rubet:terraq̃ rubet cũ conditur ima
Candidus in ſummo eſt.melior natura q̃ illic
Etheris eſt:terreq̃ procul contagia fugit:
Nec par aut eadem nocturne forma diane
Eſſe poteſt vnq̃:ſempq̃ hodierna ſequente
Si creſcit minor eſt.maior ſi cõtrahit orbem.
Quid:nõ in ſpecies ſecedere quattuor annũ
Aſpicis etatis peragentẽ imitamina noſtre:
Nã tener ⁊ lactens puerique ſimillimus euo
Vere nouo ẽ.tũc herba virẽs et roboris exps
Turget:et ĩſolida eſt:⁊ ſpe delectat agreſtes.
Omnia tum florent:florũq̃ coloribus almus
Ludit ager.neq̃ adhuc virtus ĩ frõdib⁹ vlla ẽ.
Tranſit in eſtatem poſt ver robuſtior annus:
Fitq̃ valens iuuenis.neq̃ enĩ robuſtior etas
Vlla.nec vberior:nec q̃ magis ardeat vlla eſt.
Excipit autũnus poſito feruore iuuente
Maturus mitiſq̃.inter iuuenẽq̃ ſenẽq̃
Temperie medius.ſparſus quoq̃ tpa canis
Inde ſenilis hyẽs tremulo veĩt horrida paſſu
Aut ſpoliata ſuos:aut quos hꝫ alba capillos.
Noſtra quoq̃ ipſorũ ſemp:requieq̃ ſine vlla
Corpora vertũtur.nec qđ fuimuſue ſumuſue:
Cras erimus.fuit illa dies:qua ſemina tantũ:
Speſq̃ hoĩ primo mrĩſq̃ habitauim⁹ aluo.
Artifices natura manus admouit:et angi
Corpora viſcerib⁹ diſtente condita matris
Noluit:eq̃ domo vacuas emiſit in auras:
Editus in lucem iacuit ſine viribus infans.

Quattuor anni ptes

Etates quattuor

Sperma i hominem

Mox quadrupes:rituqꝫ tulit ſua mēbra ferarꝝ
Paulatiqꝫ tremens:et nondū poplite firmo
Conſtitit:adiutiſqꝫ aliquo conamine neruis.
Inde valens veloxqꝫ furit ſpaciūqꝫ iuuente
Tranſit:et emeritis medii quoqꝫ tēporis ānis
Labitur occidue pariter decliue ſenecte
Subruit hec:eui demoliturqꝫ prioris
Robora:fletqꝫ milon ſenior:cuꝫ ſpectat īanes
Illos qui fuerant ſolidarum morte ferarum
Herculeis ſimiles:fluidos pendere lacertos.
Flet quoqꝫ:vt ī ſpeculū rugas ꝯſpexit aniles:
Tyndaris:et ſecum:cur ſit bis rapta:requirit.
Tempus edax rerū:tuqꝫ inuidioſa vetuſtas.
Omnia deſtruitis:viciataqꝫ dentibus eui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.
Hec quoqꝫ nō ꝑſtāt.q̄ nos elemēta vocamus
Quaſqꝫ vices pagant:aīos adhibete:docebo.
Quattuor eternus genitalia corꝑa mundus
Cōtinet:ex illis duo ſunt oneroſa:ſuoqꝫ
Pondere inferius tellus atqꝫ vnda feruntur.
Et totidē grauitate carent:nulloqꝫ premente
Alta petunt aer atqꝫ aer purior ignis.
Que ꝗ̄q̄ ſpacio diſtant:tamen omnia fiunt
Ex ipſis:et in ipſa cadunt:reſolutaqꝫ tellus
In liquidas rareſcit aquas. tenuatur ī auras
Aeraqꝫ humor abit.dēpto quoqꝫ pōderē rurſꝰ
In ſuperos aer tenuiſſimus emicat ignes.
Inde retro redeunt.idēqꝫ retexitur ordo.
Ignis enī denſum ſpiſſatus in aera tranſit.
Hic in aquas tellus glomerata cogitur vnda.
Nec ſpecies ſua cuiqꝫ manet:rerūqꝫ nouatrix
Ex aliis alias reddit natura figuras:
Nec perit ī tanto quicq̄:mihi credite mūdo.
Sed variat:faciēqꝫ nouat:naſciqꝫ vocatur
Incipere eſſe aliud:q̄ quod fuit ante:moriqꝫ
Deſinere illud idem:cū ſint huc forſitan illa.
Hec tranſlata illuc.ſumma tñ oīa conſtant:
Nil equidē durare diu ſub imagine eadem

Mox quadrupes.manibus nāqꝫ ac pedibus īfantes repūt more brutorū. Aliquo co. aliqua re:q̄ nihil poſ-ſint. Emeritis.exhauſtis.ꝑteritis. Labit̄ decliue.aſſidue tanq̄ fluuiꝰ ꝑ loca decliuia currit. Occidue ſe. ad ſenectam q̄ facile occidit ac morit̄. Subruit.euertit. Demolit̄.deſtruit. Fletqꝫ milon. athleta fuit crotoniata tantis viribꝰ:vt vno ictu nude dextre taurū īterfeciſſe tradat̄:humeriſqꝫ per ſtadiū ſine fatigatione patraſſe. Solidarū more ferarū.robuſtarū. Alludit aūt ad id qꝺ dixi milonē crotoniatā taurū corporis viribꝰ valuiſſe vt taurū vno dextre ictu interimeret. Fere aūt in exēplaribꝰ more ꝓ morte corrupte legit̄. Fluidos.flacidos viribus ac toris vacuos. Tyndaris.helena q̄ bis ob pulchritudinē rapta fuit Primū a theſeo. deīde a paride.bene igr̄ helēa turpis ac deformis ſenectute effecta mirat̄ cur bis fuerit rapta. Tp̄s edax rer̄. apoſtrophe ad tp̄s q̄ui philoſopho maxime cōueniēs. Dentibus eui.multitudine annorꝝ. Siquidē anni dentes eui dr̄: q̄bus oīa rodi vident̄. Alludit aūt pythagoras ad dentes rotarū quibꝰ hore mēſurant̄ in horologiis. Lēta morte.lente ac tarde veniēti. Hec q̄ꝫ nō ꝑſtant.elementa q̄ꝫ in cōtinuo fluxu eſſe oñdit. Sunt aūt quattuor quorū duo tellus et aqua ſunt grauia. Duo ignis et aer leuia. Genitalia corpora: quattuor elemēta ex quibus oīa gñant̄. Nulloqꝫ premente.pōdere ſubaudiat̄. Fiunt.gñant̄. Ex ipſis.quattuor elementis. Et in ipſa cadunt.ī ip̄a reſoluunt̄.nā elementa dr̄ ex quibus oīa conſtant et in q̄ vltima reſoluunt̄. Reſolutaqꝫ tellus.elementa alterū in aliud tranſire ꝓbat.nā ⁊ terra in aquā et aqua in aerē:et aer in ignem.⁊ cōtra ignis in aerem:aer in aquā:aq̄ in terraꝫ cōuertūt̄. Tenuiſſimꝰ.puriſſimꝰ. Superos ignes.etherē:qui oīm elemētorꝝ ſup̄mꝰ ē. Retexit̄.reſoluit̄. Tellus glomerata cogit̄ vnda.hoc eſt aqua trāſit in terrā. Glomerata vnda.ex aqua cōdenſata. Nec perit in tāto.q̄ nāqꝫ perire vident̄ in quattuor elementa:vel vt Ariſto.ſenſit:ī primā materiā reſoluūt̄ Mibi credite. hoc ſibi credi poſtulat pythagoras:q: vulgo parū veriſimile videt̄. Naſciqꝫ vocat̄.q̄d naſci:quodqꝫ mori ſit eleganter deſcribit. Naſci enīꝫ aliq̄d dr̄:cū aliud q̄ qꝺ fuit ante īcipit eſſe. Mori vero cū id deſinit eſſe quod ante fuit. Cū ſint huc forſitan illa.corruptionē vniꝰ alteriꝰ gñationē eſſe ait eaqꝫ que perire vident̄:in alia cōuerti. Huc.ī hoc corpus. Illuc.ī illud corpꝰ. Sūma tñ oīa cōſtant.ī ſumma inquit oīa eadē ꝑmanēt.nam vel in quattuor elementa ſecundū pythagorā.vel ī primā materiā ex ariſtotelis ſententia oīa reſoluuntur. Sub imagine eadem.ſub eadem figura.

Quattuor elementa.

Naſci Mori

Sic ad ferrũ. ad ferreã etatem. Ab auro. ab etate aurea. Eſt aũt apoſtrophe ad ſecula. Verſa eſt. mutata eſt Hinc aũt colligit id qđ totiens ait ariſtoteles corruptionẽ vnius alterius eſſe gñationem. Vidi ego qđ fuerat. id multis exemplis colligi põt. nã vbi nunc eſt fretũ ſiculũ vbi fuit terra et quidẽ ſolidiſſima: vt enĩ Plinius narrat: ſicilia italie olim fuit auulſa. Cyprus ſyrie. Euboea boetie. Euboee abantis et macris: tametſi in Plinio fere legatur corrupte Atlantem et macriã. Belbicũ bithynie. Leucoſia ſirenũ promõtorio. Vidi factas ex equore terras. nã preterq̃ qđ noue inſule in mari naſcunt: tota egyptus olim mare fuiſſe narratur.

Crediderim. ſic ad ferrum veniſtis ab auro
Secula: ſic totiens verſa eſt fortuna locorum.
Vidi ego: qđ fuerat quondã ſolidiſſima tellus
Eſſe fretũ. vidi factas ex equore terras.
Et procul a pelago conche iacuere marine.
Et vetus inuẽta eſt ĩ montibꝰ anchora ſũmis.
Quodqꝫ fuit cãpus: vallem decurſus aquaruz
Fecit: ꝛ eluuie mons eſt deductus in equor:
Exqꝫ paludoſa ſiccis humus aret harenis:
Queqꝫ ſiti tulerãt: ſtagnata paludibꝰ hument:
Hic fontes natura nouos emiſit. at illic
Clauſit et antiq̃s tam multa tremoribꝰ orbis
Flumina proſiliunt aut excecata reſidunt.
Sic vbi terreno lycus eſt epotus hiatu
Exiſtit procul hinc: alioqꝫ renaſcitur ore
Sic modo cũ bibit: tecto mõ gurgite lapſus
Redditur argolicis ingens eraſinus in agris
Et miſum capitiſqꝫ ſui ripeqꝫ prioris
Penituiſſe ferunt. alia nunc ire caycum.
Nec nõ ſicanias voluẽs amaſenus harenas
Nunc fluit. interdum ſuppreſſis fontibꝰ aret.
Ante bibebatur: nunc quas contingere nolis:
Fundit anigrus aquas: poſtq̃: niſi vatibꝰ oĩs
Eripienda fides: illic lauere bimembres.
Vulnera: clauigeri que fecerat herculis arcꝰ.
Quid nõ ꝛ ſcythicis hypanis de mõtibꝰ ortꝰ
Qui fuerat dulcis ſalibus vitiatur amaris:
Fluctibus ambite fuerant antiſſa pharoſqꝫ

Hybanda preterea quondã iſula ionie ducentis nunc a mari abeſt ſtadijs. Et procul a pelago. etiam non in montibꝰ et quidẽ altiſſimis cõche marine reperiunt: ex quo colligitur illic mare aliquãdo fuiſſe. Et eluuie. diluuio. Paludoſa. terra ſubaudiatur. ex paludibꝰ aũt etiam nunc fertiliſſimi agri fiunt. id qđ de pontinis paludibus etiã horatius in arte poetica ſcribit. debemur morti nos noſtraqꝫ: ſiue receptus terra neptunus claſſes aquilonibus arcet Regis opus ſteriliſqꝫ diu palus aptaqꝫ remis Vicinas vrbes alit et graue ſentit aratrum. Queqꝫ ſitim tulerant. que ſicca fuerant loca: a paludibꝰ ſunt occupata. Stagnata. ſtagna facta Hument. humeſcunt. humida facta ſunt. Hic fontes nouos. Fontes noui ſepenumero oriunt maximeqꝫ vbi ſilue ſucciduntur: vt Plinius ſcribit. interdũ etiam areſcunt. Tremoribus orbis. terremotibus. nã vt refert plinius varie quatit terra: et mira edũtur opa alibi proſtratis menibus. alibi hiatu ꝓfundo hauſtis. alibi geſtis mollibus. alibi emiſſis amnibus: nõnunq̃ etiam ignibus calidiſve fontibus. alibi auerſo fluminũ curſu. Excecata. occultata. Sic vbi terreno lycus eſt. Varijs probat exemplis multa flumina modo oriri: modo occultari. Lycus aũt fluuius eſt aſie e cadmo mõte fluẽs: qui vt herodotus ſcribit: iuxta coloſſas phrygie oppidũ terre hiatũ ſubiens occulitur: deinde quĩqꝫ fere poſt ſtadia emergẽs illabit et ipſe in meandrũ. Hec aũt et plinius ſcribit. ſubeunt inquit terras: rurſuſqꝫ reddunt: Lycus in aſia. Eraſinus in argolica. Tygris in meſſopo-

Terra in mare
Mare in terram
Lycus fluuius
Eraſinus fluuius
Caycus fluuius
Amaſenꝰ fluuius
Anigrus
Hypanis fluuius

tamia. ſed duo itẽ alij ſunt fluuij hoc noĩe. alter ex arcadia in litꝰ burre labit. alter apud eretrios exiſtit. Sic modo cũ bibit. Eraſinus fluuius eſt arcadie q̇ vt ſcribit herodotus a ſtymphalide palude orit. ac nũc q̇dem in argolico agro exit cũ antea exitũ nõ haberet. Et myſum. Caicus fluuiꝰ eſt myſie: q̇ alueũ priſtinũ mutauit. Necnon ſicanias. Amaſenus fluuiꝰ eſt ſicilie: q̇ eſtate fere exiccat. Ante bibebat anigrus. q̇ ꝛ aniger dr̃ fluuius eſt grecie: q̇ e dulci factus eſt amarus: poſtq̃ in eo ſe lauerũt cẽtauri ab hercule vulnerati: q̃uis alij tradant melẽpodẽ: vt pretidas ab inſania purgaret: illis ad expiationẽ aq̃s vſuz fuiſſe ꝓpter qđ ex dulcibꝰ amaras fuiſſe effectas. Piſces ẽt gignit peſſimi saporis. hic aũt fluuiꝰ antea minyeus appellabat: cuiꝰ aq̃ irrigatio maculas albas et ĩpetigines ſanat. q̃ ex cã Alpheũ q̇z qđ alphos id ẽ maculas curet: nomen fonti tum eſſe litteris ꝓditũ eſt. Quid nõ et ſcythicis. Hipanis fluuiꝰ eſt ſcythie ex magna palude ꝓfluẽs circũ quẽ vt ſcribit Herodotus: paſcunt equi ſilueſtres cãdidi. is quĩqꝫ fere dierũ nauigatione anguſtus et dulcis fluit. Sed mox q̃ttuor a mari dierũ nauigatione ſane q̃ amarus: ꝓpter amarũ q̇ in eũ influit fontem. Eſt aũt hic fons ĩ finibus ſcytarũ aratorũ ꝛ halizonũ eodẽ nomine quo locus: vñ emanat ſcythica lingua.

Exampeus.id eſt ſacre vie fluctibus ambite. Ex inſulis continentē fieri: ac ex continente inſulas exēplis colligit pythagoras.nā antiſſa cū antea per ſe inſula eſſet cū vrbe eiuſdem nomis nunc leſbo:vt Plynius ſcribit:eſt adiuncta. Pharos q̄ʒ inſula olim fuit egypto adiacens.nunc aūt continens eſt facta:q̄ turrim in ꝓmontorio habebat multis tabulatis excelſam:et albo lapide mirifice ſtructam eodeʒ noīe:quo inſula:quā quidam ſoſtratus cynidius regnū amicus pro nauigantium ſalute: vt refert Strabo:extruxit. Tyros vero vrbs eſt phenicie q̄ alexandri magni temporibus inſula fuit.nā aggere ab ipſo continenti fuit coniuncta:dū illam obſideret. Leucada continuam.

Et phenisſatyros:quarū nunc iſula nulla eſt:
Leucada continuam veteres habuere coloni
Nūc freta circūeunt zancle quoq̧ iūcta fuiſſe
Dicitur italie:donec confinia pontus
Abſtulit.et media tellurem reppulit vnda.
Si queris helicen et buran achaides vrbes:
Inuenias ſub aquis:et adhuc oſ̄dere naute
Inclinata ſolent cū menibus oppida merſis.
Eſt ꝓpe pittheiā tumulus troezena ſine vllis
Arduus arboribus quondā planiſſima campi
Area.nūc tumulus.nā res horrenda relatu:
Vis fera ventorū cecis incluſa cauernis
Expirare aliqua cupiens:luctataq̧ fruſtra
Liberiore fui celo:cum carcere rima
Nulla foret toto:nec peruia flatibus eſſet:
Extentā tum fecit humanū: ceu ſpiritus oris
Tendere veſicam ſolet:aut direpta bicornis
Terga capri.tumor ille loci ꝑmanſit:et alti
Collis habet ſpeciem:longoq̧ induruit euo.
Plurima cū ſubeāt audita aut cognita nobis
Pauca ſuꝑ referā.ꝗd non ⁊ lympha figuras
Datq̧ capitq̧ nouas: m̄dio tua corniger hā-
vnda die gelida ē:ortuq̧ obituq̧ caleſcit. (mō
Admotis athāmantis aquis accēdere lignuʒ
Narratur:minimos cū luna recreſcit ī orbes.
Flumen habēt cicones:qđ potū ſaxea reddit
Viſcera.quod tactis īducit marmora rebus.
Crathis et hinc ſybaris vr̄is cōterminus oris

Inſule in cōtinenteʒ

Ex cōtinē ti inſule

Helice

Bura

Ex planiciē mōtes

Mira aq̄rū natura

Cratis fl.

Sybaris

Leucas vrbs eſt que oliʒ epiro fuit cōiuncta. Leucadem aūt vocauerunt: vt Strabo opinatur a leucate ſumpto vocabulo.eſt aūt albicanti colorē petra i pelagus ꝓiecta:atq̧ cephallenie ⁊ leucadi adiacēs: ī qua ē apollinis leucate phanū.vrbem aūt poſuit ꝓ inſula Ouidius.nā ſi referenti Plynio credimꝰ leucadia penſula ē iuxta ſinū ābractū quōdā neritiǀ appellata accolarū ope abſciſſa a continenti:ac reddita vētoꝝ flatu congeriem harene accumulantiū oppidū aūt in ea leucas quondam neritum dictuʒ. Zancle q̄ʒ. Zancle vrbs eſt ſicilie:que nūc meſſana dr̄: olim italie adiūcta. Eam:vt Strabo refert: cōdicere meſſentij qui pelopōneſum habitant:a quibus et nomen accipit. nam prius a curuitate locorū zancle fuit vocata.nā curua zanclia vocabant naxij: q̄ illam prius edificarūt. Si queris elicen.elice vrbs fuit achaie ī qua caliſto nata fuiſſe dr̄. vñ ſepenumero ꝓ maiori ponitur vrſa. Buris item que ⁊ bura dr̄ vrbs fuit achaie cuius vt elices ī ſinu corinthio:vt ſcribit Plinius:etiaʒ num veſtigia appēt. A mari nāq̧ fuerūt ſubmerſe. Eſt ꝓpe pittheiā.pittheiaethre patris patriā.nā Troezen vrbs eſt pelopōneſi a troezene pelopis filio dicta:q̄ ⁊ aphrodiaſias et ſaronia:⁊ poſidonias ⁊ apollonias ⁊ anthanis fuit appellata. Planicieʒ aūt in mōtes cōuerti:⁊ contra montes ī planiciem trāſire colligit pythagoras. Eā aūt hmōi mutationis cauſam aſſignat.quā et ariſtoteles in Meteoris affert. Ventos enī ſubterraneos neq̧ exitū habentes in cauſa eſſe ait:vt plana interdū montes efficiant. Res horrēda.admirāda. Eſt aūt acclamatio. Vis fera.violētia terribilis. Cecis.occultis. Aliqua.via. Luctata.conata. Flatibus.flaminibus. Aut direpta bicornis terga capri.periphraſis eſt vtrium. Plurima cū ſubeant.in mentem veniant. Super.inſuper. Medio tua corniger hāmon.iupiter ſub figura arietis in libya hac de cauſa colit̃.q cum liber pater per libye deſerta exercitum ducēs ſiti laboraret: patreʒ rogauit:vt ſibi auxilio eſſet:cui repente aries occurrit.quē ſecutus limpidiſſimū fontē inuenit. In tante aūt rei memoriā et templū magnificentiſſimū extruxit: et iſtituit:vt iupiter ſub figura arietis coleret̃:fons vero ille:vt ſcribit Plynius:interdiu frigidus noctibꝰ feruet. Admotis athamantis aquis.in dodone ſcribit plinius:ouis fons cū ſit gelidus et īmerſas faces extinguat:ſi extinctē admoueñt accendit.idem meridie ſemꝑ deficit:q̄ de cā anapauomenō vocāt. Mox increſcens ad mediū noctis exuberat.ab eo rurſus ſenſiʒ deficit. Quis aūt athamantis legat̃. Athamanis tñ ab ouidio forſitan ſcriptū fuit. naʒ athamania q̄ ⁊ athamantis dr̄ theſſalie regis ē in q̄ fons ille eſſe ꝑhibet̃. Hinc etiā athamanes ppl̄i dn̄r.eſt aūt hypallage. Admotum aquis.lignū intelligit̃. Recreſcit.decreſcit. Flumen habēt cicones. Huius fluminis nomen nō memini me

me legiſſe. Pli. vo ſic ſcribit. In ciconū flumie ⁊ in piceno lacu velino lignū deiectū lapideo cortice obducit Cicones aūt thracie pp̄los eſſe ſepi⁹ iā ſcripſim⁹. Crathis ⁊ hinc ſibaris. crathis ⁊ ſibaris fluuij ſūt calabrie q̄ capillos flauos efficiūt. eſt etiā crathis achaie fluui⁹ iuxta egas labēs a miſcēdis aq̄s cognoiat⁹: q̄ a duobus fluminibus incremēta ſuſcipiat: a q̄ ⁊ italicus (vt ſtra. ⁊ pauſa. aiūt) fuit appellat⁹. Cui nō audita eſt ſalmacis. fons eſt carie in quē q̄ ingrediūt effeminati egrediunt. cui⁹ rei cām in ſuꝑioribus dixim⁹ libris. Mirū grauitate ſoporē. ꝑiphraſis eſt letargi. Clitorio q̄cūq; ſiti. clitori⁹ fons eſt arcadie q̄ potus odiū vini īducit. Calido vino. ex ſentētia phiſicorū calidū ē natura vinū. Indigene. accole ibi geniti. Amythaone natus. melāpus medicus q̄ preti argiuorū regis filias q̄ttuor putātes ſe vaccas eē eo furore liberauit quē ipſis iuno: vt ſcribit pherecides: vt alij venus imiſerat q̄ illa ſe pulchriores eſſe iactarent. Pretidas. p̄ti argiuorū regis filias q̄rū noīa ſunt hec. mera. euryale. lyſippe. ⁊ iphianaſſa. quā q̄dē melāp⁹ ꝑte regni accepta poſteaq; illas curauit: vxorem accepit. Huic fluit lynceſti⁹. fluui⁹ eſt cui⁹ aquā quiſq̄s potauerit nō min⁹ ebri⁹ efficit q̄ ſi immoderate vinū bibiſſet. hoc etiā pli. q̄dā his verbis affirmat. Lynceſtis aq̄ que vocat acidula: vini mō temulentos facit itē i paphlagonia ⁊ in agro caleno. eſt lacus ar. de ſtiphalio lacu q̄ eſſe fert iuxta pheneū cāpū mihi ſentire videt: vel de reſtagnatiōe ladonis aq̄ve fluuiorū: q̄ in pheneo cāpo fieri cōſueſſe ſcribit. q̄uis nihil de aquarū q̄litate dicat. Pli. vero niſi mēdū ineſt ſentire videt phineas paludes in arcadia eſſe: ex q̄b⁹ ladō ꝓfluat. arcadia aūt regio eſt achaie mediterranea maxime a mari remota: q̄ p̄mo drymodis mox pelagis fuit appellata. Sine noxa. ſine nocumento. Tēpuſq; fuit q̄ nauit in vndis. ortygia īſula q̄ ⁊ delos vocat: vt ſuꝑius dixim⁹: fluitare ſolebat. Timuit cōcurſib⁹ argo. ſymplegades īſule ſunt ꝑue q̄ et cyanee dicunt ꝯtra boſporū thraciū. q̄ a poetis oli cōcurriſſe fingunt: q̄m vt inq̄t pli. ꝑuo diſcrete interuallo ex aduerſo intrātibus gemie cernebant: paululūq; deflexa acie coeuntiū ſpeciē p̄bebāt. Vndarū eliſarū. expreſſarū duorū ſcopulorū ꝯcurſu Nec q̄ ſulfureis. cauſas aſſignat poeta cur etna ſicilie mōs notiſſimus ardeat hinc aūt etiā colligit omnia eſſe in cōtinuo fluxu: q̄ nec ſemꝑ arſit nec ſemꝑ arſura eſt etna. tres aūt affert illius incendij cauſas. nam vt naturalis eſt ille ignis: aut a ventis incluſis excitat. aut ex ſulfure bitumineve orit. Ictibus. iactatibus. Frigida. ſine igni. Bitumineve vires. bitumen genus eſt picis celerrime ignem capiens.

Electro ſimiles faciunt auroq; capillos.
Quodq; magis mirū: ſunt q̄ non corpora tm̄:
Verū animos etiā valeant mutare liquores.
Cui non audita eſt obſcene ſalmacis vnde:
Ethiopeſq; lacus: quos ſi quis faucib⁹ hauſit:
Aut furit: aut patitur mirū grauitate ſoporē.
Clitorio quicunq; ſitim de fonte leuauit:
Vina fugit: gaudetq; meris abſtemius vndis
Seu vis eſt in aqua calido contraria vino:
Siue q̄d indigene memorāt: amythaone nat⁹
Pretidas attonitas poſtq; p carmē ⁊ herbas
Eripuit furiis: purgamina mentis in illas
Miſit aquas: odiūq; meri permāſit in vndis:
Hinc fluit effectu diſpar lynceſtius amnis
Quē quicunq; parū moderato gutture traxit:
Haud aliter titubat: q; ſi mera vina bibiſſet.
Eſt lacus arcadie. pheneū dixere priores:
Ambiguis ſuſpectus aq̄s: quas nocte timeto.
Nocte nocent pote. ſine noxa luce bibuntur.
Sic alias aliaſq; lacus ⁊ flumina vires
Concipiunt: tēpuſq; fuit: quo nauit in vndis.
Nūc ſedet ortygie. timuit cōcurſibus argo.
Vndarū ſparſas ſymplegadas eliſarum:
Que nunc īmote perſtant: ventiſq; reſiſtunt.
Nec que ſulphureis ardet fornacibus etna:
Ignea ſemper erit. neq; enī fuit ignea ſemper.
Nam ſiue eſt animal tellus: et viuit: habetq;
Spiramenta locis flammā exalantia multis:
Spirandi mutare vias: quotienſq; mouetur
Has finire poteſt. illas aperire cauernas.
Siue leues imis venti cohibentur in antris
Saxaq; cum ſaxis: et habentem ſemina flāme
Materiam iactāt. ea cōcipit ictibus ignem:
Antra relinquentur ſedatis frigida ventis:
Siuē bituminee rapiunt incendia vires.
Luteave exiguis ardeſcunt ſulphura fumis:
Nēpe vbi terra cibos: alimētaq; pinguia flāme
Non dabit abſumptis per longum virib⁹ euū

Salmacis fons

Clitorius

Lynceſtius fluui⁹.

Arcadie lacus

Ortygia iſula.

Symplegades.

Etna mons.

Eſſe viros fama eſt. pallene ꝛ vrbs eſt thracie a pallene ſitonis filia dicta. ꝛ cherroneſus q̄ et phlegra antiq̄tus vocabaꝛ vbi giganteū bellū ꝯfectū fuiſſe dr̄. Qui ſoleant leuibus. q̄ ſoleāt in aues cōuerti. Cū tritoniacam paludē. tritoniaca palus in libya eſſe ſcribiꝛ. ſꝫ poeta de ea q̄ ſit ī ſeptētriōe vr̄ ſentire de q̄ me nihil meminí alibi legiſſe. Siľe de arcadibus Pli. ſcribit. q̄s in lupos verti rurſuſq; ſibi reſtitui tā ꝯſtās fama fuit. vt in maledictis verſipelles habeanꝛ. Scythides. ſcythice mulieres q̄ ſe in aues: vt noſtratiū q̄dā in feles mutare dr̄. Sparſe. puncte. Eaſdē artes. vt ſe in aues cōuertāt. Reb⁹ ꝓbatis. de q̄bus ꝑiculū ē factū. Tabuerit. corrupta fuerint. Fluido calore. ab effectu q2 fluida ꝛ mollia corpa reddat
Obrue. tra tege. Delectos tau. vitulos
Hoīes in aues — nā ex vitulis (vt in geor. ſcri. Uir. apes
naſcunꝛ). Uſu. exꝑientia. De putri viſcere. De corrupta carne. Rura colūt.
agris e florib⁹ rorē legētes verſanꝛ. In
ſpē. futuri ꝛ mell' ꝛ noui examis. Preſſus humo bellator eq̄s. ꝑ quē bella gerunꝛ. notū crabones ex eq̄s putrefacti naſci. Littoreo cācro. in littore morāti
hoc sūt vſu cognitū ē ſcorpiū naſci ex
cācro tra obruto. Caudaq; mina. vnā ſcorpi⁹ cauda ict⁹ īferre memoraꝛ.
Queq; ſo. ca. bōbices dicit q̄ ſericū generāt nā (vt Pli. xij. natu. hiſto. ſcribit)
Ex vitulis apes — bōbices in aſſiria ꝓuenientes nidos e
luto fingūt ſalis ſpem applicatos lapidi tanta duricia vt ſpiculis ꝑforari vix
Ex equis crabones — poſſint. in his et ceras largius q̄ꝫ apes
faciūt. deinde maiores vermiculos. hi
eruce fiunt. fit deinde q̄ vocaꝛ bōbilis
Ex cācro ſcorpius. — ex ea nicedalus. ex hoc ſex mēſib⁹ bōbices telas araneарū more texūt ad veſtē luxūq; feminarū: q̄ bombicinia dr̄.
Res obſeruata. eīa aduerſa notata. Tinee agreſtes. vermiculi agreſtes. Ferali papi. peſtifero ac venenoſo. Trūcas
Tinee in papiliōes — pe. mutilatas ꝛ carētes pedibus. Nec
Lim⁹ in ranas — catulus ꝑiu. Plini⁹ hoc idē ſcribit de
vrſis. pariūt inq̄t triceſimo die ac plurimū q̄ nos hi ſunt cādida īformiſq; caro paulo muribus maior. ſine oculis ſine pilo. vngues tm̄ prominēt hanc lābendo paulatī figurā. Fingit. figurat.
Nōne vides. apes ſine pedibus naſcūtur. vnde etiā nomen traxere. ꝑ̄mū eni
Caro ī vrſum. — vermiculi abſq; pedib⁹ aliiſq; oriuntur
Iunonis volucrē. pauonē. Armigerū iouis. aq̄lā. Cythereidas colūbas. veneri dicatas. Mediis e ꝑtibus oui. ex
Apes ſine pedib⁹ — vitello oui. Sūt q̄ cū clauſo. de h̄ pli.
ſic ſcribit. anguē ex medulla hoīs ſpine gigni accipim⁹ a multis. Hec tm̄ ex
Aues ex oui medio — aliis. mirādā phenicis auis generatione deſcribit poeta. de quo ꝛ pli. fere eadē. aq̄le aūt magnitudine eſſe narraꝛ: auri fulgore circa colluꝫ. cetera purpureus ceruleam roſeis caudam pennis diſtinguentibus criſtis faciem. caputq; plumeo apice honeſtate. peculiaris eſt arabie felicis. Manilius ſenator auctor eſt neminē extitiſſe qui phenicem viderit. Sacrum in arabia ſoli eſſe. viuere annis ſexcentis ſexaginta. Seneſcentem caſia thuriſq;

Natureq; ſuum nutrimen deerit edaci:
Nō feret illa famem: deſertaq; deſeret ignes.
Eſſe viros fama eſt in hyperborea palene.
Qui ſoleant leuibus velari corpora plumis.
Cum tritoniacam nouies ſubiere paludem:
Haud eq̄dē credo: ipſe quoq; mēbra veneno
Exercere artes ſcythides memoranꝛ eaſdem.
Si qua fides rebus tamē eſt addēda ꝓbatis.
Nonne vides quecūq; mora fluidoq; calore
Corpora tabuerint: in parua animalia verti.
I quoq; delectos mactatos obrue tauros
Cognita res vſu: de putri viſcere paſſim
Florilege naſcuntur apes: que more parentū
Rura colūt: operiq; fauēt: in ſpemq; laborāt.
Preſſus hō bellator equus crabonis origo ē.
Concaua littoreo ſi demas brachia cancro
Cetera ſupponas terre: de parte ſepulta
Scorpius exibit: caudaq; minabitur vnca.
Queq; ſolent canis frondes intexere filis:
Agreſtes tinee res obſeruata colonis
Ferali mutant cum papilone figuram.
Semina limus hꝫ virides generantia ranas:
Et generat trūcas pedibus. mox apta natādo
Crura dat: vtq; eadē ſint lōgis ſaltibus apta:
Poſterior ſuperat partes menſura priores.
Nec catulus partu: quē reddidit vrſa recenti.
Sed male viua caro eſt. lābēdo mater in art⁹
Fingit: et informē: quātā capit ipſa: reducit.
Nōne vides quos cera tegit ſexangula fetus
Melliferarū apiū ſine mēbris corpora naſci:
Et ſeroſq; pedes: ſeraſq; aſſumere pennas:
Iunonis volucrē: que cauda ſidera portat:
Armigerūq; iouis: cythereidaſq; columbas.
Et genus omne auium mediis e partibus oui
Ni ſciret fieri: quis naſci poſſe putaret:

Sūt q̄ cū clauſo putrefacta ē ſpina ſepulchro:
Mutari credant humanas angue medullas.
Hec tn̄ ex aliis generis primordia ducunt.
Una eſt que reparet: ſeq; ipſa reſeminet ales.
Aſſirii phenica vocāt. nec fruge nec herbis:
Sed thuris lachrymis ⁊ ſucco viuit amomi.
Hec vbi quinq; ſue cōpleuit ſecula vite:
Ilicis in ramis tremuleq; cacumine palme
Unguibus et puro nidum ſibi cōſtruit ore.
Quo ſimul ac caſias ⁊ nardi lenis ariſtas:
Quaſſaq; cū fulua ſubſtrauit cynama myrrha
Se ſuper imponit: finitq; in odoribus euum.
Inde ferunt totidem qui viuere debeat ānos
Corpore de patrio paruum phenica renaſci.
Cū dedit huic etas vires: onerisq; ferendo eſt:
Ponderibus nidi ramos leuat arboris alte:
Fertq; pius cunaſq; ſuas patriūq; ſepulchrū
Perq; leues auras hyperioni vrbe potitus
Ante fores ſacras hyperionis edere ponit.
Si tamen eſt aliquid mire nouitatis in iſtis.
Alternare vices: et que modo femina tergo
Paſſa marē eſt: nūc eē marē miremur hyenā.
Id quoq; qd̄ ventis animal nutritur et aura
Protinus aſſimulat: tetigit quoſcūq; colores
Victa racemifero lyncas dedit india baccho.
E quibus vt memorāt: quicq̄d veſica remiſit:
Vertitur in lapides: et congelat aere tacto:
Sic et coralliū quo primum ꝯtigit auras
Tēpore dureſcit: mollis fuit herba ſub vndis
Deſinet ante dies: et in alto phebus anhelos
Equore tinget equos: q̄ cōſequar oīa dictis
In ſpecies tranſlata nouas. ſic omnia verti
Cernimus: atq; alias aſſumere robora gētes.
Concidere has. ſic magna fuit cenſuq; viriſq;
Perq; decē potuit tm̄ dare ſanguinis annos:
Nunc humilis veteres tantūmō troia ruinas:
Et pro diuitiis tumulos oſtendit auorum.
Clara fuit ſparte. magne viguere mycene.
Necnon et cecropis. nec nō amphionis arces.
Vile ſolum ſparte eſt. alte cecidere micene.
Edipodionie quid ſunt niſi nomina thebe:
Quid pandionie reſtant niſi nomen athene:
Nunc quoq; dardaniā fama ē cōſurgere romā

ſurculis cōſtruere nidum. replere odoribus ⁊ ſuꝑ emori. ex oſſibus deide ac medullis naſci ꝑmo ceu vermiculū. iñ fieri pullū. Principioq; iuxta funeri ꝑ ori reddere ⁊ totū deferre nidū ꝓpe pācaicā in ſolis vrbē: ⁊ i ara ibi deponere. Primordia. origine3. Aſſyrij phenica vocāt. a colore purpureo phenix videt appellatꝰ. Quo ſimul ac caſias. phenicis nidū aꝑte vt oīa deſcribit poeta. caſia autē et nardus frutices ſuauiſſimi odoris in arabia naſcētes. Onerisq; ferēdo eſt. ſufficit nido auferēdo. ſic aūt dictū eſt: vt dicimus aliquē nō eſſe ſoluendo. Leuat. releuat ac leues reddit. Hyperionis ede. tēplo ſolis. Si tn̄ eſt aliq̄d. hyena fera ē de qua multa a plinio mira tradunt. ſed maxie ei vtrāq; ineſſe naturā ⁊ alternis annis marē femināq; fieri. ⁊ vt ſcri. plynis: parere ſine mare vulgus credit. Ariſtoteles negat. collū ⁊ iuba cōtinuitate ſpine porrigit: flectiq; niſi circūactu totius corporis neq̄t. Alternare. alternis annis mutare. Id quoq; qd̄ ventis. chameleontē dicit q̄ vt ply. tradit ſolus aīaliū nec cibo nec potu ſꝑ alitur: nec alio q̄ aeris alimēto circa caprificos fetus in noxius alioq̄ ⁊ coloris natura mirabilior. Mutat nāq; eū ſubinde ⁊ oculis ⁊ cauda et toto corpe: redditq; ſꝑ quēcūq; ꝓxime attingit ꝑter rubrū cādidūq; defuncto pallor eſt. Victa racemifero. lyncuriū gēma eſt q̄ ex vrina lyncū dr̄ gn̄ari. vn̄ ēt nomē fuit īpoſitū. lyncurium ei dicit qd̄ ſit vrina. lyncis vros nā q̄ vrina3 ſignꝰ. Quicq̄d veſica remiſit. oīs vrina lyncū. ſic ⁊ coraliū i aq̄s molle ē coraliū. extra vero aq̄s dureſcit: vt ſuꝑius q̄q; poeta narrauit. Quā cōſequar oīa dictis. q̄ verbis oīa explicare poſſim. Sic oīa verti cernimꝰ. oīa eſſe in ꝯtinuo fluxu ex vrbiū quoq; ac populoꝝ excidijs ac felicitatibꝰ pythagoras colligit. Clara fuit ſparte. ſparta laconica dr̄ regio a ſpartis cadmi ſocijs cognoīata. ſed plerūq; pro vrbe ponit. Mycene vrbs ē pelopōneſi notiſſima a myceneo ſpartōis filio phoronei fratris dicta. Edipodione thebe. vbi edipus regnauit: vt pādionie athene vbi pandion. Necnō et cecropis. athene q̄rū auctor fuit cecrops. Amphionis arces. thebe ab amphione amplificate. Nūc q̄q; dardaniā. exēplo vrbis rome q̄ tū maxime creſcebat oīa eſſe in cōtinuo motu pythagoras oſtēdit. Dardaniam. romam a troianis edificatam.

anguis ex hois ſpia

Phenix ex ſeipſo.

Hyenam modo marē mō feminā eſſe

Mira cameleōtis natura.

Lyncurium ex lyncū vrina.

Coraliū ex molli durum.

Oim rex viciſſitudinem eſſe

Troia

Sparta

Mycene

Athene

Thebe.

Apennigene:que proxima tybridis vndis
Mole ſub ingenti rerum fundamina ponit.
Hec igitur formã creſcendo mutat:et olim
Immenſi caput orbis erit.ſic dicerevates:
Faticinaſqꝫ ferũt ſortes:quãtumqꝫ recordor.
Dixerat enee:cum res troiana laboret:
Priamides helenus flenti dubioqꝫ ſalutis.
Nate dea:ſi nota ſatis preſagia noſtre
Mentis habes:nõ tota cadet te ſoſpite troia.
Flãma tibi ferrumqꝫ dabunt iter.ibis:et vna
Pergama rapta feres:donec troieqꝫ tibiqꝫ
Extremum patrio cõtingat amicius aruum.
Urbem etiã cerno phrigios debere nepotes:
Quãta nec eſt:nec erit nec viſa priorib⁹ annis.
Hanc alii proceres per ſecula longa potentẽ:
Sed dominã rerum de ſanguine natus iuli
Efficiet:quo cũ tellus erit vſa:fruentur
Etherie ſedes:celumqꝫ erit exitus illi.
Hec helenum ceciniſſe penatigero enee.
Mente memor refero: cognataqꝫ menia letor
Creſcere:et vtiliter phrygib⁹ viciſſe pelaſgos.
Ne tamen oblitis ad metam tendere:longe
Expatiemur eq̃s:celũ et quodcunqꝫ ſub illo ẽ
Immutat formas:telluſqꝫ ⁊ quicq̃d in illa eſt:
Nos quoqꝫ pars mundi: qm̃ nõ corpora ſolũ
Uerũ etiã volucres anime ſumus:inqꝫ ferinas
Poſſum⁹ ire domos:pecudũqꝫ in pectora ꝯdi
Corpora:q̃ poſſunt aĩas habuiſſe parentum
Aut fratrũ:aut aliquo iunctorũ federe nobis.
Aut hominũ certe:tuta eſſe ⁊ honeſta ſinam⁹:
Ne ve thyeſteis cumulemus viſcera menſis.
Quã male conſueſcit:q̃ſ ſe parat ille cruori
Impius humano:vituli qui guttura cultro

Apennigene tybridis.in apẽnino mõte orietis.thybrĩ aũt ꝑter vrbẽ romã labi notius eſt q̃ꝫ vt ſit exponẽdũ. Uates.ſibillas. Sortes faticinas.fata canẽtes atqꝫ ꝑdicentes. Res troiana.imperiũ troianũ. Labaret.vacillaret.periclitaret. Priamides helenus.ꝑami filius.fuit aũt vates optim⁹:vt ex carmie quoqꝫ virgiliano ꝯſtat. Debere vrbẽ.vbi edificãde.ita volentibus fatis obnoxios eſſe.pulchra aũt phantaſia refert in helenũ poeta:q̃ iam ipſe viderat. Per ſecula lõga.ꝑ ſeptingentos ãnos. De ſanguie natus iuli.iulius ceſar.nã in ceſaris auguſti illius filij gratiã hec referunt. Penatigero enee.penates gerenti. penates aũt vt refert macrobius ex varronis ſentẽtia. Dardan⁹ ex ſamothracia in phrigiam. eneas ex phrigia in italiã detulit.dij vero penates dicunt:vt volũt q̃ diligenti⁹ veritatẽ inq̃runt:ꝑ q̃s penitus ſpiram⁹.ꝑ q̃s habem⁹ corp⁹.ꝑ q̃s rõem ani.eos aũt eſſe iouẽ.iunonẽ.mineruã. Utilit phrigibus. cũ vtilitate phrygũ ⁊ troianoꝝ. Pelaſgos viciſſe. grecos troiaꝫ expugnaſſe. Ne tñ oblitis.ꝯcludit oĩa in cõtinuo eẽ fluxu:et a carnibus oĩno eſſe abſtinẽdũ pythagoras: cũ aĩe noſtre i varia corpa trãſeãt. Ad metã.ad finẽ et cõcluſionẽ.metaphora ab equis currentibus ſũpta. Expatiemur eq̃s.euagemur copia verborũ. Aĩe volucres.leues atqꝫ veloces. aĩo nanqꝫ nihil eſt velocius. In ferinas domos.in corpa ferarũ. Pecudũqꝫ in pectora cõdi.ordo ⁊ ſenſus. Nos quoqꝫ ꝑs mũdi ſinamus et ꝑmittamus tuta eſſe et honeſta ea corpa que pñt aĩas habuiſſe parẽtũ aut fratrũ aut iunctorũ nobis aliquo federe ⁊ affinitate aut certe hoim qm̃ nõ corpa ſolũ verũ etiã volucres ⁊ veloces aĩe ſumus.hoc eſt qm̃ nõ ſolũ ex corpe ſed etiã aĩa ꝯſtamus et in feras et pecudes ire poſſum⁹. his aũt oĩbus colligit pythagoras nullo mõ carnibus eſſe veſcendũ. Thyeſteis menſis.quibus thyeſte filij comedendi ab atreo fratre appoſiti fuerũt. Nota vero eſt fabula nam atreus ⁊ thyeſtes pelopis et hippodamie filij opera mercurij egre ferentis mirtilũ filiũ a pelope ipſo fuiſſe ĩterfectũ in tantã deuenere diſcordiã:vt alteriuterqꝫ inſidias strueret:cũ ea ꝯditione regnũ a pr̃e accepiſſent vt alternis regnarẽt ãnis.nã thyeſtes q̊ facilius arietẽ velleris aurei in q̊ regni fata ꝯſiſtebãt (vt Seneca in thyeſte tragedia narrat) ſibi vſurpare poſſet.meropen atrei vxorẽ cõpreſſit ex eaqꝫ filios ſuſcepit.qđ cũ atreus reſciuiſſet bello illũ mycenis in exiliũ eiecit.q̊ quidẽ nõ ꝯtent⁹ ſimulata gratia fratrẽ ad ſe reuocauit:treſqꝫ eius filios decoctos ſic appoſuit comedẽdos:vt ſanguinẽ q̊qꝫ poculis imiſcuiſſe ferat. Hoc vero nefandiſſimũ ſcel⁹ ne ſolvideret alio radios auertiſſe memorat. Menſis.cibis:cõtinẽs eni pro cõtento ꝑ metonymiã frequẽtiſſime poni ꝯſueuit. Cumulem⁹.vſqꝫ ad cumulũ repleamus. Uiſcera.iteſtina. Quã male ꝯſueſcit.eũ q̊ poſſit pati vt iterficiat vitulũ aut hedũ aut auẽ facile aſſueſcere ait necãdis hoibus.eſt aũt exclamatio q̄ pythagoras ab interficiendis aĩalibus manſuetis hoies deterrere conat. Cruori humano. ſanguini humano effundendo.

Roma.

Hoiez ex aĩa ⁊ corpore conſtare

Immotas aures. nulla miſericordia motas. Edentẽ hedum. emittentẽ vagitus: ſimiles vagitibus puerorũ Aut alite veſci. aut auem comedere. Quantũ eſt: ac ſi diceret nimiũ. Ad plenum facinus. ad plenũ homicidium. Qua tranſitus. ad quid ac ſi diceret ad hominum cedẽ. Inde. ex imolatione brutorũ animaliũ. Bos aret. cum magna auctoritate hec a pithagora dicuntur. imperat enĩ vt bos arare ꝑmittatur. ſic vt nulla alia vi q̃ ſenectute moriatur. Horriferum cõtra boreã. ouis inquit lanas nobis ſuggerat cõtra frigora. arma nãq; quibus boree frigidiſſimo vento reſiſtitur ſunt veſtes ex ouium lanis confecte. Horriferũ boream. horrorem et frigus ferentẽ. Ubera preſſanda. exprimenda. Cum pedicis. pedice ſunt vincula pedũ: vt manice manuũ. Tollite. remouete auferte abiicite. Uiſcata. viſco infecta. Nec formidatis pẽnis. ſic quidem legitur. ſed formidãtis forſitan eſt legendũ. vt ceruorũ ſit epitheton: qui natura vel homeri teſtimonio timidiſſimi ſunt. pennis. ſagittis. a parte nanq; totũ per ſynecdochen frequenter ſignificatur. Celate. occultate. Perdite. interficite. Si qua nocent noxia animalia perdẽda quidẽ eſſe pythagoras ait: ſed ita ne eorũ carnibus veſcamur. Ora vacent epulis. careant eiuſmodi epulis. Congrua. homini cõuenientia. Dictis. pytagore preceptis Inſtructo pectore. iſtituto animo. eorum autem opinionẽ ſequitur Ouidius vt diximus: qui ſentiunt numam a pythagora fuiſſe inſtituũ. Remeaſſe. rediiſſe. Ultroq; petitũ. queſitum ſponteq; a romanis iuitatũ: vt copioſe Liuius narrat. Latialis. latini atq; romani. nam roma latij eſt caput. Coniuge qui felix nympha. Egeria nympha nume pompilij fuit vxor que poſt viri interitũ vrbe relicta in ſiluas abiit ac tandem miſeratione deorũ in fontem fingitur cõuerſa. Cum illa vero nympha congreſſus nocturnos ſibi eſſe numa ſimulauit eiuſq; monitu ſeq; acceptiſſima diis eſſent ſacra cõſtituere populo romano perſuaſit. vt copioſe. T. Liuius deſcribit. Ducibuſq; camenis. auctoribus muſis. nam omnia quecunq; numa ſtatuebat: ad egerie nymphe et camenarũ auctoritatẽ referebat: q̃bus etiam lucum quẽ medium vt Liuius narrat ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua conſecrauit: q̃d dearũ ſibi

Rumpit: et ĩmotas prebet mugitibus aures:
Aut qui vagitus ſimiles puerilibus hedum
Edentem iugulare poteſt: aut alite veſci:
Cui dedit ipſe cibos: quãtũ eſt q̃d deſit ĩ iſtis
Ad plenũ facinus: qua trãſitus inde paratur:
Bos aret: aut morte ſenioribus imputet ãnis
Horriferum ꝯtra boreã ouis arma miniſtret.
Ubera dãt ſature manibus preſſãda capelle.
Retia cum pedicis laqueoſq; arteſq; doloſas
Tollite. nec volucres viſcata fallite virga.
Nec formidantis ceruos includite pennis.
Nec celate cibis vncos fallacibus hamos.
Perdite ſi q̃ nocent. verũ hec quoq; ꝑdite tm̃.
Ora vacẽt epulis: alimẽtaq; cõgrua carpant.
Talibus atq; aliis inſtructo pectore dictis
In patriam remeaſſe ferunt: vltroq; petitum
Accepiſſe numam populi latialis habenas:
Cõiuge qui felix nympha: ducibuſq; camenis
Sacrificos docuit ritus: gentemq; feroci
Aſſuetã bello pacis traduxit ad artes.
Qui poſtq̃ ſenior regnumq; euumq; peregit:
Extinctum latieq; nurus populuſq; patreſq;
Defleuere numam. nam cõiunx vrbe relicta
Uallis aricine denſis latet abdita ſiluis:
Sacraq; oreſtee gemitu queſtuq; diane
Impedit. ah quotiens nymphe nemoriſq; la-
Ne faceret monuere: ⁊ cõſolãtia verba (cuſq;
Dixerunt. quotiens flenti theſeius heros
Siſte modum dixit. nec enĩ fortuna querẽda

Egeria nĩpha in fõtem.

Hippolytus in virbium.

conſilia cũ cõiuge ſua egeria eſſent. Sacrificos ritus. ſacrificorũ leges. nam ſua cuiq; deo ſacra ſacerdoteſq; inſtituit: vt eleganter Liuius ſcribit. Ad artes pacis. ad deorũ religionẽ. ⁊ iura et leges et mores colendos. Qui poſtq̃ Numa enĩ vrbẽ romã vi et armis a romulo conditã: iure legibus ac morib⁹ de integro cõdidit. Uallis aricine. aricia vrbs eſt latij haud longe ab vrbe roma diſtans vñ aricinus declinatur. Oreſte diane. quã oreſtes vna cum iphigenia ſorore de taurica regione in italiam tranſtulit: ac iuxta ariciã collocauit. nã oreſtes poſt interfectã matrem in furorẽ conuerſus a pylade ſocio ad dianã tauricam liberandus deductus eſt. cui cũ hoſpites mactarentur a ſorore iphigenia que dee ſacerdos erat cognitus ſaluatur Ac thoãte rege interfecto diene ſimulachrum aufugiẽtes abſtulerũt: iuxtaq; ariciã collocarũt. Ne faceret. ne flere pergeret. Theſeius heros. hippolytus: qui furore equorum laceratus precibus diane vite fuit reſtitutus: ac templo diane aricine prefectus virbius fuit appellatus. ſed ⁊ ipſe fata ſua ad ꝯſolationẽ egerie narrat. Siſte modũ. ſtatue. ipone finẽ luctui ſenior. numa cum tres et quadragita regnaſſet annos periit. Peregit. ꝑfecit atq; finiuit.

Releuare.leuem reddere.a fletu liberare. Fando.inter loquēdum. Aliquē hippoliū.quendā in ſoluta orōne diceremus. Credulitate patris.theſei.qui nimiū facile credidit phedre vxori priuignum accuſanti. Vixq; ꝓbabo.difficulter perſuadebo. Me paſipheia quondā.phedra paſiphaes filia Theſei vxor hippoliti priuigni amore capta ab illo fuit repulſa.quare indignata illū patri accuſauit ꝙ ſe de coitu interpellaſſet.pater credulus et filium inſontē in exiliū expulit. et illi mortē eſt imprecat9: cū igitur fugeret hippolyt9:ecce phoce rmari egreſſe ita perterrueūt equos quadrigarū quibus vehebat vt nullo pacto potuerint inhiberi quin per precipitia hippolytum imittentes prorſus dilaniarent. paſipheia cū quadā vituperatione dixit.ac ſi phedre obijceret paſiphaes libidinē: que amore tauri capta cū illo coire ſuſtinuit. Me fruſtra tēptatū.a phedra de ſtupro fruſtra interpellatū. Temerare.violare.ē aūt ordo. paſiphaes filia quondā finxit me fruſtra temptatū voluiſſe temerare patrium cubile.qđ ipſa voluit. Et crimie verſo.in me ſubaudiat. Indicijne metu.alt̃a duaꝝ cārū ſe accuſatū a phedra hippolyt9 ait.vł ꝙ timebat ne ipſa accuſaret vel ꝙ repulſa fuit ⁊ ſpreta. Arguit.accuſauit. Proiecit. eiecit expulit. Hoſtili prece.imprecatiōe hoſti cōueniente.non patri.theſeus enim neptunum auum precatus eſt vt hippolitus filius diſcerperetur. Eūtis. in exiliū. Pittheam troezena. in qua pittheus pelopis filius ac aethre matris theſei pater regnauit. Troezen autem vrbs eſt peloponneſi a troezene pelopis filio cui pitthe9 in regno ſucceſſit cognoiata.vt ei Stephanus ſcribit.et aphrodiſias et ſaronia et poſidonias et appollonias.et antanis ātea fuit appellata. Cū mare ſurrexit.tumefactū eſt. In montis ſpeciem.ꝑ emphaſim oſtendit quantus eſſet vitulus ille marinus:qui inſtar montis mare extolleret. Et dare mugitus.mugire. nondū enim vitulus ille marinus ex aquis extulerat caput. phoce autē vt tauri mugitus edunt.vnde et vituli nomen acceperunt. Corniger hic taurus. deīde inquit phoca vt taurus cornua habēs ex ruptis vndis egreſſa eſt. Expellitur erumpit cum īpetu egreditur. Exilijs contenta ſuis.exilij ſui merore cōfecta Feroces quadrupedes. feroces equi quibus hippolyti currus trahebatur. Colla.capita. Ad freta conuertunt.ad mare propter ſtrepitum phoce egredientis. Horrent.timēt. Monſtri metu vituli illius marini timore. phoce nanq; adeo ſunt aſpectu turpes:vt inter monſtra marina numerentur. Precipitāt.in preceps iaciunt. Altis ſcopulis.per alta ſaxa. Ego ducere vana.ego inquit fruſtra conor retrahere frena ſpumis infecta. Ducere.reducere retrahere. Vana manu.infirma.neq; enim equos potuit cōtinere. Luctor.enitor conor. Tendo.contendo. Retro.ducere ſubaudiamus:vt retrahere intelligamus. Lentas habenas. flexibilia lora. Has vires meas vires. Rabies.ferocitas. Perpetuum axem.continuum.axis autē eſt ligni illud circa quod rote currus vertuntur. Excutior curru.e curru eiectus cado. Artus.pedes.

Sola tua eſt:ſimiles aliorum reſpice caſus.
Mitius iſta feres.vtinamq; exempla dolentē
Nō mea te poſſent releuare.ſed ⁊ mea poſſūt.
Fādo aliquē hippolytū veſtras ſi ꝯtigit aures
Credulitate patris . ſcelerate fraude nouerce
Occubuiſſe neci mirabere:vixq; probabo.
Sed tamē ille ego ſum.me paſiphaeia quōdā
Temptatum fruſtra patrium temerare cubile
Quod voluit finxit voluiſſe:⁊ crimine verſo
Indiciine metu magis offenſane repulſe
Arguit: immeritumq; pater proiecit ab vrbe:
Hoſtiliq; caput prece deteſtatur euntis.
Pittheam profugo curru troezena petebam.
Iamq; corinthiaci carpebam littora ponti:
Cum mare ſurrexit cumuluſq; īmanis aquaꝝ
In montis ſpeciem curuari et creſcere viſus:
Et dare mugitus:ſummoq; cacumine findi.
Corniger hic taurus ruptis expellitur vndis:
Pectoribuſq; tenus molles erectus in auras
Naribus ⁊ patulo partem maris euomit ore.
Corda pauēt comitū.mihi mēs īterrita māſit
Exiliis contenta ſuis:cum colla feroces
Ad freta conuertunt:erectiſq; auribus horrēt
Quadrupedes:mōſtriq; metu turbant:⁊ altis
Precipitant currū ſcopulis. ego ducere vana
Frena manu ſpumis albētibus oblita luctor:
Et retro lentas tendo reſupinus habenas.
Nec vires tamen has rabies ſupaſſet equorū:
Ni rota:perpetuum que circūuertitur axem:
Stipitis occurſu fracta ac diſiecta fuiſſet.
Excutior curru:loriſq; tenentibus artus
Viſcera viua trahi:neruoſq; in ſtirpe teneri.

Repreſſa. retenta a radicibus ſtipitibuſqꝫ arborū. Dare. edere. Graue ſonū. magnū efficere ſtrepitū. Exhalare. emittere. me ſubaudiamus. Videres. videre poſſes. Num potes aut audes. maiorē ſuā fuiſſe calamitatem: qꝫ que egerie cōtigit hippolitus ait. Cōponere. cōparare. Vidi quoqꝫ luce carentia regna. hoc eſt ad inferos quoqꝫ deſcendi. Et lacerū foui. et corpus inq̄t laniatū in ardentiſſima phlegetontis aqua laui. eſt enim phlegeton vnus ex inferorū fluuijs q̄ ardēs interpretari poteſt. Apollinee ꝓlis: eſculapij apollinis filij. Fortibus herbis. potentibus. Atqꝫ ope peonia. auxilio medico. peon enim deorū medicus peritiſſimus fuiſſe

Membra rapi partim. partim repreſſa relinq̄.
Oſſa graue dare fracta ſonū: feſſamqꝫ videres
Exalare animā: nullaſqꝫ in corpore partes
Noſcere quas poſſes: vnūqꝫ erat oīa vulnus.
Num potes aut audes cladi cōponere noſtre
Nympha tuā: vidi quoqꝫ luce carentia regna:
Et lacerū foui phlegetontide corpus in vnda.
Nec niſi apollinee valido medicamine prolis
Reddita vita foret: quā poſtqꝫ fortibꝰ herbis
Atqꝫ ope peonia dite indignante recepi:
Tum mihi: ne preſens augerē muneris huius
Inuidiam: denſas obiecit cynthia nubes.
Vtqꝫ forem tutus: poſſemqꝫ impune videri:
Addidit etatē: nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi: creteqꝫ diu dubitauit habendam
Traderet an delon. delo cretaqꝫ relictis
Hic poſuit: nomēqꝫ ſimul quod poſcit equorū
Admonuiſſe iubet deponere: quiqꝫ fuiſti
Hippolytus dixit: nunc idem virbius eſto.
Hoc nemus inde colo: de diiſqꝫ minoribꝰ vnꝰ
Numine ſub domine lateo: atqꝫ aſſentior illi.
Non tamen egerie luctus aliena leuare
Dāna valent: montiſqꝫ iacens radicibus imis
Liquit in lachrymas: donec pietate dolentis
Mota ſoror phebi gelidum de corpore fontē
Fecit: et eternas artus tenuauit in vndas.
At nymphas tetigit noua res: et amazone natꝰ
Haud aliter ſtupuit: qꝫ cum tyrrhenus arator
Fatalem glebam motis aſpexit in aruis
Sponte ſua primum: nulloqꝫ agitāte moueri:
Sumere mox hoīs: terreqꝫ amittere formam:
Oraqꝫ venturis aperire recentia fatis.

phibet a quo peonia herba et inuenta fuit et appellata. Dite indignante. plutone egre ferēte me vite reſtitui. Ne preſens augerē muneris huius inuidiā. hoc ē ne ſi ī grecia viuerē: aduentū in me inuidiā cōcitarē. a diana fui occultatꝰ. Cynthia. diana. cuiꝰ miles erat hippolytꝰ. Impune. ſine vlla mea pena. Addidit etatē. me natu maiorē effecit qꝫ eēm cū ab eq̄s fui dilaceratus. Ora cognoſcēda. faciē que cognoſci poſſet. innuit aūt hippolytum ſe in nouā figurā fuiſſe trāſmutatū: ne a quoqꝫ cognoſci poſſet. Habēdā. habitandā. Hic poſuit. in latio iuxta ariciā. Nomēqꝫ ſimul. vr̄ ſentire poeta hippolytū fuiſſe nōiatum qꝫ ab eq̄s fuit ſolutus et laniatus nā ippos equꝰ lio ſoluo iterp̄taꝛ. Nūc idē virbius eſto. virbius dictus eſt hippolytus qꝫ vir bis fuiſſe videꝛ: ⁊ anteqꝫ ab eq̄s fuit laceratus ⁊ poſtqꝫ vite fuit reſtitutus. Hoc nemus ide colo. ex eo tp̄e inq̄t: quo ab inferis ſum reuocatꝰ in hoc aricino nemore habito. Numine ſub domine. diane q̄ iuxta ariciā tēplū habebat. Non tñ egerie. egeria nume pōpilij vxor: cū ob mariti mortē flere nō deſineret diane miſeratione ī fontē ſui noīe fuit cōuerſa. Leuare. leues reddere. Liquiꝛ. reſoluiꝛ. Soror phebi diana. Tenuauit. ī tenues aq̄s trāſmutauit. At nymphas tetigit noua res. hec ad cōclunē eorū q̄ ſequitur ꝯnexione a poeta narraꝛ. gleba nāqꝫ agricole aranti in puerū vaticinādi peritū viſa ē transformari. Et amazone natus. hippolytꝰ hippolyte amazonū regine filiꝰ. Quā cū tyrrhenus arator. hec hiſtoria eſt nō fabula. nā vt in ſcđo de diuinatione libro Cicero ſcribit. Tages q̄dā dr̄ in agro tarquinieſi cū terra araret ⁊ ſulcꝰ altius eēt impſſus: extitiſſe repēte ⁊ cū affatū eſſe q̄ arabat. is aūt vt ī libris ē ethruſcorū puerili ſpē dr̄ viſus: ſz ſenili fuiſſe prudētia. eiꝰ aſpectu

Hippolitus ab inferis

Gleba in puerum.

cum obſtupuiſſet bubulcus: clamoremqꝫ maiorem cum admiratione edidiſſet: concurſum eſſe factū totāqꝫ breui tp̄e in eum locū ethruriā cōueniſſe. Tū illum plura locutū multis audientibus: q̄ oīa eius verba exceperint litteriſqꝫ mandauerint. Oēm aūt orationē fuiſſe eā: qua haruſpicine diſciplina cōtineret. Fatalē glebā. in qua fata et futurorū preſentia continebanꝛ. Terre formā. glebe figurā. Ora recentia. ora nuper ex terre gleba figurata. Venturis fatis. hoc eſt diſcipline et arti eorū que fato ventura erant cognoſcēdorū. nā tages primus oīm haruſpicine diſciplinā thuſcis tradidit. hinc autem cepit noī meo ineptias ſuas aſcribere pedagogus ille nō imperitus mō et loquēdi et ſcribendi: verū fatuꝰ qꝫ et ſtolidus ab oīqꝫ ciuilitate alienꝰ

qui cum ſciret me nō ante librarijs traditurū vltimū mearū enarrationū quinternionē q̄ꝫ oēs deprauatiōes ſublate forēt: malignorū quorūdā in me cōſpirationi cū maximo dedecore ſuo facile ſatiſfecit. ea nāqꝫ effutiuit: q̄bus noī meo aſcriptis inuidi iſti impoſtores ſibi ꝑſuaſerunt me nō minus ſigillatū in q̄ꝫ varijs deprauationib⁹: q̄s in enarrationibus meis curarūt admittēdas. ſed aliter atqꝫ putarāt euenit. pedagogus ei ille cū belle ſibi litteratus eſſe videat̃: ſe cōtinere nō potuit. quin iactaret ſe meis cōmentarijs finē īpoſuiſſe: ꝑinde atqꝫ ſi viri docti boni ve officio functus fuiſſet. verū de inſulſo iſto temerarioqꝫ pedagogo mihi ne noīe quidē noto nullū verbū feciſſem: niſi ⁊ lectores fuiſſent admonēdi: ne iſtius ineptis fiderent expōibus: et malignoꝝ quorūdā conatibus hoc quoqꝫ modo fuiſſet occurrendū. Tametſi ex prima imꝑiti iſtius nō expoſitione: ſed confuſione cauto lectori nō poſſit nō ꝯſtare appendices iſtos ruſticos atqꝫ obſcuros nihil cū meis enarrationib⁹ ꝯmercij habere. Eā nāqꝫ hiſtoriā quā nos pauloante ex ſcđo Ciceronis libro de ſcripſimus ad verbū. fatuus iſte adeo inepte repetit: vt plane ruſticus barbaruſqꝫ eē facile dignoſcat̃. Tages inq̄t vt ſcribit Cice. libro de diuinatiōe puerili ſpecie fuit cepitqꝫ affari aratorē. ille tertius clamās cōſciuit totā etruriā q̄ꝫ ſtudioſus ſit operū Ciceronis ſtolidus iſte ex ijs pauculis ipſius verbis facile colligi poteſt. nā vt omittā q̄d ea ꝓtermittit q̄ maxime ad huius loci expoſitionē neceſſaria fuerāt deſcribēda libro inq̄t citra in prepoſitionē: q̄ꝫ recta loquēdi ratio expoſcit. nec adijcit ſecundo. perīde atqꝫ ſi Cicero ſolū de diuinatione librū ſcripſiſſet: ac non duos.

Haſta in arborem.

Cippo cornua

Indigene dixere tagen: qui primus ethruſcā
Edocuit gentem caſus aperire futuros.
Utqꝫ pallatinis herentem collibus olim
Cum ſubito vidit frondeſcere romulus haſtā:
Que radice noua: non ferro ſtabat adacto.
Et iam non telum: ſed lenti viminis arbor
Non expectatas dabat admirantib⁹ vmbras:
Aut ſua fluminea cum vidit cippus in vnda
Cornua. vidit enī: falſamqꝫ in imagine credēs
Eſſe fidem: digitis ad frontem ſepe relatis
Que vidit tetigit. nec iam ſua lumina dānans
Reſtitit: vt victo domito veniebat ab hoſte.
Ad celumqꝫ oculos et eodem cornua tollens:
Quicq̄d ait ſuperi monſtro portenditur iſto:
Seu letum eſt: patrie letum populoqꝫ quirini.

Indigene. thuſci. Dixere. appellauere. Qui primus ethruſcam. nā tages primus omnium haruſpicinam artēqꝫ diuinandi ac predicendi futura tuſcos docuit. neqꝫ Plinius a Cicerone in hoc Ouidioqꝫ diſſentit: vt ille blacterat imperitus. ſed delphon haruſpicine fuiſſe inuentorē ait. aliud vero eſſe docere. aliud inuenire nemo (niſi cōmuni ſenſu careat) vnq̄ꝫ dubitauit. Utqꝫ pallatinis. hoc quoqꝫ de hiſtoria ſumptū eſſe videtur. nā romulū ſcribit Plutarchus in pallatino colle ſui experiūdi gratia corneā lanceā fuiſſe iaculatū illāqꝫ in terra defixā ānitentibus multis cōuelli nunq̄ꝫ potuiſſe. ſed emiſſis ramis in eximie altitudinis cornū increuiſſe. locū vero eū ijs qui poſt romulū fuerūt parietibus circūductis vt ſanctiſſimū tēplū in magna religione fuiſſe adeo vt ſicui propius accedenti viſa fuiſſet arbor minus frōdeſcere ſed veluti ſubductis nutrimētis langueſcere: id ſtatim occurrētibus clamore ſignificaret. Cum aūt. C. Ceſar gradus extrueret fabris ꝓpinq̄ arbori loca temere fodiētibus violate radices fuerūt: arborqꝫ aruit et interijt. Urbiū aūt ita ſtupuiſſe ait poeta reſolutione egerie in fontē: vt ſtupuit romulus cū haſtā ſuā frondeſcere vidit. Mouit mihi riſū ſimul et ſtomachū fatuus ille in hac hiſtoria referenda: q̄ romulū lanceā fuiſſe iaculatū ait ingenij experiendi gratia. ꝑinde ac ſi vires ingenij et nō corporis iaculātes expiremur. Herentē collibus pallatinis. fixā in mōte pallatino. Stabat. erecta erat. Nō ferro adacto. nō cuſpide terre infixa. nā haſte cuſpis in radicē fuerat ꝯuerſa. Lenti viminis. flexibilis virge. com⁹ ei arbor ramos admodū flexibiles hꝫ. Dabat. faciebat. Nō expectatas vmbras. inſperatas. Admirātib⁹. haſtā in arborē fuiſſe verſā. At ſua fluminea. hoc quoqꝫ de hiſtoria ſūptū eſt. nā vt Uale. M. narrat. genutio cippo ꝓtori paludato porta egrediēti noui et inauditi generi ꝓdigiū incidit. nāqꝫ in capite eius ſubito veluti cornua emerſerūt: rñſūqꝫ eſt eū regē futurū: ſi in vrbē reuertiſſet. q̄d ne accideret voluntariū ac ꝑpetuū ſibimet indixit exiliū: cui⁹ teſtāde rei gratia capitis effigies erea porta qua exceſſerat incluſa eſt. corrupte aūt vt fere in exēplaribus eſt ſcriptū cū loco illius hec ꝑticula aut ſit reponēda et illud verbū ſtupuit hic q̄ꝫ eſt ſubaudiendū. ita nāqꝫ fabulā fabule eleganter poeta cōnectit q̄ꝫ q̄ꝫ multis nugis ab illo inſulſo qui metamorphoſin dilacerauit. hic quoqꝫ interpoſitis pleriſqꝫ in exēplaribus ſe iungat̃: q̄d vt facilius fieret illā copulā at loco aut ex cōmodo ſuo repoſuiſſe videt̃: adeo in deprauādis libris q̄rūdā temeritas debacchat̃. cū etiā nō q̄ videt̃ eſſe legēdū. Audaculus vero ille pedagog⁹ iſti deprauationi accedit cū nihil corrigat prorſus. Cippus aūt nō ſolū nomen eſt viri. ſed appellatio q̄ꝫ lapidē q̄ ſepulchro īponit̃ ſigns et colūnā in qua epitaphia ſcribunt̃. Domito ab hoſte. ab hoſtibus ſuperatis. Portēditur. ꝓſignificat̃. ꝓmōſtrat̃. vnde portēta mōſtraqꝫ dicunt̃ q̄ futurū aliq̄d prenunciant. Patrie letū. ſit ſubaudiat̃. Imperitus aūt ille pedagogus q̄ ſcribere cōmenta audet: cū diſtiguere neſciat: oīa ꝯfūdit inquiēs

Siue hoc patrie leticiam afferꝫ: cū patrie genitiuus ad letum ſecūdo loco poſitū ſit referēdus. Siue minax triſte. Placat aras. deos mitigat ꝑ metonymiā. dij nāqꝫ placari dñr per ſacrificia i aris facta. Odoratis ignibus. thuribus incenſis. Uinaqꝫ dat pateris. in pateras vina fundit. Mactatarū bidentū. imolatarū ouium. Quid ſibi ſignificēt. cornua in fronte nata ſubaudiaꝫ. Trepidantia. palpitantia. Tyrrhene gentis haruſpex ex ethruria nāqꝫ haruſpices euocabanꝫ. Magna molimina. magnas rerū cōmutationes. A pecudis fibris ab extis pecudū. Fibre nāqꝫ ſunt tenuiores vene: quibus exta velut lineis quibuſdā diſtinguunꝫ. Acre lumen. acute vidētes oculos. Tibi enim tibi. anadiploſis cū quadam exultatione ab haruſpice leta predicente facta. Hic locus. romam indicat digito. Et latie arces. romanū imperiū. Tu modo rūpe moraꝫ. tu ſolūmodo tolle moras feſtinaqꝫ vt portas patentes ingrediaris. Urbe. i vrbem. Perēni ſceptro perpetuo regno. Toruam faciē. cornibus terribilem atqꝫ deturpatā. Talia omina. talia portenta. Cōuocat. extra vrbem. Et aggeribus inſiſtit. ſtat i aggere alto: vt ab oibus audiaꝫ. Priſco more. antiqua cōſuetudine. qua etiam priſci oratores deos inuocare i ꝑncipio orōnis ſolebant. Di[c] indicabo. Cornua frōte gerit. [non] forte vt fere in exēplaribus eſt de[prauatū]: ſed fronte legēdum eſſe notius eſt qꝫ vt ſit admonendū. Famularia iura. leges ſeruiles quibus vt ſeruos oēs vos oporteat obedire. Irrūpere. cū impetu intrare. Quāuis cōiunctior illo. Figurate ſe illū eſſe innuit cippus: quē haruſpex futurum eſſe regem dixerat. Prohibete. arcete. Uel ſi dignus erit. pulchra figura illū indignū eſſe oſtendit. qui aut vinciaꝫ aut neceꝫ. Qualia ſuccinctis. Duabus ꝑ qꝫ accōmodatis ſilitudinibus exprimit poeta quale murmur populi fuerit: poſteaqꝫ cippus finē orōni impoſuit. Succictis pinetis. altis ⁊ proceris. imperitus vero ille vt ſaltem pueriles noteꝫ errores exponit denſis et qſi alligatis pinetis putans ſuccinctum denſum ſignificare: qđ nuſqꝫ inueniꝫ. ⁊ miramur ſi oia confunduntꝫ: cū fatui iſti tam impudenter ſtulticias ſuas efferant ivulgus. ſuccincta dñr altius cincta. vñ ſuccincti milites dñr: qꝫ breuioribꝰ veſtibꝰ vtentes altius cincti videanꝫ: Pineta vero dñr ſuccincta: qꝫ iuxta cacumen ramos emittant. id qđ Oui. alibi apte ſignificat cum inquit. Et ſuccincta comas hirſutaqꝫ vertice pinus. Per. inter. Trementis vulgi. populi trepidantis. Eminet. elatior eſt et clarior.

Siue minax: mihi ſit. viridiqꝫ ex ceſpite factaſ
Placat odoratis herboſas ignibus aras:
Uinaqꝫ dat pateris: mactatarūqꝫ bidentum
Quid ſibi ſignificent: trepidātia cōtulit exta.
Que ſimul aſpexit tyrrhene gentis haruſpex:
Magna quidem rerū molimina vidit in illis:
Non manifeſta tñ. cum vero ſuſtulit acre
A pecudis fibris ad cippi cornua lumen:
Rex ait o ſalue. tibi enim tibi cippe tuiſqꝫ
Hic locus et latie parebunt cornibus arces
Tu mō rūpe morā: portaſqꝫ intrare patentes
Approperā. ſic fata iubent. nāqꝫ vrbe receptꝰ
Rex eris: et ſceptro tutus potiere perenni.
Retulit ille pedem: toruāqꝫ a menibus vrbis
Auertens faciem: ꝓcul o procul omina dixit
Talia dii pellant: multoqꝫ ego iuſtius euum
Exul agam: qꝫ me videant capitolia regem.
Dixit: et extemplo populūqꝫ grauēqꝫ ſenatū
Cōuocat. ante tñ capitis noua cornua fronde
Uelat: et aggeribus factis a milite forti
Inſiſtit: priſcoqꝫ deos e more precatus:
Eſt ait hic vnus: quē vos niſi pellitis vrbe:
Rex erit: is qui ſit ſigno non nomine dicam.
Cornua fronte gerit: quē nobis īdicat augur:
Si romam intrarit: famularia iura daturum.
Ille quidē potuit portas irrūpere apertas.
Sed nos obſtetimus: qꝫuis coniunctior illo
Nemo mihi ē. vos vrbe virū ꝓhibete qrites.
Uel ſi dignus erit: grauibus vincite catenis.
Aut finite metum fatali morte tyranni.
Qualia ſuccinctis vbi trux inſibilat eurus:
Murmura pinetis fiunt: aut qualia fluctus
Equorei faciunt: ſi quis procul audiat illos:
Tale ſonat populus. ſed ꝑ confuſa trementis
Uerba tñ vulgi vox eminet vna. quis ille eſt:
Et ſpectant frontes: ꝑdictaqꝫ cornua querūt.
Rurſus ad hos cippꝰ: quē poſcitis īqt hētis.
Et dempta capiti populo prohibente corona

Exhibuit gemino preſignia tempora cornu.
Demiſere oculos omnes:gemitūqꝫ dedere.
Atqꝫ illud meritis clarū(quis credere poſſit):
Inuiti videre caput.nec honore carere
Ulterius paſſi feſtam impoſuere coronam.
At proceres:qm̄ muros intrare vetaris:
Ruris honorati tantum tibi cippe dedere:
Quantū depreſſo ſubiectis bobus aratro
Complecti poſſes ad finem lucis ab ortu:
Cornuaqꝫ auratis miram referentia formam
Poſtibꝰ inſculpūt longū māſueta per euum:
Pandite nūc muſe preſentia numina vatum.
Scitis enim:nec vos fallit ſpecioſa vetuſtas:
Unde coroniden circūflua thybridis alti
Inſula romulee ſacris adiecerit vrbis.
Dira lues quondam latias viciauerat auras:
Pallidaqꝫ exāgui ſquallebāt corpora morbo
Funeribus feſſi poſtq̄ꝫ mortalia cernunt
Tēptamēta nihil.nihil artes poſſe medentuꝫ:
Auxilium celeſte petunt:mediāqꝫ tenentis
Orbis humū delphos adeunt oracula phebi.
Utqꝫ ſalutifera miſeris ſucurrere rebus
Sorte velit:tanteqꝫ vrbis mala finiat orant.
Et locꝰ et laurus et q̄s habet ipſe pharetras:
Intremuere ſimul:cortinaqꝫ reddidit imo
Hāc adyto voce:pauefactaqꝫ corpora mouit:
Quod petis hic ꝓpiore loco romane petiſſes:
Et pete nunc ꝓpiore loco.nec apolline vobis
Qui minuat luctus:opus ē:ſꝫ apolline nato.
Ite bonis auibus:prolēqꝫ accerſite noſtram.
Juſſa dei prudens poſtq̄ꝫ accepere ſenatus:
Quā colat explorat iuuenis phebeius vrbeꝫ:
Quiqꝫ petant ventis epidauria littora mittūt:
Que ſimul incurua miſſi tetigere carina:

Eſculapiꝰ in anguē.

Preſignia.inſignia.Gemino cornu.duobꝰ cornibus ſimilibꝰ.Demiſere oc̄los.in terrā oculos demiſerunt: ne cornua cū ſūmo dedecore tā boni ciuis aſpicerent.Quis credere poſſit:parentheſis ē cū interrogatione: ac ſi diceret.nemo crederet romanos inuitos aſpexiſſe viri caput tā ꝑclare de patria meriti:vt cū regnū aſſequi poſſet rv̄oluerit.illos enī qui de nobis bene ſunt meriti libenter aſpicere ſolemus.At ꝓceres.ſenatores. Cippiū au ē iugero optimi agri ob ſpretū regnū donatū fuiſſe ait.Jugerū ei tantū terre dr̄ quātū par boū vno die poſſit exarare.Ruris honorati.agri honorato viro conuenientis.Ad finem ab ortu.ab ortu diei vſqꝫ ad occaſum.Miram formaꝫ.mirandam Cippi effigiem.Referentia.ſignificantia repſentātia.Auratis poſtibꝰ.auro ornatis poſtibꝰ porte illiꝰ ꝑ quā ingredi poterat cippus.Pādite nūc muſe.Muſas īuocat poeta vt ſibi cōmemorent q̄ de cā eſculapius ex coronide filius romā ab epidauro fuerit aduectus.graui nāqꝫ peſtilentia laborātes romani oraculū acceperīt:vt eſculapij auxilio vterent̄.Miſſi igiṫ legati cū ab epidaurijs deū īpetrare non poſſent:Eſculapius ipſe in anguem conuerſus per mediā vrbē ad nauē legatorū perrexit:romāqꝫ aduectus ſibi ī inſula Tyberis ſedem elegit.Preſentia numina vatū.ꝓpicij dij poetarū.Muſe nāqꝫ ꝑſidere poetis finguntꝰ.Unde.qua ex cā.Coroniden.eſculapiū coronei nepotem Apollinis ex coronide filiū:vt ſuperius copioſe fuit expoſitū.Dira lues.peſtis a deorū ira immiſſa.Exāgui morbo.ab effectu morbus dr̄ exanguis:qꝫ hoīes exangues reddat.vt mors q̄ꝫ pallida dicit̄.Mortalia tēptamenta.hoīm experimenta.Mediāqꝫ tenentis Orbis humū delphos.Delphi ī medio terrarū orbe a geographis eſſe ſcribunt̄:q̄ꝫ vero ſcita ſit illiꝰ nebulonis expoſitio q̄ꝫqꝫ poete dictis cōueniens viderit ipſe:q̄ mentit̄ ſiciliā atqꝫ italiā a Plinio mediū mundi cōſtitui.cū nō ſicilia ſolū et italia ſed vniuerſa terra in medio mundi eſſe a mathematicis demonſtret̄.Sed quid mūdus.quid orbis ſit fatuus iſte ignorat.Ceterū de iſtiꝰ ſtultitijs vel nimiū.Salutifera ſorte.reſpōſo ſalutē afferenti.Cortinaqꝫ reddidit imo.phebas ī cortina exiſtens.eſt enī cōtinens ꝓ cōtento ꝑ metonymiā poſitū.Cortina vero mēſa erat in adyto tēpli apollinis que etiaꝫ delphica dicebat̄:in q̄ phebades iacentes certa oracula reddebāt.Pro piore loco.viciniore.nā epidaurus rome ꝓpinquior eſt q̄ꝫ delphi.Sed apolline nato.eſculapio apollīs filio.Bonis auibus.bonis auſpicijs.Accerſite aduocate.Prudens ſenatus accipere.figurate dictū ac tale quale eſt illud Uirgilianū.Pars in fruſta ſecant.Explorāt.diligenter inq̄runt.Juuenis phebeiꝰ.eſculapius apollinis filius.Petant ventis.adnauigēt Epidauria littora.Epidaurus q̄ et epitaurus appellat̄:vt ſtrabo ait:vrbs eſt ſaronico ſinui adiacēs q̄ ꝛ inliſſia ꝛ hemera olim fuit dicta templo eſculapij maxime inſignis.

Concilium gratioſꝗ patres adiere: darentꝗ
Orauere deum: qui preſens funera gentis
Finiat auſonie. cert..nt adiicere ſortes.
Diſſidet: et variat ſententia: parſꝗ neganduꝫ
Non putat auxiliū. multi retinere: ſuamꝗ
Non emittere opē: nec numīa tradere ſuadēt.
Dum dubitant: ferā pepulere crepuſcula lucē:
Umbraꝗ telluris tenebras induxerat orbi:
Cū deus inſomnis opifer conſiſtere viſus
Ante tuum romane torum: ſed qualis ī ede
Eſſe ſolet: baculūꝗ tenens agreſte ſiniſtra
Ceſariem longe dextra reducere barbe.
Et placido tales emittere pectore voces.
Pone metū. veniā ſimulacraꝗ nr̄a relinquā.
Hūc mō ſerpentē: baculū qui nexibus ambit:
Perſpice: ⁊ vſꝗ nota: viſū vt cognoſcere poſſis
Uertar in hūc. ſed maior ero: tātuſꝗ videbor:
In quantum verti celeſtia corpora debent.
Extemplo cum voce deus. cum voce deoꝗ
Sōnus abit: ſomniꝗ fugā lux alma ſecuta eſt.
Poſtera ſidereos aurora fugauerat ignes:
Incerti quid agant proceres ad templa petiti
Conueniunt operoſa dei: quaꝗ ipſe morari
Sede velit: ſignis celeſtibus indicet: orant.
Uix bene deſierant: cum criſtis aureus altis
In ſerpente deus prenuncia ſibila mouit:
Aduentuꝗ ſuo ſignūꝗ araſꝗ foreſꝗ
Marmoreūꝗ ſolum faſtigiaꝗ aurea mouit:
Pectoribuſqꝫ tenus media ſublimis in ede
Cōſtitit: atqꝫ oculos circūtulit igne micātes
Territa turba pauet. cognouit numīa caſtus
Euinctus vitta crines albente ſacerdos.
En deus eſt. deus eſt. animis linguiſqꝫ fauete:
Quiſquis adeſt dixit. ſis o pulcherrime viſus
Utiliter: populoſqꝫ iuues tua ſacra colentes.
Quiſquis adeſt viſum venerant numen: ⁊ oēs
Uerba ſacerdotis referunt geminata: piūqꝫ
Eneade preſtant et voce et mente fauorem.
Annuit his: motiſqꝫ deꝰ rata pignora criſtis:
Et repetita dedit vibrata ſibila lingua.
Tum gradibus nitidis elabitur: oraqꝫ retro
Flectit: ⁊ antiq̄s habiturꝰ reſpicit aras: (tat.
Aſſuetaſqꝫ ⁊ domos: habitataqꝫ templa ſalu

Preſens. propicius. Funera gētis auſonie. peſtilentiam qua romani et italie gentes moriebant. Certant adiicere ſortes. ſtudent ſuis dictis adiūgere apollinis reſpōſa. Diſſidet ⁊ variat ſententia. ſenatorum inq̄t epidauriorum ſententie diſcordes et varie erant. alij nāꝗ tradendū romanis. alii negandū eſculapiū ſentiebāt. Suam opem. ſuū auxiliū. hoc ē eſculapiū ad quē in aduerſis cōfugiebant. Dū dubitant. duꝫ de re dubia cōſultant. Umbra telluris definitio eſt noctis. nox eni nihil aliud eſt q̄ꝫ terre vmbra. Deus opifer. eſculapiꝰ opem et auxiliū morbo laborantibus ferēs. Sed qualis ī ede Eſſe ſolet. in hoīs non draconis facie. nā in tēplo ſub effigie humana colebaꝭ eſculapius: q̄ꝫuis in anguē cōuerſus romam fuerit aduectus. Baculū agreſte. inuſitate baculū cū neutro epitheto copulauit poeta: cū ſit generis maſculini. Longe barbe. eſculapius nāꝗ barbatus pingebaꝭ. apollo vero ſine barba. geſtū aūt exp̄mit poeta quo ſepenūero vtunꝭ: qui ſibi barbam mulcent. Et vſꝗ nota. et eo vſꝗ aīaduerte. Ad tēpla opoſa. multis operibꝰ ornata. multoꝗ labore extructa. Petiti dei. eſculapij a romanis poſtulati Qua ſede. qua vrbe. epidauri an rome. Aureus in ſerpente deus. eſculapius q̄ ſub aureo ſimulacro colebaꝭ in ſerpentē cōuerſus nā dracones acutiſſimi viſus a phyſicis eſſe dñr. vñ et apo tu derkeſte. hoc eſt a videndo fuere cognominati. Idcircoꝗ eſculapio attribuunꝭ: q̄ vigilātiſſimi putanꝭ: q̄ res medicis maxime neceſſaria eſt. Hac etiam de cā eos incubantes theſauris cuſtodie gr̄a antiq̄ finxerūt. Prenūcia ſibila. ipm aduentare ſignificantia. Mouit. emiſit. Signū. ſimulacrū dei ⁊ ſtatuā. En deꝰ ē deus eſt. Conduplicatio aliq̄d repentinū annūcianti maxime conueniens. Animis linguiſꝗ fauete. caſta puraꝗ cogitate ac dicite. Sis o pulcherrime. preces ſacerdotis ad eſculapiū. Eneade. romani q̄ et ipſi bona ominabanꝭ Rata pignora. certa ſigna. q̄bus inuebat ea futura q̄ petierant. Tum gradibus nitidis. ſitus effingitur veterū tēplorū: in q̄ eminentioribus in locis edificata per gradus aſcendebatur.

Iniectis floribus ſparſis. Reſtitit hic. apud portū conſtitit eſculapius in ſerpentē conuerſus. Agmēq; ſuū epidauriorū multitudinē dicit. Turbeq; ſequentis officiū. hoc de more principū virorū ſumptū eſt: q̄ comites benignis verbis dimittere ſolent. In auſonia rate. in naue romana. Torta retinacula. periphraſis eſt funiū quib⁹ naues ad terram ligant. Modicis zephiris. tēperatis ventis. Sexte pallantidos ortu. ſexte aurore: per qđ ſignificat ſexto die ab epidauro in italiā puenisse. Preterq; lacinia tēpla. iuxta tēpla iunonis lacinie. Laciniū aūt pmōtoriū ē in fine italie iunonis tēplo nobile a lacinio latrone illic ab hercule interfecto cognoīatum. Scylleaq; littora. ſcyllei ſaxi. nā ſcylleū ſaxū eſt ſublime: qđ humilē a tergo terrā alluētibus vndis habet i cherroneſi faciē. eodē aūt noīe ēt oppidū hab3. Linq̄t iapygiā. calabriā a iapige dedali filio dictam. q̄q; pmōtoriū mihi ſignificari videt: qđ acram iapygiam vocant: quo vt ſcribit Pli. longiſſime i maria excurrit italia. Leuiſq; āphiſſia remis ſaxa fugit. āphiſſia ſaxa ab āphiſſa vrbe locroꝝ dicta eē mihi vident. nam locri illas italie oras tenuiſſe etiā a Virgilio nō ſolū geographis ſcribunt. Hic et narycij poſuerūt menia locri. Quidā vero amphryſia legunt. Prerupta celēnia. alta ſaxa ſubaudiant. Videt aūt celēniū eſſe pmontoriū brutioꝝ: de quo tū alibi me nihil legiſſe memini. Forſitan aūt non celēnia. ſed ceneia legendū ſit. nā cenis: vt Pli. ſcribit pmōtoriū eſt italie e regione pelori. Romechiūq; legit. tranſit. De romechio ſiue pmechio ſiue rometio: vt a quibuſdā legit: nullā apđ geographorū quenq; inueni mentionem. quare corrupte mihi legi videt. Fortaſſis aūt rheginū loco illius eſt reponendū ſaxūq; ſubaudiēdū. Eſt enī rhegiū vrbs in littore calabrie e regione meſſane. ſed nihil auſim affirmare cū nullū viderim exemplar: in quo rheginū legatur. et nihil temere eſt aſſerendū ne iſtorum qui omnia q̄ non itelligunt ex cōmodo ſuo audacter imutant: ſimiles eſſe deprehendamur. attn̄ ne opinioni noui iſtius expoſitoris ad effutiendas ineptias parua mercede a malignis īpoſtoribus cōducti accedere videamur: hoc q̄3 notemus qđ plemmyriū citra omnem legit dubitationem temerarius immo vero furioſus. perinde atq; ſit aut plemyrium in priſcis manu ve ſcriptis exemplaribus legeret: aut in eo tractu eſſet: cuius inſignia loca Ouidius attingit. Plēmyriū quidē eſt in ſicilia caſtellū ſyracuſanoꝝ: vt ſtephanus tradit. ſed nō in ea parte q̄ ad italiā vergit. Quare et ſibi et ouidij ſtudioſis rectius fatuus iſte ac temerarius cōſuluiſſet: ſi romechiū q̄3 vt pauloante amphyſia celenaq; ſaxa diſſimulaſſet: ac tanq̄ notū pretermiſiſſet. ceterū illud ariſtotelis oraculū in dies verius eſſe cōprobat: eos q̄ parū cōſiderent: facile q̄cquid i buccam venit: enūciare. Caulonaq;. caulon calabrie mons eſt et vrbs q̄ et caulonia dr̄ prius aulonia a vicina cōualle appellata. Naryciāq;. Narycia vrbs eſt calabrie a narycis locridis vrbe: q̄ et naryciū dr̄: vt ſcribit Stephanus denoīata. Eadē aūt cū locris hec eſſe videt: q̄ a locris narycijs in extremo calabrie angulo fuerunt edificati. De narycia tū vt notat inſulſus ille ne vllū quidē verbū fecit: ſatis enī habuit i plemyriū romechiū mutaſſe. Euincitq; fretū. cū difficultate tranſit p ſiculū fretū: qđ quidē eſt maxime vorticoſum. Hippotadeq; domos regis. ſtrongilen inſulā aliaſq; Eolias ſigt i quib⁹ regnauit eolus iouis fili⁹ ex aceſta hippote troiani filia: vñ etiā hippotades cognominat. Temeſeq; metalla. Temeſe vrbs eſt bruttoꝝ q̄ tempſa a latinis fuit appellata. Erifodine aūt q̄ apud temeſam fuerunt tempore ſuo Strabo defeciſſe narrat. Temeſa item cypri eſt vrbs. Leucoſiāq; petit. Leucoſia eſt inſula cōtra peſtanū ſinū a ſirene ibi ſepulta denomiata. Tepidi peſti. ſemp vernantis: Sic Virgilius. Biferiq; roſaria peſti. Peſtū aūt eſt oppidū in agro cāpano a grecis poſidonia dictū. Inde legit capreas. ſic quidē legit. ſed caprie p i vocalē in penultima legendū eſſe argumento ſunt codices greci: in quib⁹ ſic eſt ſcriptū. eſt aūt inſula q̄ et capriene vocat: vt ait ſtephanus: cā-

Inde per iniectis adopertam floribus igens
Serpit humū: flectitq; ſinus: mediāq; p vrbe3
Tendit: et incuruo munitos aggere portus.
Reſtitit hic: agmēq; ſuū turbeq; ſequentis
Officium: placido viſus dimittere vultu:
Corpus i auſonia poſuit rate. numinis illa
Senſit onus: preſſaq; dei grauitate carina.
Eneade gaudent: ceſoq; in littore tauro
Torta coronate ſoluunt retinacula nauis.
Impulerat leuis aura rate3. deus emiet alte:
Impoſitaq; p̄mens puppim ceruice recurua3
Ceruleas deſpectat aq̄s: modiciſq; per equor
Ionium zephyris ſexte pallantidos ortu
Italiam tenuit: preterq; lacinia templa
Nobilitata dea: ſcylleaq; littora fertur.
Linquit iapygiam: leuiſq; amphiſſia remis
Saxa fugit. dextra prerupta celennia parte:
Romechiūq3: legit caulonaq;: naryciamq3:
Euincitq3 fretum: ſiculiq3 anguſta pelori:
Hippotadeq3 domos regis: temeſeſq3 metalla:
Leucoſiāq3 petit: tepidiq3 roſaria peſti.
Inde legit caprias: promontoriūq3 minerue:

